Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
D
5
NAPOLI

XXI.
2.
5.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DE
BELLO EXVLVM
AVREVS, PERVTILISQVE
TRACTATVS

Ac in Regnis Neapolis, Siciliæ, Lombardię, Galliæ, & alijs frequentiſsima.

PRAXIS.

In quo tàm poteſtas Præſidibus Prouinciarum conceſſa procedendi in Exules ad modum belli, & militari modo tractatur, quàm banna contra eoſdem edita explicantur, ac omnia, quæ ad Exulum extirpationem requiruntur, miro ordine practicantur; ità vt nihil vlteriùs deſiderari poſſit.

AVCTORE

IO. GRANDE ANVERSANO I. C.

Clariſs. & Sereniſs. Philippi Regis Auditori in Prouinc. Barij, ac Regn. Neap. contra Exules.

Nunc tertiò in lucem editus cum Paraphraſibus, ſeù Annotationibus perutiliſſimis

IO. BAPTISTÆ DE THORO I. C. NEAPOLITANI,

AC ALMI COLLEGII COLLEGÆ.

Cum Summarijs, ac Indicibus locupletiſſimis.

Acceſſit etiam Tractatus de Magiſtratibus Regni Neapolitani vtiliſſimus eiuſdem

IO. BABTISTÆ DE THORO.



NEAPOLI, Excudebat Franciſcus Sauius Typogr. Cur. Arch. M.DC.LIV.

EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE.

ILLVSTRI VIRO

D. CAROLO PETRA

Ex. Baronibus Vaſti Girardi, &c.

Io. Dominicus Boue F.

CVM in lucem iam diù prodierit libellus hic de Bello exulum, & Proſperi Aui tui, fauſto nomini ſacratus, ſic glorioſè, vbique gentium (per Orbem exul feliciter vagando) fuerit prædicatus, acclamatus, vt iterum typis commiĉtere ſim auſus cum paraphaſibus, ſeù annotationibus clariſſimi I.C. Ioan. Baptiſtæ de Thoro Almi Collegij Neapolitani Senatoris, ac eiuſdem Tractatus de Magiſtratibus Regni Neapol. ſub tuis feliciſſimis auſpicijs, nimirùm ſub ineſpugnabilis huius Petræ nunquam ruituræ clypeo, tutela, & præſidio, nullam patietur iacturam, naufragium nullum. Tibi ſoli, tanti Aui glorioſiſſimi meritiſſimo ex filio Nepoti, auguſtiori gloria dicaui, vt noua huius editionis moles quaſi ſupra firmam Petram omne per æuum eſſet permanſura. Is enim es, in quo omnes admirantur, naturam in tam florida ætate tres illas præcelſas animi tui dotes, gratiarum nexum, ſcilicèt, ingenij aciem, doctrinam, & eloquentiam, veluti fatali quadam fęlicitate, æqualiter copulaſſe. Mitto inclyti generis tui decora, peruetuſtum ſplendorem, & ſanguinis claritatem, gentilitijs, glorioſiſq; ſtemmatibus, maiorumq; imaginibus illuſtrem. Extant namq; apud Saluſtium, Valer. Max. ac Tacitum pręclara monuméta Romanorum Illuſtrium Equitum de Familia Petra, verùm de rebus ab eis egregiè geſtis teſtimonium hìnc indè ferentia. Gens iſta à Petreio Senatore Romano originem traxit, ſiuè, vt alij fatentur à Preto Abantis Græcorum Regis ſucceſſore. Hæc Papiæ multis iam antea ſeculis claruit. Quis non colat, & admiretur Ardizonium, aut Manfredum Caſtri Petræ & Diſſonij, aliarumq; Ditionum dominos, quis non recolat Gulielmum eiuſdem Ciuitatis belli moderatorem, aut Ioannem Cæſaris vices gerentem, qui æterno eius nomini imagine ſua numiſmata excudit, aut Iſnardum Eccleſiæ Romanæ, ac Cęſaris Legatum, aut Galeatium, ac Mauritium Vigeuani ampliſſimos Pręſules, aut Brunorum, ac Saluianum Saluiani Comites magna cum laude florentes; viguit deindè Ianuæ eadem generis claritate, præfulſit Florentiæ, & in noſtro hoc Regno floruit ab anno 1260. inter Proceres, & Magnates, inter quos Petrus Villarum Cibeuini, & Carpinonij dominus, Michael Regis Eques, Terræ Macchiæ Baro, & alter primùm S.C. Senator, mox eiuſdem Senatus Præſes creatus; Gulielmus Regia legatione apud Tuſcos decoratus. Conticeo Iacobum, Oddum, Antonellum, alterum Proſperum Equitem Hieroſolymitanum, Nicolaum, Io. Antonium, Baldinum, Do-

natum

natum Antonium, Io.Leonardum, & cęteros gentiles tuos Terçarum Caſtriſanguinis, Collisalti, Montisalti, Rocchettæ, Vaſti Girardi, Caccaboni, & aliorum Oppidorum Regulos, tùm pace, cùm bello præſtantes viros, non tàm Martis, quàm Palladis alumnos, quorum ſucceſſor quaſi hæreditario iure, & virtuium, & bonorum fuit Proſper Auus tuus, qui peramplis muneribus functus adeò vixit innocentiſſimè, & legum volumina illuſtrauit, vt noſter Inuictiſſimus Monarca illum inter Cōſiliarios S. Claræ cooptauerit, quo munere, morte ſatis acerbè præuentus, frui non potuit. Sileo, miſſas facio illuſtriſſima matrimonia, cognationes tuas, ſpectabiles familias Quatrariam, Merlinam, Camporeſcam, Floriam, Valignanam, Capograſſam, Ebulam, Sangram, Caſtaneam, Campaniliam, Capuanam, Tottellam, Cinciam, Philonardi, Pepiā ex Baronibus Conturſij, cum quibus, & alijs tua fuit deuincta, ex cis.n. tamquam ab Equo Troiano tot Heroes prodiere, non minus purpuris, quàm bellica virtute, & vrbana prudentia inſignes, quot reſtantur hiſtoriæ. Sed ſub ſilentio non inuoluo Hortenſium Pepi nupèr digniſſimū ſocerum tuum, celeberrimū Iuriſconſultum, famigeratum inter primarios cauſarum Patronum ampliſſimis Magiſtratibus cohoneſtandum, qui annis elapſis licèt oblatum munus ſępè renuiſſet, tādèm ex Aduocatorum cętu fuit ſelectus, & imperio tūc Domini Proregis aſsūptus ad Iudicatum M.C.V. vbi ſumma admiratione, morū ſuauitate, & integritate omnibus ęqua lance ius reddit, inſequendo veſtigia maiorum ſuorum, nēpè, omiſſis alijs, Io. Nicolai Pepi Conſiliarij ſub Ferdinando Rege, Io.Antonij Iudicis M.C.V. Bartholomæi Iudicis, & deindè Regij Cōſiliarij, Marij Iudicis, & Fiſci Patroni M.C.V. Hortenſij eius Biſaui Aduocati Fiſcalis Sereniſſimæ Bonæ Reginæ Poloniæ. Tu, inquam, pretioſa gemma legalis ad maiora ſub fauſto ſydere natus, gentilitiæ laudis, & virtutis ęmulus, adeò te ſuauiſſimum, facundiſſimum, ac ſtrenuum Aduocatum magno omnium plauſu in ſupremis huius Regni ſubſellijs exhibes, vt futuræ gloriæ, & Regijs faſcibus eſſe exornandum maximum inditium, & argumentum præbes. Interim exiguum ſeruuli tributum, tibi omni ex parte debitum, læto animo accipere digneris. Vale die 12. Februarij 1654.

ILLVSTR. DOM. D. CAROLVS PETRA
Doctiſſimo Legum oraculo Dino
Anagrammate hoc comparatur.

Dominus Carolus Petra.

Anagramma.

Proſum ò, ac alter Dinus

Tetraſticon.

Dini habeo dotes;proſum ò vel Dinus,vt alter
Syllaba nam conſtat nominis ecce meì.
Ille iuuat ſcriptis populis,mea commouet Vrbes
Pallas vt eloquio maior in Orbe tonat.

Ad eundem
Dominus Carolus Petra.

Anagramma.

Tu orans plurima doces.

Diſticon.

Scilicet es Sapiens,facundus vt alter Apollo
Orans iure viros dogmata plura doces.

Ad eundem

IO. DOMINICVS BOVE.

Dent tibi dona alij mittunt,quæ mollia ſeres,
Quicquid Arabs,diues quicquid & Indus habet.
Nos tibi dona damus,nectunt quæ florea Muſæ
Serta,tuos crines qualia PETRA decent.
Parua damus merito;verum,ſi noſcis amorem,
Cedentis nulli pignora amoris erunt.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

IOANNES Grandis quantum in vtroque iure valuerit,non ijs ſolùm perſpicuum fuit, qui eum Imperatorias Inſtitutiones Romæ palam interpretantem audiuerunt,ſed & ijs qui Cataniæ, vbi Doctoratus inſignia publicè ſuſcepit,academias ab eo inſtituras viderunt;quique Gordianæ academiæ,quam ipſe erexit in Vrbe, notitiam habuerunt,quibus addendi ſunt, qui Euſtachiorum academiam,cuius idem & Rector,& Reformator ſemel,atque iterum fuit,non ignorant. Et non theorema tantùm,verùm etiam praxis eminentiſſimè in eo fuit. Hincque ab Illuſtriſſima Columnæ familia oppidorum ſuorum Præſes, Romæque ab Illuſtriſſimo,ac Excellentiſſimo Marco Antonio Columna negotiorum ſuorum geſtor electus fuit;in quibus adminiſtrationibus tàm benè ſe geſſit,vt ab eodem Illuſtriſſimo,ac Excellentiſſimo Marco Antonio Regni Siciliæ Prorege armorum (vt ibi aiunt)Capitaneus per totum Regnum, ibidemque cauſarum omnium, tàm ciuilium,quàm criminalium Iudex eligi dignus exiſtimatus fuerit. Nec in Sicilia tantùm,ſed in Regno etiam Neapolitano(ea eius erat in adminiſtranda iuſtitia integritas)ſummos meruit honores.Siquidèm in Aprutij Prouincijs,& Auditor,& earundem Prouinciarum Gubernatoris Regius in Exules Conſiliarius fuit. Quod munus indè quoquè cùm in Barienſi Prouincia Auditoris officio fungeretur, per Regnum Regia authoritate ſubijt.In ſumma magnus vir fuit, Grandiſque re, nomen meruit.Longèque maior futurus erat,niſi immatura eum Mors præoccupaſſet;idque non ex ſupradictis ſolùm datur intelligi,verùm ex hoc etiam, quod in Exules condidit, opere, in quo cæteros, in eiuſmodi ante hac materia ſcribentes antecellit.In Exules namque,& Latrones is malleus acerrimus fuit. Vtinàm diutius vixiſſet,quòd nulli forſitan inferior fuiſſet in terris.Verùm cùm ſic Deo Optimo Maximo viſum fuerit,conquieſcamus,oportet;atque hoc, quod compilatum reliquit opus,vndè maior proficiſceretur vtilitas, quàm vt dici poſſit, libenti animo accipiamus.Quod opus perlege lector,ſi in animaduerſione Exulum,atque Latronum tantum proficere cupis,quantum debes,& potes. Vale.

APPROBATIONES.

Poteſt reimprimi, ſi videbitur Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Archiepiſcopo Neapolitano die primo Octobris 1653.

Aloyſius de Iannario Canonicus Deputatus, & Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ Fiſci Patronus vidit.

Die 11. Octobris 1653. ſtante relatione imprimi poteſt.

Fr Ioſeph de Rub. Ord. Min. Conu. S. T. D. Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Card. Phil. Th. & Conſ. S. Off.

REIMPRIMATVR. Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

Annotationes ad Tractatum editum à Io. Grande de Bello Exulum, lucubratæ per Doctiſſimum Iureconſultum Io. Baptiſtam de Thoro poſſunt prælo dari, cùm nihil contineant contra bonos mores, ſiue Orthodoxam, quam profitemur fidem, cùm correctionibus in illis appoſitis, ſi videbitur Eminentiſſimo, & Reuerendiſs. D. Card. Archiep. Neap. die primo Octobris 1653.

Aloyſius de Iannario V. I. D. Canonicus dep. & Fiſci Patronus Cur. Archiep. Neap. vidit.

In Congregatione ſub die 10. Octobris 1653. coram Eminentiſſimo Domino Cardinali fuit dictum, quòd poſſunt imprimi iuxtà correctionem factam per ſupradictum Dominum Reuiſorem.

Fr. Ioſeph de Rub. Ord. Min. Conu. S. T. D. Em. & Reuerendiſs. D. Card. Phil. Th. & Conſultor S. Off.

IMPRIMANTVR. Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

ILLVSTRISSIMO, ET ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

Il Dottor Gio. Battiſta de Thoro fà intendere à V. E. come intende mandar alle Stampe le ſuſcripte opere legali per il beneficio Vniuerſale, perciò ricorre ſupplicando ſe degni commettere la reuiſione di quelle à chi meglio parerà all'Eccellenza Sua, e lo riceuerà à gratia. Vt Deus, &c.

LE OPERE SONO.

La terza parte del Supplemento del Compendio delle Deciſioni del Regno. Il Tratt. de Magiſtratibus Regni, & iis, quæ ad eos ſpectant. De Priuilegijs, Immunitatibus, & Prærogatiuis Sanctiſſimæ Crucis, & eius Signis. Diſcorſo dialogico ſpirituale in deteſtatione del peccato, remedij, e pena contra di eſſo, & della penitenza, &c.

Paraphraſes, ſeù Annotationes ad Io. Grandem de Bello Exulum.

Magnificus V. I. D. Franciſcus Maria Pratus videat, & in ſcriptis S. E. referat

Capycius Latro Regens.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neap. die 13. Auguſti 1653.

Lombardus.

Exantalatis iamdudùm laboribus in legali philoſophia, ab vniuerſo Terrarum Orbe (non ſine magno legentium plauſu receptis, Supremorumque Tribunalium ſcitis, cum delectu approbatis) ab eximio Iureconſulto Io. Baptiſta de Thoro Almi Collegij Neapolitani Senatore, dum iactam fuiſſe aleam, ac poſtremam in operibus edendis, manum dediſſe, quiſquis non immeritò perſuadere ſibi potuerit, nouam è ſua pingui Minerua frugem profert, ac quamplura alia ſui ingenij, & laborum egregia tradit monumenta in ſupplici hoc libello V. E. porrecto, indicata; inter quę emicant Opuſcula quædam, nedùm doctrina, verùm etiam eruditione vndique referta, vulgari concepta idiomate, quæ cùm poſteritati, & currenti æuo permaximè ſint conductura, nec quid contineant contra Regiam Iuriſdictionem, Ijs peruigili cura, iuſſu Excellentiæ Veſtræ perlectis, digna eſſe prælo dijudico, nè ſub tenebris deliteſcant (ſi tamen Excellentiæ Veſtræ, cui Neſtoreos deprecor annos) meum in hoc approbauerit iudicium. Datum Neap. è noſtro Muſæo. Die 22. menſis Auguſti 1653.

Excellentiæ Veſtræ.

Seruulus Deditiſſimus.

Franciſcus Maria Pratus.

Vid. Reg. Conſ. & Pręſ. Reg. Cam. Io. Bapt. Amendola ſuper reuiſ. Libror. Commiſſ. Deleg. per S. E.

Io. Baptiſta Amendola Reg. Conſil. & Præſ. Reg. Cam.

IMPRIMATVR ſtante ſupradicta Relatione.

Caracciolus Reg. Capyc. Latro Reg. Trelles Reg. De Soto Reg.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neap. die 27. Auguſti 1653.

Lombardus.

PHILIPPVS

DEI GRATIA REX

Caſtellæ, Aragonum, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Vngariæ, Hiberniæ, &c,

ESSENDOSI per eſperienza viſto, che la moltitudine di foraſciti, che in queſto Regno vanno per la campagna arrobando, ammazzando, & inquietãdo lo quieto vivere delli ſudditi di S.M & impedendo lo libero commertio, in tãto gran diſſeruitio d'Iddio, di S.M. e diſpregio della Giuſtitia, è andato, & ſi và aumentando di maniera, che tutte le rigoroſe prouiſioni, che ſono ſtate fatte per gli altri Vicerè per il tempo paſſato, & anco per noi, non hanno ſufficientemente baſtato à reprimere tali eccessi, & inconuenienti, poiche ſtirpati l'uni, ſono vſciti in cãpagna l'altri. Hauemo deliberato à tant'inſolẽtia, e nuoui eccessi, di ſrobatori, incendij, homicidij, ſenza riſguardo di perſone, nè di età, di prouedere, & vſare noui rimedij. Et conſiderãdo, che tali delinquẽti come perturbatori della quiete del Regno, diſrobatori di ſtrade publiche, ſi deueno tenere, e riputare come inimici, e proditori. Hauẽdo anco cõſideratione al peſo, che li Principi deuono tenere per rimediare alle coſe predette, & vedẽdo, che il procedere per la via iuridica ſuole cauſare impedimento alla preſta, & giuſta eſpeditione, & eſecutione della Giuſtitia, e che da queſto naſce poco timore di detti delinquenti, li quali conuiene, che non ſolo per l'impoſitione delle pene, ma per la forma del procedere, ſi atterriſcano, & âſtengano da commettere ſimili eccessi. Ordinamo, e comandamo tanto à voi al preſente Gouernatore di queſte Prouincie, quanto à tutti gli altri futuri Gouernatori, che poſſiate, e debbiate procedere ad modum belli, & militari modo contra quelli foraſciti, che vanno arrobbando per la Campagna, inquietando il quieto, e pacifico viuere de ſudditi di S.M. e perturbando, & impedendo lo libero commertio del Regno, e parendoui neceſſario per eſecutione del predetto, valerui del voto, e parere d'alcuni delli Magnifici Auditori di dette Prouintie, ci contentiamo, che lo poſſiate, e poſſano fare à voſtra, e loro elettione. Ordinando à voi Gouernatore preſente, e futuri, che per attendere all'eſſecutione di queſt'ordine, doue, e quando vi parerà, non ſolo neceſſario, mà eſpediente, & vtile andare diſcorrendo per le Prouintie, nella perſecutione predetta, per attendere all'effetto predetto debbiate, e debbano così eſequirlo, e debbiate, & tutt'altri voſtri ſucceſſori, tenere intelligenza nella perſecutione predetta, con gli altri Gouernatori dell'altre Prouintie, preſenti, e futuri, con dar auiſo l'vno all'altro delli foraſciti dell'vna Prouintia all'altra, accioche tenendo l'intelligenza, & auiſo predetto, li foraſciti predetti della qualità predetta ſiano fuora di ſperanza di fugire, e ſaluarſi d'vna Prouintia in vn'altra: ma andando vn Gouernatore Prouintiale, perſeguitandoli in ſua Prouintia, e facendo il medeſimo l'altri Gouernatori, l'vno tenendo auiſo, & intelligenza con l'altro, naſca facilità di prenderli, e caſtigarli. E acciò che poſſiate così eſequirlo: vi ordinamo, che per qualſiuoglia prouiſione, ò inhibitione, che ſi faceſſe per la gran Corte della Vicaria in fauore delli foraſtiti della qualità predetta, non debbiate impedire lo corſo dell'eſecutioni di queſto, che vi hauemo ordinato, eccetto ſe veneſſe prouiſione firmata di noſtra mano, & in caſo, che la detta Gran Corte eſpediſſe prouiſione in virtù di memoriale preſentato, e rimeſſo à detta Gran Corte. Similmente vi ordinamo, che non debbiate impedire il corſo predetto, eccetto, come ſi è detto, ſe foſſe prouiſione per Noi eſpedita, e firmata di noſtra mano, che così l'hauemo anco ordinato à detta gran Corte. Ordinando, che di queſto noſtr'ordine ſi faccia notamento, e regiſtro in queſta Prouintiale Audientia, all'Auditori preſenti, e futuri, alli quali ordinamo, e comandamo, che in ciaſcheduno ingreſſo, che farà ciaſcheduno Gouernatore Prouintiale ſe li dia notitia di eſſo, e ſe ne faccia notamento, e così l'eſequirete, che tal'è noſtra volontà, non fandoſi lo contrario, per quanto ſ'hà cara la gratia, e ſeruitio Regio.

Datum Neapoli, Die 11. Menſis Aprilis. 1584. DON PEDRO GIRON.

Vid. Salernitanus Reg. Vid. Cadona Proreg. *Ro. loka de Munnatones.* In Curiarum primo, Aprutij, f. 50

SVMMARIVM.

1 *Deus contra malefactores videtur crudelis, rigidus, & cruentus.*

2 *Cauſa iſtius Belli fuit exceſſus Exulum.*

3 *Auctoris intentio.*

PROOEMIVM.

MAlefactoribus excreſcentibus, nè diutius viuerent
1 ſuper terram,& nè in ęternum punirentur.† Deus
ipſe pijſſimus,& clementiſſimus,crudelis, rigidus,
& cruentus viſus fuit mortalibu ; Genus enim in
diluuio deleuit humanum: ſuper Sodomam, &
Gomorram ignem,& ſulphur pluit,Aegyptios ſubmerſit in flu-
ctibus, & Iſmaelitarũ cadauera proſtrauit in Eramo, c.quid ergo
23.q.5.& contra iſtos in Ezechiel.c.21.dixit,Mucro Mucro eua-
gina te ad occidendum; lima te,vt interficias,& fulgeas: vt dare-
ris ſuper colla vulneraturum impiorum; & Eſdræ cap.15. lib.4.
Ecce ego indu :o ſuper Orbem terrarum mala : gladium, fa-
mem,mortẽ,& interitũ,propter quod ſuperpolluit iniquitas om-
nem terram,& adimpleta ſunt opera nociua illorum, ac Exod.
contra eoſdem bellari iuſſit,dicens in cap.22.Ponat vir gladium
ſuper femur ſuum,ite,& redite de porta, vſque ad portam per
medium Caſtrorum,& occidat vnuſquiſque fratrẽ, & amicum,
2 & proximum ſuum. † Nimirùm igitur, ſi prudentiſſimus Pro-
rex iſtius Regni,ad quem ſpectat impios de terra adimere: eoſ-
que flamma,fame,et ferro conficere,et perdere,c.Regum 23.q.
5.et 1.Regũ,c.8.vt mali à malo coerceantur,et vt boni inter ma-
los quietè viuere valeant,c.nõ fruſtrà,ead.quæſt.ad reprimẽdum
nouos,et hactenus inauditos Exulũ exceſſus; nouũ quoq; indixit
in Exules bellum,quod Poteſtatẽ ad modũ belli, et militari mo-
3 do appellant.† Super quo verba facturus,reiectis ſcholaſticis di-
ſputationibus,verborum pompa,et ſuperfluis allegationibus,ea
pauca tranſcribã,quę à Doctoribus,et longa experiẽtia ſubtrahe-
re potero in his paucis horis, quæ mihi ſuperſunt in puniendis
reis, et cœteris exequendis, quę ab officio offeruntur:et ſi malè
(quod nollem)demandatum munus abſoluero,me veſtra dignũ,
non rigida cenſura,ſed defenſione iudicate: atquè (vt par eſt)
æquè opus caſtigate.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tractatus iſte ſubalternatur ſub decem prædicamentis.*
2 *Omnis interpretatio verſari debet circa prædicamenta.*
3 *Prædicamenta ſunt fundamenta arbitrij.*
4 *Quodlibet prædicamentum continet tres quæſtiones.*

OPERIS DIVISIO.

1 INterpretaturus bellum iſtud Exulum, in quo arbitrio militatur, vt infra ſubijciã, duxi ſub decem illis prædicamẽtis Subſtãtiæ, Quãtitatis, Qualitatis, Relationis, Vbi, Quando, Situm eſſe, Habere, Agere, & Pati totam materiam ſubalterna-
2 re: maxima cum ratione. Tum quia, omnis interpretatio circa ea verſari debet, vt dixit Azo in procemio ſuæ
3 ſummæ, num. 9. Tum etiam, quia in arbitrarijs pro fundamentis arbitrij prędicamenta ſumenda ſunt, Bal. in l. voluntatis, nu. 7. C. de fideicommiſſ. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 11. num. 4. & eſt tex. in l. aut facta, ff. de
4 pœn. Et ſub vnoquoque eorum tres tantũ ſubalternando quæſtiones prędicamenta expediemus. Deo duce.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio ſubſtantiæ ſecundũ Ariſtotel.*
2 *Deſcribitur ſubſtantia ſecundùm Doct.*

De Subſtantia.

SVbſtantia ſecundùm Ariſt. primo Prædic. cap. de ſubſt. Eſt,
1 quæ nequè de ſubiecto dicitur, nequè in ſubiecto eſt. Ego verò reiectis Philoſophorum ſubtilitatibus, de his prædicamentis ſingu-
2 lariter loquẽdo dico, quòd Subſtantia ſecundùm Doct. eſt, quæ rei eſſẽtiam, ſolemnitatem, modum, & naturæ qualitatem indicat, Alciat. 5. Paradox. cap. 16. Menoch. in citata quæſt. num. 7. & quia hæc omnia demõſtrat diffinitio, ideò quæram.

1 Quid eſt Bellum Exulum.
2 Qualitèr intelligantur verba. Ad modum Belli, & militari modo.
3 De Subſtantia eorundem.

SVMMARIVM.

1 *Materia diffinitionis potiùs ad Philoſophos, quàm ad Doctores ſpectat.*
2 *Omnis diffinitio in iure periculoſa.*
3 *In principio tractatus debet præcedere quæſtio, vndè, id eſt, ex quibus cauſis res deſcendat.*
4 *Diffinitur Bellum Exulum.*
5 *Membra poſita in diffinitione, ſuum debent habere miniſterium.*
6 *Ex bello Exulum deſcendit poteſtas militaris.*
7 *Militaris poteſtas conſiſtit in pluribus, remiſſiuè.*
8 *Ex cauſis indicitur Bellum.*
9 *Prorex Regni, Princeps dici poteſt.*
10 *Ad Principem ſpectat, mouere, & ſuſcipere bellum.*
11 *Poteſtas iſta eſt cõceſſa Præſidibus Prouinciarum.*
12 *An poſſit exerceri contra Exules tantũ.*
13 *Diffinitio iſta conſtat ex genere, & differentijs.*
14 *Verbum, Poteſtas, ſtat loco generis.*
15 *Differentiæ iſtius diffinitionis ſunt duæ.*
16 *Diffinitio iſtius Belli eſt cauſalis.*
17 *Declaratur, quid ſit diffinitio, & quotuplex.*
18 *Diuiduntur, & diffiniuntur genera cauſarum.*
19 *Diffinitio aliquando ſumitur ex ſingulis cauſis ſeparatim.*
20 *In diffinitione iſtius Belli adſunt omnes cauſæ.*
21 *In quolibet tractatu, quatuor inquirenda ſunt.*

1 PRIMO quæro, quid eſt Bellum Exulũ. Quęſtio iſta licèt ſit ſcholaſtica, & potius ad ſubtiles Philoſophos, quàm ad ſimplices legum

Digitized by Google

Interpretes ſpectet, ex quo tractat
2 materiam diffinitionis, † quę ſemper
in iure periculoſa fuit, l. omnis diffi-
nitio, ff. de reg. iur. tamen eam ſubij-
cere volui, quia cùm ſit per proprias
cauſas, proprium quoquè iuris noſtri
eſt, quærere, vndè id, de quo tractatur
deſcendat, ideſt, ex quibus cauſis,
3 † Et hòc præcedere dèbet omnem di-
ſputationem, omnemquè tractatum,
Ariſt. 4. Metaphiſ. tex. 10. l. prima, ff.
de iuſtit. & iur. l. 1. ff. ſi cer. pet. l. 1. ff.
de furt. & l. 1. ff. de acquir. poſſeſ.
4 † Bellum igitur Exulum rectè deſcri-
bi poterit. Eſt poteſtas militaris à
Principe Præſidibus Prouinciarum
conceſſa, ad extirpandum Exules.
5 † Et quia ſingula membra diffinitio-
nis ſuum debent habere miniſteriũ,
vt dixit gloſ. in §. 1. Inſtitut. de action.
in ver. quamuis, & ibi notant Iaſ. Go-
mez, & cæteri, idcircò ex iſta diffini-
6 tione plura erunt notanda. † Primũ
ibi, poteſtas militaris, quòd iſtud Bel-
lum importat militarem poteſtatem,
quod probatur per verba literarum
poteſtatis, ibi *(Poſſiate, & debbiate
procedere ad modum belli, & militari
7 modo.)* † Et poteſtas militaris conſi-
ſtit in pluribus, quorum decem po-
ſuit tex. in cap. ius militare, diſtinct. 1.
& ego centum enumerabo in quæſt.
8 3. ſub *Prædicamento* Pati. † Quod
bellum ex cauſis Princeps mouere
ſolet, quas poſuit vtilis ille Doctor
Lucas de Penna in l. 1. num. 23. cum
ſequen. C. nè ruſtica. lib. 11. Præcipua
erit incorrigibilis latronum audacia,
quæ non patitur, Regnum eſſe quie-
tum, & tranſitum ſecurum, vt probat
idem Lucas de Penna in citato loco,
& eſt tex. in l. 11. C. de his, qui latro,
& in c. notandum 23. q. 2. cum cęteris
per me allegatis ſuprà in proęmio, &
infra ſub Prædicamento Pati, q. 3. in
9 primo ſpeciali. † Secundò, nota ibi, à
Principe, quòd bellum iſtud indixit
Princeps, ideſt Prorex iſtius Regni,
qui Princeps vocari poterit: per ea,
quæ notat Iacob. in ſua inueſtitura,
in ver. Princeps Pedemontium, Frec.
de ſubfeud. lib. 2. ſub rubri. quis dica-
tur Princeps, Boſſius in ſuis tract. tit.
de Principe, vbi etiam ponuntur eius
10 priuilegia, † Et ratio eſt, quia ad
Principem ſolùm ſpectat mouere
guerram, & bellum ſuſcipere, l. 1. C. vt
armor. vſus, lib. 11. c. quid culpatur
23. q. 1. l. 3. ff. ad l. Iul. maieſt. latè per
Iſer. in vſib. feud. ſub tit. conſuetudin.
num. 5. cum ſequen. Tertiò nota ibi,
11 Præſidibus Prouinciarum. † Quòd
poteſtas iſta militaris eſt conceſſa
Præſidibus Prouinciarum, quos nos
Gubernatores appellamus in literis
potęſtatis, ibi *(tanto à voi al preſente
Gouernatore di queſſe Prouintie, quanto
à tutti l'altri Gouernatori futuri)* & ra-
tio eſt, quia de iſtis multum confidit
Princeps, l. 1. ff. de offic. præfect. præ-
tor. Et de poteſtate iſtorũ Pręſidum
non intendo nunc tractare, ſed aliàs
dicemus, Deo dante, in Tracta. de
Potentia, & Impotentia Regiarum
Audientiarum. Sed an iſta poteſtas
tranſeat ad ſucceſſores. An ſit dele-
gabilis, vide, in proprijs quęſtionibus
12 ſub Prædicamento Agere. † Quartò
nota ibi, ad extirpandum Exules.
Quòd poteſtas iſta exercetur tantùm
contra Exules, probatur in ijſdem li-
teris poteſtatis, ibi, *contra quelli fora-
ſciti, &c.* Et an extendatur ad eorum
auxiliatores, ad incidentia, & emer-
gentia, & ad cauſas pendentes, &
præteritas; vide infra ſub Prædica-
13 mento Relationis. † Quintò nota,
quòd iſta diffinitio conſtat ex gene-
re, & differentijs, ſicuti conſtare de-
bet omnis diffinitio, vt in l. 1. §. dolũ,
ff. de dolo, Bar. Bald. & alij in l. 1. ff. de
teſtamen. Bal. in c. cùm contingat, de
dolo, & contumac. Genus enim dici-
tur, quod prædicatur de pluribus dif-
ferentibus numero, l. 1. §. huius ſtu-
dij, iuncta gloſ. ff. de iuſti. & iur. §. hu-
ius ſtudij, cum glo. Inſtit. eod. tit. c. 11.
in fin. prima diſtinct. § plebiſcitum,
Inſtit. de iur. natur. gen. & ciui. Et an
ſemper ità ſumantur apud Iuriſtas,
vide

vide Bart.in l.quod Nerua,ff.depoſit.
Caſtren.& cæteros in l. 11. §. mutui
autem,ff. ſi cer.petat.Bar.in l. legato
generaliter,ff.de legat.primo,Canon.
in cap.Paſtoralis, §.quoniam, de re.
14 ſcript. † In iſta diffinitione ponitur
loco generis verbum, Poteſtas; quod
prædicatur de Poteſtate ciuili,& de
Poteſtate militari,de quibus in c. ius
ciuile,& in c.ius militare,diſtinct.pri-
ma,& ideò dixit text. in l. poteſtatis,
ff.de ver. ſignifi. quòd verbum iſtud
15 plura ſignificat. † Differentię eligi
poſſunt ex prędictis notabilibus. Duę
tamen ſunt principales. Prima ibi,mi-
litaris,ad differentiam Poteſtatis ci-
uilis,quæ eſt ſpecies ſeparata, vt in
dictis capitulis.Secunda ibi,ad extir-
pandum Exules,poſita ad differentiā
aliorum bellorum, & poteſtatum,
quæ non ſolùm ad extirpandum
Exules dantur,ſed Infideles quoque,
& ad coercendum omnia delicta,quæ
ſponte, vel ignorantia committun-
16 tur,vt in l.5.ff.de leg.† Sextò nota,
17 quòd diffinitio iſta eſt cauſalis. † Ad
cuius euidentiam præmittēdum erit,
quòd diffinitio nil aliud eſt, quàm
demonſtratio eſſentiæ rei diffinitæ,
Abb.in rub.de ſent. excommu. Bart.
in l.1.ff.de acquir.poſſeſſ.& in termi-
nis Cagnolus in l. omnis diffinitio,
num.6.in fin.ff.de regul.iur. Et ſecū-
dùm Philoſophos,& Doct. diffinitio
eſt duplex: quid nominis,& quid rei,
Ariſto.2.poſterio.text.10. Cagnolus
in dicta l.num.3.qui allegat aliquos;
Quid nominis,eſt oratio nominis ſi-
gnificationem exponens, quam nos
ethymologiam vocamus; & ſic diffi-
nitur à Iuris Magiſtris,vt dixit Bonus
Bononij in præfationibus ad titulum
de acquir.poſſeſ.num.10.vt putà Te-
ſtamentum eſt teſtatio mentis, §. 1.
Inſtit.de teſtamen.Poſſeſſio eſt pedū
poſitio,l.1.ff.de acquir.poſ.& de iſta
non eſt tractandum, materia eſt in
dictis legibus,& in l.1.ff. de furtis,ac
in l.2.§.mutui autem,ff.ſi cer. petat.
Diffinitio quid rei,eſt oratio, quid
eſt eſſe indicans; Ariſto.primo topi-
cor.4. hoc eſt eſſentiam,& naturam
rei perfectè manifeſtans,Cagnol.in
citato loco num.6. Et iſta diffinitio
plerunque in iure noſtro fit per cau-
ſas, & vocatur diffinitio cauſalis,
quę eſt oratio, proprias cauſas
declarans; Bonus Bononij in dictis
18 præfationibus,num.11.† Cauſarum
autem genera quatuor eſſe dixere
idem Bonus,Cagnolus,& alij ſupra
citati,Efficientem, Materialem, For-
malem,& Finalem. Dicitur cauſa Ef-
ficiens,vnde naſcitur principium mo-
tus,& mutationis,vt Faber in opere,
Materialis eſt,quæ cùm inſit, ex ea
aliquid fit,vt ferrum in cultro, Fina-
lis eſt,cuius gratia,vel propter quam
quidpiam fit, vt Beatitudo in homi-
ne,& eſt prima in intentione, & vlti-
ma in exequutione, vt declarāt alle-
gati Doctores. Diffinitio igitur ali-
quando ſumitur ex omnibus generi-
bus cauſarum coniunctim, vt eſt dif-
finitio tutelę in l.1.ff.de tutel.Eſt vis,
ac poteſtas,in capite libero conſtitu-
ta ad tuendum eum, qui per ætatem
ſua ſponte ſe defendere nequit,iure
ciuili data,atque permiſſa. Et in diffi-
nitione obligationis poſita in §. 1.In-
ſtitut. de obligat. Obligatio eſt iuris
vinculum, quò neceſſitate aſtringi-
mur alicuius rei ſoluendæ,ſecundum
noſtræ Ciuitatis iura, & in alijs quo-
19 que poſitis per Doctores. † Aliquā-
do diffinitiones non ſumūtur ex om-
nibus cauſis coniunctim, ſed ex ſin-
gulis earum ſeparatim, vt exemplis
declarabo. Per cauſam efficientem
diffinitur lex in §.lex eſt,Inſtitut.de
iur.natu.gen.& ciui. Lex eſt, quod
Populus Romanus Senatorio Magi-
ſtratu interrogante (veluti Conſule)
conſtituebat,& ideò dixit in c.quę lā,
diſtinct.2.quòd quędam leges dicun-
tur ab ijs,qui eas condiderunt; Per
cauſam materialem diffinitur ius in
l.1.§.ius,ff.de iuſti. & iur. Ius eſt ars
æqui,& boni,& in l.2.ff.de legib.Per
cauſam formalem diffinitur actio in

§. 1.

ſ. 1. Inſtitut. de actio. Actio eſt ius perſequẽdi in iudicio, quod ſibi debetur; & in l. 1. ff. de teſta. Per cauſam finalẽ diffinitur iuſtitia in ſ. 1. Inſtitu. de iuſtit. & iur. Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas, ius ſuum vnicuique tribuens. Et in materia diffinitionis aduertendum eſt, quòd cauſa formalis vix reperiri poterit abſque
20 finali. † Dico nunc, quòd diffinitio iſtius Belli continet omnes cauſas coniunctim: Cauſa efficiens ibi, à Principe. Materialis delicta Exulum, ibi, Exules, Formalis; vis militaris, ibi, militaris: Finalis extirpatio Exulũ,
21 vt in fine diffinitionis. † Vltimò notandum eſt, quòd cùm de aliqua requiritur, quatuor principaliter inquirenda ſunt, videlicet, An id, de quo agitur ſit; Quid ſit. Quale ſit. Propter quod denique ſit. Ariſtot. 2. poſterio. tex. primò; Bonus Bonomij, & Cagnolus in citatis locis; & hæc omnia obſeruata videbis, non ſolùm in tractatu, ſed in diffinitione quoq; iſtius belli, ex prædictis apparet veritas ipſius diffinitionis.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum poteſt intelligi literaliter, & ciuiliter.*
2 *Verba, ad modum belli, &c. poſſunt intelligi literaliter, & ciuiliter.*
3 *Secundum intellectum literalem duo ſunt modi procedendi.*
4 *Ponuntur ſex differentię inter iſtos modos.*
5 *Si ciuiliter intelligantur, non differunt.*
6 *Natura verborum geminatorum.*

SECVNDO quæro: qualiter intelligãtur illa verba, Ad modũ belli, & militari modo? & ſciedum eſt pro intelligentia,
1 † quòd ſtatutum, & quælibet lex nova duplicem intellectum habere poſſunt, literalem nempe, qui ex litera colligitur: & ciuilem, qui ex mente, & ratione legis ſumitur, & voluntas legis dicitur; ità ſingulariter dixit Bal. in leg. omnes populi, num. 17. ff. de iuſti. & iur. & in n. 18. ſubdit, quòd in ſtatutis ad vnguem ſequi debemus literalem intellectum, ſi in eo poteſt ſaluari ratio mortua ſtatuti; quando ex verbis colligi, & ex intellectu pręſumi poteſt; ſecus ſi nõ poſſet, nec colligi, nec pſumi; q. tũc diceretur caſus omiſſus, & remaneret ſub diſpoſitione iuris, leg. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum. l. ex ea, ſ. in inſulam, ff. de verb. oblig. l. ſi cum dote, ff. ſolut. ma-
2 trim. † Modò dico, quòd verba prædicta intelligi poſſunt literaliter, & ciuiliter; ſi literaliter intelligamus, erunt duo modi procedendi; Modus belli, & Modus militaris, nam ſicuti in militia duo tempora conſiderantur; tempus belli, ſeu pugnæ, & tẽpus tentorij ante pugnam, glo. in verbo hominibus, ſ. planè, Inſtit. de milit. teſtam. glo. in l. milites, la ſi C. eo. vbi Bar. ita declarat, & eſt tex. in l. 1. iuncta glo. in verbo cum ea, ff. de bono. poſſ. ex teſtamen. milit. & ideò duobus modis contra deſertores militiæ procedi poteſt. Tempore pugnæ ad modum belli, & nulla lege, nulla ſolemnitate, & nullo ordine ſeruatis. Tempore tentorij, modo militari, aliquo iure, aliqua ſolemnitate, & aliquo ordine ſeruatis, vt infra decla-
3 rabitur. † Ita & contra iſtos Exules, deſertores Campaneæ, Princeps cõſiderauit duo tempora, Tempus belli, ſeu pugnæ, & eſt, dum proſequuntur, & capiuntur, & iſto in caſu contra eos procedi poteſt Ad modum belli, vt ſentit poteſtas in illis verbis. *Eſpediente, & vtile andar diſtirrendo, &c.* Tempus tentorij, & erit, dum reddet Pręſes, & procedendum erit contra Exules, qui reperiũtur in fortijs Curiæ; nam tunc militari modo procedere debet, & intelligendo verba iſta modo prędicto, differunt iſti duo modi procedendi in multis, vt dicemus ſub Prædicamento Paſſionis, q. 3. ſpeciali 1. & 2.

Pro

Digitized by Google

Pro nunc conſiderari poſſunt ſex dif-
4 ferentiæ. † Prima erit in tempore,
nam modus belli tempore pugnę,
modus militaris tempore tentorij in-
trat,vt ſupra diximus. Secũda,in pri-
mo modo nulla iura ſeruantur,ſaltim
de facto,quia in Caſtris,vt C. Marius
dixit,ingens armorum ſtrepitus non
permittit leges audiri, vt refert Me-
noch.de arbitr.lib. 1. q.95. num. 28.
& de facto ſeruari dixit Faber in
Procem. Inſtit. in ſecundo verò ali-
quo modo ſeruantur iura: nam ideò
Militibus datus eſt Auditor Campa-
neæ,& Præſidi Regius Auditor pro
Conſultore,vt in illis verbis Poteſta-
tis. *Annaleroi del voto,&c.d'alcuni delli
Mag.Auditori,&c.* Tertia, in primo
nulla penitùs ſolemnitas requiritur,
in ſecundo aliqualis,vt dixerunt glo,
in dicto §.plane in l.fin.& in d.l. 1. &
Amedeus de ſyndicatu n.145. Quar-
ta, in primo modo Exules de facto
occidi poſſunt, in ſecundo non, ſed
præcedente aliquali cauſæ cognitio-
ne, Alciatus in l.pupillus, §. 1. nu.8,
& 9. de verb.ſignifi.Quinta,in primo
nulla requiritur ſcriptura, ſed ſuffi-
ciunt probationes, viua voce factæ
coràm Præſide, Rolan. in conſil. 16,
num.eod.& ſequenti, Crauet.conſ.
198. in fin.dicit,quòd poteſt iudicari
ex his,quæ fiunt extrà acta.In ſecun-
do requiritur ſcriptura, ſaltim de cõ-
ſuetudine,& ideò Actuarios quoque
lex conſiderat in iudicio militari, l.
actuarij,C.de erog.mili.annon.lib.12,
Sexta, in modo belli nulla requiri-
tur citatio, in modo verò militari
requiritur,& ità intelligo Aymo. in
conſi.5.num.12. Vrſil.in Afflict. dec.
5 391. col.2. † Poſſunt etiam intelligi
dicta verba ciuiliter,& tunc nulla eſ-
ſet inter iſtos modos differentia,quia
voluntas Principis fuit, per iſta verba
concedere Præſidi liberum arbitriũ
contra Foraſcitos, & ſemper quod
voluit cõcedere huiuſmodi arbitriũ,
vſus fuit,vel iſtis,vel alijs equipollẽ-
tibus verbis; Ecce in poteſtate Gu-
bernatoris Calabriæ dixit, procedas
Leuato velo,vt in Cãcellaria in Cur.
primo fol.121,& in poteſtate menſi-
bus elapſis conceſſa Don Giaymo de
Alagon Comite Villefortis dixit,pro-
cedas de Facto,Velo leuato, Ad mo-
dum belli,vt in Cur.2.fol.265.& Pa-
pa dicit,procedas forti manu; & in
Poteſtate Mihi conceſſa in Regno Si-
ciliæ, quam quinquennio fideliter
exercui dicebatur. Ex Abrupto pro-
cedas,& in ſumma, his, & ſimilibus
verbis vſi fuerunt Principes in con-
ceſſione liberi arbitrij,de quibus ver-
bis, & clauſulis vide Nattã in clem.
ſæpe,de ver.ſignifi.Iaſ.in l.ſi ſic lega-
tum,ff.de leg.primo.Celſus in tracta-
tu clauſularum, ſub tit. de clauſ. re-
ſcript. Menoch. de arbitr. lib. 1. q.8.
Ang. Iaſ. & ceteri in §. in bonæfidei,
Inſtit,de Actio. Felin.in c.1. de conſ.
Imol.& Bart.in l.filiusfamilias,ff.de
donatio.& quòd verba, *Ad modum*
belli,& *Militari modo*, importent li-
berum arbitrium,dicemus in *Prædi-*
6 *camento Pati*, q. 3. ſpeciali 7. † Nec
mirum,ſi geminauit verba,quia id fe-
cit,vt certiores eſſemus de volunta-
te ipſius *Principis*,& vt magis opera-
retur poteſtas; verba enim geminata
ſemper augmentum inducunt,& po-
tentiora ſunt,quàm ſimplicia,l.ſi mu-
lier la 2.C.ad Velleia. l. baliſta, ff.ad
Trebellia. & effectus verborum ge-
minatorum ponit Roma. in l. ſi verò.
§.de viro, ff.ſolut.matrim. ex quibus
apparet,quòd verba poteſtatis, abſq;
abſono intellectu intelligi poſſunt li-
teraliter,& ciuiliter.

SVMMARIVM.

1 *Verba, Ad modum belli,&c. importans liberum arbitrium.*
2 *Liberum arbitrium reſecat ſolemnitates iuris ciuilis, non iuris gentium.*
3 *Enumerãtur ſolemnitates iuris gentiũ.*
4 *Perquiſitio veritatis eſt ſolemnitas iuris gentium.*
5 *Probationes ſunt de iure gentium.*

6 De-

6 *Defenſiones ſunt de iure gentium.*
7 *Cauſæ cognitio ſimiliter.*
8 *Citatio eſt de iure gentium, ſecundum communem opinionem.*
9 *Suſpecta rationi naturali tolluntur.*
10 *Iuramentum teſtium an ſit de iure gen.*
11 *Sollemnitates iuris gentium poſſunt in parte tolli, & interpretari.*

1 TErtiò quæro: quæ ſit ſubſtantia illorum verborum, ad modum belli, & militari modo? & dico, quod ſiue literaliter, ſiue ciuiliter intelligantur (vt in præcedenti quæſtione declarauimus) important liberum arbitrium;
2 † cuius natura eſt, ſolemnitates tantùm iuris ciuilis, non autem iuris gẽtium, aut naturalis æquitatis, ſiue rationis reſecare, Bald. in leg. 1. ff. de teſta. milit. Paris de ſyndi. verb. arbitrium, num. 11. Anchar. conſ. 167. ſub 3. probatione, Amed. de ſyndi. n. 143. Bart. in l. filiusfamilias, num. 4. ff. de donat. & ibi Alban. allegat Cott. idẽ Bart. in tracta. ad reprimẽdum, verb. videbitur, num. 8. Caraldi. de ſyndic. num. 54. q. 108. Bart. in l. neque, ff. de teſtamen. milit. & ratio eſt, quia Princeps non poteſt per conceſſionem poteſtatis cuiuſcunque derogare iuri naturali, aut gentium, glo. in l. fin. vbi omnes, C. ſi contra ius, vel vtili. publ. Bal. in l. fi. C. de legib. vbi etiã dicit, q tenetur ſeruare regulas naturalis æquitatis, ſicuti regulas iuris gẽtiũ; q vidẽ ſignificat; hoc quoq; dicit Bar. ibi in verb. videbitur, nu. 8. Mil. in ſuo repert. ver. arbitrium 46. & iſta eſt communis opinio, de qua teſtatur Lancellott. in templo omni. iudic. lib. 1. c. 1. § 4. ver.
3 ius naturale, & gentium, † & ne ſuper incognitis procedamus, ſcire oportet, quænam ſunt iſtæ ſolemnitates iuris gentium, ſiue naturalis æquitatis? & plures enumerantur in l. 1. § ius naturale, vſque ad l. ius ciuile, ff. de iuſtit. & iur. & genericè ponit Bart. in l. digna vox, C. de legibus. Quò verò ad criminale iudiciũ, quod præ manibus habemus, poſſunt conſiderari ſeptem ſolemnitates iuris
4 gentium. † Prima eſt, perquiſitio, & ventilatio veritatis, quam Iudex perquirere debet, c. fin. 30. q. 5. & l. fin. ff. de probat. & iſta præcipuè cura ipſius eſſe debet, l. 1. cum allegatis in glo. penul. C. de dedit. liber. tollen. quæ perquiſitio veritatis, cùm iuris gentium ſit, tolli non poteſt per liberum arbitrium: Bal. in l. fin. per illum tex. not. 1. in fin. C. de legibus; Deci. in l. 2. col. 2. C. de eden. cum allegatis in
5 ſolemnitate 4. † Secunda ſolemnitas ſunt probationes, quæ etiam de iure Diuino dici poſſunt: & ideò tolli non debent, Maran. in ſuo Specu. 9. diſtinct. num. 10. Amæde. de ſyndicat. num. 14. Bald. in l. 1. in fin. ff. de euict. idem Bald. in l. 1. ff. de teſta. mili. Bar. in d. l. filiusfamil. num. 2. & dicit Bal. in l. præsbiteri, nu. 15. C. de Epiſcop. & Cleric. quod quantùmcunque quis habeat arbitrium, conſtare debet de facto: & iſta eſt communis opinio, de qua teſtatur Vant. in tract. nullit. verſ. de nullit. ſenten. ex defect. proceſſ. num. 37. & ideò Additio ad Bart. in lit. G. in d. l. filiusfamilias dixit, quòd non poteſt ex abrupto occidi banni-
6 tus. † Tertia ſolemnitas eſt, vt detur defenſiones, quæ ſunt iuris naturalis, & negari non poſſunt: Bart. in alleg. l. filiusfamilias, num. 5. Bald. in l. miſites, num. 5. C. de teſtam. milit. Iaſ. in §. in bonæfidei, num. 35. de actio. Ancharr. conſi. 167. Marſi. in l. vnius, § co-gnituruni, nu. 44. ff. de quæſtion. Cardin. & cæteri Canoniſ. in clem. ſæpe, § 1. de re iudic. Cotes per Vrſill. in Afflict. dec. 391. qui intelligit, prædicta procedere quoad condemnandũ, non autem quoad modum procedẽ-
7 di. † Quarta ſolemnitas, iuris gentiũ, & diuini eſt cauſæ cognitio, quæ ſimiliter neceſſaria eſt, Abb. in cap. 1. de cauſ. poſſeſſ. & proprie. & procedit etiam in ſententia Papæ, & Imperatoris, qui abſque cauſæ cognitione procedere nõ poſsũt, Capyci dec. 69. num.

num.35.& iſta eſt communior, & verior opinio,vt dicit Vant.in loco pręg.
8 alleg.num.30.& 36.† Quinta ſolemnitas eſt citatio, vt notatur in clem. paſtoralis,de re iudic.Maran.in d.diſtinct.Cotes per Grauat.ad practicam Veſtrij lib.3.c.2.nu.22.& lib.5. c.13. num.7. in quibus locis teſtatur de communi: mihi autem ſemper placuit diſtinctio *Aym.* conſ. 5. num.3. vbi dicit,quòd aut ſumus in iure, ꝗ Princeps auferre poteſt tertio de plenitudine poteſtatis,etiam ſine cauſa, & tunc non requiritur citatio partis, cui inuitæ,& ſine cauſa præiudicare poteſt: aut in iure, quod Princeps tollere non poteſt tertio de plenitudine poteſtatis, & tunc requiritur partis citatio, exemplum primi mēbri erit in his, quæ ſunt iuris ciuilis. Exemplum ſecundi membri eſt in his,quæ iuris gentium ſunt: ità ſingulariter declarat Lancellot.in lib. præalleg.§.3. cap.1. de plenitudine
9 poteſtatis. † Sexta ſolemnitas eſt,circa ea, de quibus ipſa ratio naturalis ſuſpitionem habet, nam prædicta nō debet admittere Præſes contra foraſcitos, vt putà capitales inimicos, Bart.in dict. l.filiusfamilias, num.6. item teſtes reddentes malam, aut nullam cauſam, Bald. in l.ſolam,in fin.C.de teſtibus,quem ſequitur Barbat.in additione ibi lit.G. & ſimiles, de quibus ꝑ Menoch.de arbit. lib.1.
10 q.25.num.23.† Septima eſt,iuramētum teſtium,quod iuris Diuini etiam dicitur,Bal.in l.pręsbyteri,C.de Epiſc.& Cler.num.13. *Amed.*de ſyndic. num.143.Iaſ.de actio.in §.in bonæfidei nu.29.qui allegant alios,& Marſi. in ſingulari 114.ſingulariter dixit, ꝗ nec Papa poteſt diſpenſare,quòd teſtis non iuret,nec vigore arbitrij bonis viris non iuratis credendum eſt, Paris in loco præallegato num.13.& iſta videbitur communis opinio, ex mente Menoch.de arbitr.lib.1.q.27. qui declarat,procedere quòad plenā probationem, non quòad qualem, qualem,quæ eſt ſufficiens inclinare animum Iudicis, & licèt Bart. in d.l. filiusfamilias,num.5. teneat, non requiri iuramentum,quia eſt ſolemnitas iuris ciuilis, quem ſequuntur relati per Additionem ibi in lit.D. tamen contraria opinio eſt verior, vt
11 dixi. † Verùm ex cauſa rationabili dictæ ſolemnitates poſſunt per Principem in parte tolli, & interpretari, non autem in totum,quia ius gentiū, à quo deſcendunt, immutabile eſt,§. ſed naturalia,Inſtit.de iur.natur.gen. & ciuil.& hoc probant gloſ.& Doct. in l.fin.C.ſi contra ius,vel vtilit.pub. Abb.& Felin.in c. quæ in Eccleſiarū, col.6.de conſtit.quod firmat, & declarat Lancell.in loco præalleg. in tit.ſtatuit contra ius naturale, & in tit.ſequenti dicit, quòd eandem poteſtatem habet Princeps in his, quæ iuris Diuini ſunt, & nos aliqua ad declarationem iſtarū ſolemnitatum dicemus in ſpecialibus,ſub 3.q. Prædic. paſſionis,& pro nūc iſta ſufficiāt quòad prædicamentum ſubſtantiæ.

SVMMARIVM.

1 *Quantitas diffinitur ſecundùm Ariſtot.*
2 *Quantitas conſideratur duobus modis.*

De Quantitate.

1 QVANTITAS, teſte *Ariſtotele* 5. Metaphiſ. eſt illud, quod eſt diuiſibile in ea, quæ inſunt, quorum quod-
2 libet eſt,natus eſſe hoc aliquid.†Doctores verò parum ab eo differentes, conſiderant quantiratem altero de duobus modis, vel per menſuram, pondus,& numerum, vt putà decem pedum,ſex librarum,& viginti aureorum,vel per relationem ad aliud in his rebus,in quibus non cadit menſura,pondus,& numerus, ità Bart.in tract.de teſtib.verſic.quantitas, leg. aut facta, §.quantitas, ff. de pœnis, exempla ponit Bald.in leg. volunta-

tis,C.de fideicomm. Menoch.de arbitr.lib.1.q.11.num.8. & quia reſpectu aliarum poteſtatum magna eſt poteſtas militaris,vt in cap. ius militare,diſtinct.1.meritò ſecundo modo conſiderando eam,quæram.

1 Quanta ſit poteſtas iſtius belli contra Exules.
2 Quanta pro Exulibus.
3 Requiſita indultus.

SVMMARIVM.

1 *Bellatur contra abſentes, & præſentes Exules.*
2 *Contra abſentes diuerſimodè proceditur,primò de iure communi.*
3 *Modus procedendi ſecundùm Conſuetudinem Italiæ.*
4 *Qualiter procedatur in Gallia contra abſentes.*
5 *De iure canonico qualiter procedatur.*
6 *De iure Regni plura requiruntur.*
7 *Banna Regia dant alium modum.*
8 *Modus belli,& militaris explicantur.*
9 *Contra præſentes proceditur diuerſimodè primò,de iure communi.*
10 *Qualiter procedatur in Lombardia contra eoſdem.*
11 *In Sicilia qualiter procedatur.*
12 *Brunus ponit alium modum.*
13 *Modus procedendi ex proceſſu informatiuo.*
14 *Modus militaris explicatur.*
15 *Qualiter procedatur contra præſentes, ad modum belli.*

PRIMO quęro de quantitate poteſtatis contra Exules? † Pro
1 cuius reſolutione ſciendum eſt, quòd bellatur vigore iſtius poteſtatis,tàm contra Exules abſentes,dùm perquiruntur, & inquiruntur, quàm contra præſentes,dum proceditur, & puniuntur, & contra eoſdem magna eſt poteſtas militaris, vt apparebit in centum ſpecialibus, in fine tractatus ſubiacendis; ſub iſta verò quæſtione recitare placuit diuerſos modos procedendi contra vtrumque,ſecundùm diuerſitatem Regionum,& ſtatutorū: vt in iſto bello, quod certam formā hucuſque non accepit,non bellnare,
2 ſed ritè,& rectè bellare ſcias. † Proceditur contra reos abſentes diuerſis modis.Primò, de iure communi, ſi reus abſens erat inquiſitus de delictis vltrà relegationem, non poterat damnari,ſed patiebatur alias pœnas, nempè annotationem bonorum, & ſi perſeuerauerit in contumacia per annum,confiſcabantur in pęnam ſuæ contumaciæ,perdebat iura ſuæ Ciuitatis,& multa alia patiebatur.Si verò erat inquiſitus de delictis à relegatione infra,poterat damnari, & relegari,& hæc omnia procedunt de iure communi,l.1.vbi Doct. ff.de requir. reis, Gandi. in tracta. malefi. in rub. quid ſit agendum,reo abſente, Lancellot.in ſuo Breuiario,tit.de cōtum. & bannit.Clar.in prax. crimin. q.44. ver.1. Bart. in quæſt. Lucanæ Ciuitatis,num.20.de communi Bal.in l.abſentem,num.9.C.de accuſat.& ad id, quod diximus,quòd abſens non poterat condemnari, ponit octo limitationes Lancellot.in loco præallega-
3 † to,num.8.Secundò, de generali cōſuetudine Italiæ, quæ non requirit lapſum anni,vt ius commune; ſed citatur ſolemniter,ponitur in banno,& proceditur vſque ad foriudicationē, cum aliquibus tamen ſolemnitatibus, de qua conſuetudine teſtantur Lancellot.in loco præallegato, nu.8. Clar.ibidem,ver.licèt autem, & in hoc Doctores,& Practici non diſcor-
4 dant. † Tertiò,de conſuetudine Galliæ proceditur contra abſentes, vſq; ad ſententiam diffinitiuam, quatuor tamen præcedentibus contumacijs, vt dixit Boer.in deciſ.63.num.9. qui
5 allegat alios.† Quarto modo proceditur contra iſtos de iure canonico; nam ſi citatus non comparet, efficitur contumax, & excommunicatur, & ſi perſeuerauerit in excommunicatione per annum, habetur pro confeſſo,& conuicto de crimine, de quo impu-

imputatur;& iſta eſt communis con-
cluſio Canoniſtarum,de qua teſtatur
Ripa in c.1.nu.77.de iudi. quem re-
fert, & ſequitur Clar.in loco præal-
6 legato. † Quinto modo, proceditur
contra abſentes de iure Regni vſquè
ad foriudicationem,vigore Conſtitu.
Pęnam eorum,& tunc quindecim re-
quiruntur,quæ enumerat Affliċt. in
diċt.Conſtit.num.5.cum ſequent. &
aliqua per Foller.in prax.crimin.ver.
7 foriudicentur. † Prorex quoquè in-
duxit his temporibus alium modum,
& ſic ſextum contra foraſcitos,vt pa-
tet in bannis nouiter emanatis, in
quibus ſtatuit ipſis foraſcitis termi-
num decem dierum ad ſe præſentan-
dum in Curia, in qua ſunt inquiſiti,
vel reputati contumaces,quo termi-
no elapſo,ipſos diffidat, & declarat
verè foriudicatos,contumaces,& bã-
nitos,& in Cancell.Banno.pr.fol.22.
& 84.& in Cur.pr.Apru fol.47.quod
qualiter intelligatur,dicemus infra.
8 † Septimum modum induxit Dux
Oſſunæ Prorex iſtius Regni, vigore
iſtius poteſtatis,& eſt,vt poſſit contra
eos procedi ad modum belli,& mili-
tari modo,ideſt reieċtis ſolemnitati-
bus iuris ciuilis, abbreuiatis terminis,
& nullo ordine iuris poſitiui ſeruato,
vt diximus ſub Prædic. ſubſt. q.3. &
dicemus in ſpecialibus,& ideò dice-
bam Gubernatori Prouinciarum A-
prutij, quòd patrato aliquo nouo, &
atroci deliċto per eoſdem,poſſunt ci-
tari,dato breui termino,& ſi non cõ-
paruerint: poteſt procedi ad foriudi-
cationem,& ad alias pęnas, quod tã-
dem declarauit Prorex in poteſtate
conceſſa contra foraſcitos Domino
Michaeli de Aguirre, dicens, quòd
poſſint abbreuiari termini contra fo-
raſcitos abſentes,vt in Cur.5. fol.22.
immò vltimo loco fuit publicatum
bannum contra foraſcitos componẽ-
tes ſubditos S.M. & illos, vt dicitur,
recaptantes,abſque alio termino ha-
beri mandat pro verè foriudicatis,&
quòd bona eorum ſint confiſcata; vt
9 in Banno.pri.fol.128 † Contra præ-
ſẽtes reos ſimilitèr diuerſimodè pro-
ceſſum fuit,ſecundùm diuerſitatem
Regionum. Primum modum induxit
ius ciuile contra malefaċtores, quem
nos ordinarium appellamus: & iſte
modus requirit iuris ordinem,ſolem-
nitates, & multa alia,quę currunt per
Curias,& enumerantur per Foller.in
ſua prax.crim.de quibus facit multas
rubricas,& per alios Praċticos,& no-
tus eſt modus iſte omnibus, & forsã
in ſequen quæſt ego aliqua dicam.
10 † Alius eſt modus,qui de ſtylo,& cõ-
ſuetudine ſeruatur in Lombardia:
quem refert Blanc.in leg. fin. ff. de
quæſt.in 3.præmiſſo, num 21. & 22.
Anton. de Nigris in cap.ſi cum ſce-
leratis,num.99. & eſt,nam examina-
tis teſtibus,parte incitata, examina-
tur principalis,& eius conſtitutum
habetur pro litis conteſtatione; de-
indè ſi adſunt indicia ſufficientia, ab-
ſquè publicatione, & alijs ſolemni-
bus torquetur,& ſi confitetur, ex ab-
rupto condemnatur: ſin autem,pro-
11 ceditur vt iuris. † Tertius modus
ſeruatur in Sicilia, vbi patrato deli-
ċto, ſiue ad inſtantiam partis,ſiue Fi-
ſci capitur reus,ad effeċtum, vt inte-
rogetur,& vt ex ſuis ſubitionibus, vt
verbis illius Curiæ vtar,poſſit funda-
ri intentio partis,vel Fiſci, & ſi capi-
tur in ſubitione,carceratur: ſin autẽ
recipiuntur teſtes,parte citata,qui ẽt
recipi poſſunt antè ſubitionem: & ſi
conſtat,in tantum,quòd procedi poſ-
ſit ad torturam,nullis auditis defen-
ſionibus faċti ipſius rei,ſed tantùm
iuris,ad torturam ponitur: & ſi fate-
tur,datur terminus innocentiæ (pro-
ut ibi dicunt) ad probandam ſuam
innocentiam; & ſi conſtat per qua-
tuor teſtes de viſu,abſquè tortura da-
tur terminus extraordinarius: & e-
lapſo termino innocentiæ,vel extra-
ordinario,nullo alio aċtu ſubſequen-
te abſoluitur,vel condemnatur reus;
prout refert Cumi in fin.rit. M. R.C.
Sicilię in ſua prax.tit.de cauſ.crimin.

 mihi

mihi fol.52.& iſtum modum ego ob-
ſeruaui,& vidi paſſim obſeruari per
12 alios in dicto Regno. † Quartum
modum ponit Brun.in tract.de indit.
& tort.q.5. 2.partis, num.11. vbi di-
cit, quòd Iudex debet aduertere,
quòd antequàm veniat ad torturam,
debet procedere hoc modo; quia
habita informatione de delicto, &
conſtito ſibi de facto,vt ſuprà proxi-
mè dictum eſt, debet in baſtardello
facere inquiſitionem contra illum,
quem tale delictum dicitur commi-
ſiſſe,quę erit inquiſitio ſpecialis quò-
ad delictum, & generalis quòad per-
ſonas: & ſuper illa debet examinare
teſtes,etiam nullo aduerſario ad hoc
citato,& ſi habuerit indicia, proce-
dat ad inquiſitionem ſpecialem con-
tra perſonam,contra quam laborant
indicia; & iſtam ponit in libro acto-
rum,prout habetur in cap. qualiter,
& quando,de accuſat. vt hoc facto,ſi
adſunt indicia ſufficientia ad torturã,
torquetur:& ſi probationes ſufficien-
tes,condemnatur; vt ibi,quem vide,
quia ponit etiam modum proceden-
di contra abſentes,& ex mente *Aret.*
dicit,eſſe mente tenendum, licèt ipſe
13 non firmet. † Quinto modo de iure
Regni poteſt procedi contra huiuſ-
modi foraſcitos ex proceſſu infor-
matiuo,de præeminentia M.C.V cõ-
tra diſrobatores ſtratarum, homici-
das, & aliorum maiorum criminum
labefactos,ad torturam vigore capi-
tuli Regni, incip. ſi cum ſceleratis,
& practicatur hoc modo, nàm reci-
piuntur teſtes contra reum,parte in-
citata, deindè examinatur dictus
reus,& ſi adſunt indicia ſufficientia
ad torturam,vel ſi de ſocijs interro-
gari poteſt (prout regulariter) inter-
rogantur foraſciti (vt in ſpecialibus
dicimus) torquetur, & ſi confeſſus,
vel conuictus fuerit, vel ſi indicia nõ
fuerint euacuata, taliter quòd poſſit
aliqua pęna puniri,conteſtatur lis,da-
tur terminus, & in ſumma poſt tor-
turam illatam proceditur ordinariè,
vt dixit Anton. de Nigris in d.cap.ſi
cum ſceleratis, in fin. & Modus iſte
differt ab illo Lombardiæ, nam ibi
ſemper extraordinariè proceditur,
ſed hìc extraordinariè vſque ad tor-
turam, deindè ordinariè; *Præterea*
ille modus habet locum contra om-
nes delinquentes, iſte verò contra
quoſdam nominatos in d.cap.& iſtas
duas differentias conſiderat *Anton.*
de Nigris in loco cit.& quòad iſtum
modum notanda pro nunc ſunt duo.
Primò,quòd regulariter, ad hoc vt
habeat locum,decem, & octo requi-
runtur,quæ enumerat idem Ant.de
Nigris in eodem c.n.24.vſquè ad fin.
ſed hodiè duo tantùm ſufficiunt,gra-
uitas delicti, & frequentia indiciorũ;
vt dixit Franc.in dec.143.n.2. & ità
obſeruaui in Regijs Audientijs. *Se-*
cundò,licèt regulariter pręheminen-
tia prædicta ſoli Magnæ Curiæ com-
petat,vt per Franc.in d.decis.& Ant.
de Nigris in d.c.& ſentit *Afflict.* in
dec.391.tamen hodiè eſt dilatata ad
Regias *Audientias*.& maximè ad Au-
dientiam Aprutij, quæ abſque licen-
tia obtenta à Collaterali Conſilio,vt
dictat Prag. fin.de offic. iuſtit. vtitur
dicta præheminentia, & ità commu-
niter obſeruatur,Carauit. in rit.259.
num.10. quia Regiæ Audientiæ ha-
bent præheminentias, quas habet
M.C.V.idem in rit.54.in fin. & in rit.
49.num.24.& iſte modus hùcuſque
obſeruatus fuit per Commiſſarios
Campaneæ,& Regias Audientias cõ-
14 tra foraſcitos. † Sextus modus eſt
iſte militaris,qui hùcuſque non acce-
pit certam formam;ego verò ſic pra-
cticaui,receptis teſtibus,reo citato,ſi
erat præſens,prout fit in Sicilia, vel
non citato, ſi alibi repetiebatur car-
ceratus,prout fit in Lombardia, ip-
ſoque reo examinato, ſi aderant in-
dicia, torquebatur, & confeſſo, ſeu
conuicto,vel indiciato, taliter, quòd
poſſet aliqua pęna infligi, fuit datus
terminus ad ſe defendendum,in quo
concedebatur copia repertorum, &
cla-

elapſo termino, citabatur reus ad ſẽtentiam: deindè proferebatur, prout iuris erat, in qua practica videbis reiectas ſolemnitates iuris ciuilis, non autem iuris gentium, quæ tolli non poſſunt, vt diximus ſub Prędicamen. Subſtantiæ q. 3. & latius dicemus in
11 ſpecialibus. † Septimus eſt modus belli, qui habet locum contra Exules captos in perſecutione, ſeu repertos in fraganti: tunc conſtito de facto, poteſt per horas, & ex abrupto procedi, & ideò gloſ. in §. planè, Inſtitut. de milit. teſtam. dixit, quòd in bello non requiritur alia ſolemnitas, niſi, quòd conſtet de facto, & veritate, idẽ ſentit Bart. in l. 1. ff. de offic. eius, Paris de ſyndicat. verſ. latro, cap. 1. nu. 3. glo. in l. milites, C. de teſtam. milit. quia factum ipſum, & veritas, iuris naturalis ſunt, & tolli nõ poſſunt, Capyc. dec. 69. num. 35. vide Bald in leg. Præsbyteri, C. de Epiſc. & Cleric. de communi teſtatur Vantius in tract. nullit. verſ. de nullit. ſentent. ex defectu proceſ. num. 30. & 36. vt dicemus infra in primo ſpeciali. De ſolemnitatibus verò iuris ciuilis non eſt pręſentis ſpeculationis, cùm illas tollat Poteſtas, & in ſpecialibus declarabimus, an ſint ſublatæ ſolemnitates iuris ciuilis: tàm in actis ordinatorijs, quàm in probatorijs, & deciſorijs: & veris inhærendo reſolutionibus materiam iſtam cõfuſam explicabimus.

SVMMARIVM.

1 *Securitas eſt nomen genericum, & declaratur.*
2 *Securitas diuiditur in ſaluaguardiam, & ſaluumconductum.*
3 *Saluaguardiam ſolus Princeps concedere poteſt.*
4 *Saluumconductum perpetuum ſimilitèr.*
5 *Saluumconductum temporalem ex cauſa inferiores concedere poſſunt.*
6 *Princeps omnibus, Inferiores quibuſdã concedere poſſunt ſaluumconductum.*
7 *Saluuſconductus, cuicunque conceſſus, ſeruandus eſt.*
8 *Fractores illius qualiter puniantur.*
9 *Rumpitur ſaluuſcõductus multis modis.*
10 *Praſes, vigore poteſtatis militaris poteſt concedere ſaluumconductum temporalem tantùm.*
11 *Præmium capientium Exules.*

SECVNDO quæro, quanta ſit poteſtas militaris pro Exulibus, pro quibus tanta eſt poteſtas iſtius belli, vt liceat etiã Præſidi ipſis indulgere, meritò ſub iſta quæſtione ſubijciam materiam Indultorum, & Guidatici, vtilem, & neceſſariam, quia quotidiè ventilatur
1 in Tribunalibus, † & pro intelligentia ſciendum eſt, quòd ſecuritas eſt nomen genericum, & comprehendit ſub ſe Saluumconductum, Fidem publicam, Fidam, Fidantiam, Saluaguardiam, Guidaticum, Moratoriam dilationem, & Dilationes. De primo Mil. in ver. ſecuritas lo 2. glo. l. 1. ſecundùm primum intellectum, ff. ad l. Iul. M. Marian. Socin. de citatione, artic. 18. num. 9. De ſecundo Bude. in annot. ſuper d. l. 1. & dixit Saluſt. comes eius, qui Romam fide publica venerat, de Fida, & Fidantia Bart. in l. is, qui reus, num. 12 ff. de public. iudic. & ità vocatur in Ciuitate Beneuenti. De Saluaguardia Aufrer. in deciſ. Tholoſ. q. 489. Guidaticum appellamus in Regno, & de Moratoria dilatione eſt tex. in l. quoties, C. de precib. Imper. offeren. & de Dilatione, quæ idem eſt in d. l. & in l. vniuerſa, C. eod. ac de omnibus per Mãdoſ. in pract. ſignaturæ gratiæ, in verbo ſaluoconductu. Hęc omnia dixiſſe volui, quia Doct. promiſcuè vtuntur dictis verbis, ſecundùm vſum loquẽdi cuiuslibet Regionis, & accipiunt
2 vnum pro alio. † Sed propriè loquẽdo, Securitas iſta duas habet ſpecies, nempè ſaluaguardiam, & ſaluumconductum, qui etiam Indultus dici poteſt. Prima habet locum in ciuilibus, & Amicis conceditur. Alius habet lo-

Digitized by Google

locum in criminalibus , & Inimicis
datur,vt putà hoſtibus , & bannitis:
ità dixit Menoch.de arbitr.lib.2.caſ.
338. in princ. De Saluaguardia non
3 eſt materia noſtra. † Regula eſt,quòd
ſolus Princeps poteſt illam concede-
re Mercatoribus,vel Debitoribus fu-
gitiuis ad ſoluendum , ità vt intra
certum tempus non poſſint conueni-
ri,l.2.C.de precib.Imper.offer.quam
commentat Cucch.in Tract. quem
facit de moratoria præſcriptione ,
Menoch.in prædicto caſ. 338. aliqua
per Cauen.in rit.287.num.10.& per
Lancellot.in ſuo templo lib.1.c.1. §.
4. tit. debitoribus dilat. indult. De
Saluoconductu , ac Indultu loquen-
dum eſt,& pro faciliori intelligentia
4 procedam per concluſiones.† Prima
concluſio eſt , ſaluumconductũ per-
petuum ſolus Princeps concedere
poteſt ; Magiſtratus verò inferiores
non poſſunt,Bart.in l.relegati, nu. 4.
ff. de pœnis, Nellus de bannit. in 2.p.
2.tempo.q.15. verb.ad 2.reſpondeo,
Fel.in cap.accedens,il 2. num.2. extrà
vt lit.non conteſt. Anton. de Nigris
in c.multorum,& ibi Sebaſt. de Nea-
pol.allegat pulchrum textum in l. 1.
C.de commea. lib.12. cum allegatis
per Boer.in deciſ.179. Afflict.dec.4.
num.2. Mandoſ. in d. prac. in verbo
ſaluoconductu,ver.ſaluũconductum;
& ratio eſt,quia indulgere delinquẽ-
tibus in totum,de Regalibus eſt , cũ
multis alijs,de quibus per Lucam de
Penna in l.contra publicam, C.de re
milit.lib.10.Caſſa. in Conſuet.Burg.
rubr.1.§.5.in text.du prince , num.8.
vbi in terminis dicit,quòd Baro non
poteſt reuocare bannitos,Bal.in l.Im-
perium, ff. de iuriſdict. omni. iudic.
5 † Secunda concluſio, ſaluumcondu-
ctum temporalem non ſolùm Prin-
cipes,ſed Inferiores Magiſtratus ex
iuſta cauſa concedere poſſunt ; vt di-
cunt allegati Doct. & vide Vital. in
tract. clauſul. clauſula nil nouari ſe-
curitate penden. verſ. ſi verò Iudex,
& iuſtę cauſę ponuntur per Menoch.
lib. 2.caſ.337. num.2. quod intellige,
dummodò Iudex,& Magiſtratus , qui
concedunt ſaluumconductum, ban-
niuerint ipſum, vel aliàs fuerint, &
ſint Iudices ordinarij ipſius aſſecurã-
di,Grammat.vot.25.num.14. Meno-
ch.in d.caſ.eodem num.& ita intelli-
guntur Scribentes, dicentes, poſſe
Magiſtratus inferiores concedere
ſaluumconductum ; & quod ita eos
intellexerunt Domini de Conſilio,re-
6 fert Afflict dec.4. num.2. † Tertia
concluſio , Princeps omnibus poteſt
concedere ſaluumconductum , alij
verò Magiſtratus inferiores non poſ-
ſunt concedere reis pro delictis,quo-
rũ cognitio,vel ad Principem, vel ad
Officiales Regios ſpectat ; de quibus
per Caſſan.in d. Conſuetud. rubr. 1.
num.209.& ideò non poterunt con-
cedere ſaluumconductum Rebelli-
bus,reis criminis læſæ Maieſtatis, af-
flict.in d.dec.in fin.cum allegatis per
7 Menoch.in d.caſ.num.10. † Quarta
concluſio, ſaluusconductus cuicun-
que conceſſus, ſiue hoſti,ſiue banni-
to,aut priuatæ perſonæ,ſeruãdus eſt,
& iſta fuit opinio Cyni in l.præſenti,
C.de his,qui ad Eccl.confug. & licet
nonulli tenuerint contrarium, quos
refert pract.Mandoſ.in loco pręalleg.
tamen,vt ipſe dicit, opinio Cyni eſt
æquior , rationabilior, ac humanior,
& eſt communis,de qua teſtatur Ca-
gnol.in l.ea eſt natura,num. 19.ff.de
8 reg.iur. † Quinta,fractores ſaluicon-
ductus,& offendentes Aſſecuratos, ſi
offenſus ex offenſione moriatur, of-
fendens punitur pœna mortis, & in-
cidit in crimen læſæ Maieſtatis,Bart.
in l.3.§.transfugas ff.de ſycarijs,cum
allegatis per Boer.in d.dec. 79. nu.2.
Si verò offenſa facta habenti ſaluum-
conductum mortem non intulit, Iu-
dicis arbitrio pro qualitate offenſæ
punitur,Boer.in d.dec.num.4.& iſta
concluſio eſt magis recepta a Doct.
vt dicit Menoch.in caſ. præalleg. in
princ.videlicèt,in caſ.336. & in caſu
ſequen.facit de hoc regulam , eam
am-

ampliat duobus modis, & ſeptē mo-
9 dis limitat. † Sexta, rumpitur ſaluus-
conductus ab affidatis multis modis,
quos ſparſim ponunt allegati Docto-
res, frequentiores ſunt, ſi affidatus
commiſerit delicta, pro quibus poteſt
puniri, ſed non pro veteribus, quia
de illis ſaluusconductus illum tutum
facit, Vital. in d. clauſula num. 9. Co-
tes per Menoch. in d. caſ. 337. nu. 13.
Item rumperetur, ſi eſſet datus pro
ſe, & quatuor ſocijs, & duceret quin-
que, nam illi, qui ſunt vltrà numerū,
poſſent capi, & puniri, Vital. in loco
præalleg. num. 16. Item, ſi ſecum af-
fert reprobatam ſocietatem, vt putà,
hoſtes, hęreticos, & ſimiles, Boer. in
d. dec. num. 7. cæteros modos vide
in Vital. Multis etiam modis rumpi-
tur ab alijs contra affidatos, de qui-
10 bus per Menoch. in d. caſ. 336. † Se-
ptima, Præſes Prouincię vigore iſtius
poteſtatis ſaluumconductum tempo-
ralem concedere poteſt, perpetuum
verò non, quia cùm ſit Capitaneus
guerræ contra foraſcitos, non poteſt
cum illis facere pacem, quia eſſet in-
dulgere in totum, quod ſpectat ad ſo-
lum Principem, vt ſuprà dictum eſt;
benè poterit cum iſtis foraſcitis fa-
cere treuguam, dādo eis ſecuritatem
ad tempus, iuſtis ex cauſis: iſta eſt do-
ctrina ſingularis Bart. in l. conuentio-
num, num. 2. ff. de pact. Ferret. de an-
tiqu. inſtau. num. 128. in fin. & ità
paſſim vidi obſeruari à Don Franci-
ſco de Mendozza, olim Gubernatore
Prouinciarum Aprutij, & Carolus
Gambacorta dictarū Prouinciarum
Gubernator, iuſtis ex cauſis guidauit
Familiam de Sabatucijs, & diebus
præteritis Familiam de Iannectis ad-
inuicē antiquos, & naturales inimi-
cos, qui tandèm voluntate Proregis
reconciliati ſunt, cum quibuſdam ca-
pitulationibus pro ſeruitio Regis, &
inter cætera vtraque Familia promi-
ſit, à graſſaturis, furtis, alijſque deli-
ctis Campanee cuſtodire quandam
partem Prouinciæ Aprutij vltrà, vt
in actis Regiæ Audientiæ illius Pro-
uinciæ die vigeſimonono, & vltimo
Ianuarij 1586. Verùm quid futurum
ſit, ignoro, Deus ſcit, mihi autem ſē-
per placuit, vti ferro contra iſtos, &
ſæpè ſæpiùs exclamaui apud iſtos
Dominos, alioſque Superiores, non
decere cum latronibus habere pacē,
nec treuguam, nec guidandos eſſe, ni-
ſi præcedente aliquo notabili ſerui-
tio, & ità pluries reſcripſit Collatera-
le Conſilium: reſcripta interpretan-
tur, & dilaniantur à Commiſſarijs
propter eorum paſſiones; Ipſe verò
vidi, idem Conſilium aliquando ap-
probaſſe, aliquando reprobaſſe, ſæpè
laudaſſe huiuſmodi guidatica poſt
ſequutum ſeruitium, ideò cautius
erit impetrare hoc à Principe, vt cō-
ſuluit Mandoſ. in d. practica, in eodē
ver. ſaluoconductu, ver. ſecundo, in
11 fin. † Octaua, Regia banna emanata
contra Exules promittunt indultum
capientibus, ſeu occidentibus illos, ſi
reperiuntur delinquentes, ſin autem,
eiſdem promittunt certū præmium,
& facultatem nominandi alium, cer-
tis in caſibus, & quibuſdam qualita-
tibus in illis contentis adimpletis,
quæ cùm pro forma datę ſint, obſer-
uandæ ſunt, alioquin ceſſaret benefi-
cium bannorum, Ioan. Andr. in cap. 1.
de homicid. in 6. in nouella, Bald. in
l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epi-
ſcop. & Cler. Decius in terminis in
cap. 1. nu. 29. verſ. pro deciſione, extrà
de probat. & eſt tex. in c. fin. de reſtit.
ſpoliat. ſuper quo Iacobus Nouellus
facit regulam cum tribus ampliatio-
nibus, & nouem limitationibus, in
regula 164. Verùm quia indultus cū
magna cauſæ cognitione conceden-
dus eſt: operepretium eſſe duxi,
ſubijcere in ſequenti quæſtione re-
quiſita Indultus, ſūmo labore à Scri-
bentibus, & praxi collecta, in quibus
breuiter ponam totam ferè materiam
Indultorum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In Indultu triginta requiruntur, primò, quòd indultandus non ſit carceratus.*
2 *Indultandus debet capere proprijs manibus bannitum.*
3 *Indultandus non debet eſſe ligatus maiori pœna, quàm captus.*
4 *Condemnatus non poteſt indultari.*
5 *Cauſæ indultus ſiunt coràm Regijs Officialibus.*
6 *Captus conſignandus eſt Regiæ Curiæ.*
7 *Captus viuus conſignandus eſt viuus.*
8 *Indultandus debet comparere perſonaliter.*
9 *An poſſit indultari clericus.*
10 *An laicus ſi occiderit clericum poſſit indultari.*
11 *An capiens foraſcitum poſt bannũ gaudeat indultu.*
12 *Delictum poſt bannũ impedit indultũ.*
13 *In Indultu requiritur declaratio Iudicis.*
14 *Delinquentes ſub ſpe indultus non poſſunt indultari.*
15 *Delicta exceptuata impediunt indultũ.*
16 *Intra decem dies banni occidens bannitum non gaudet indultu.*
17 *In indultu non ſufficit, quòd occiſus inceſſerit per Campaneam, ſed requiritur aliqua vis.*
18 *Qualitates indultus probandæ ſunt.*
19 *Delictum occiſi an debeat eſſe tale, quòd importet pœnam mortis.*
20 *Toleratus non poteſt occidi.*
21 *Occidens eum, qui de proximo expectabat indultum, non gaudet indultu.*
22 *Recluſum in aliqua Ciuitate occidens, non indultatur.*
23 *Occidens foraſcitum, qui communi æſtimatione reputabatur pro bono, non indultatur.*
24 *An indultus debeat exprimere, quòd aliàs fuit de eodem delicto indultatus inquiſitus.*
25 *Indultus, an trahatur ad proceſſus futuros.*
26 *An capiens inimicum bannitum poſſit indultari.*
27 *An debeant eſſe captus, & indultandus ſub eodem Præſide.*
28 *An captura debeat fieri in territorio ſubiecto.*
29 *Guidatus non poteſt occidi.*
30 *In Indultu Regius Fiſcus audiendus eſt.*

TERTIO quæro, quot requirantur ad validitatem indultus? & dico, quòd plura requiruntur.
1 † Primum, quòd indultandus non ſit carceratus, quia ad carceratos non extenditur beneficium Banni, Bar. in l. ſi quis ſeruus, num. 2. ff. de cuſto. reor. & in l. ſi quis pro emptore, num. fin. ff. de vſucapio. & ratio eſſe poteſt: quia eſt acquiſitũ ius Fiſco, cui præiudicari non poteſt, l. nec damnoſa, C. de prec. Imper. offeren. Bart. verò in l. Domitianus, ff. ad Turpill. diſtinguit, quòd aut per indultum remittuntur delicta ad tẽpus, vt putà durante guerra, vel Principe exiſtente in Ciuitate, & tunc nõ extenditur ad carceratos, quia ceſſãte tempore, poſſet iudicium eludi per fugam carceratorum. Aut verò remittuntur in totum, & tunc extenditur ad carceratos, quia indulgentia iſta latiſſimè eſt interpretanda, l beneficium, ff. de conſtit. Princ. & iſtam diſtinctionem Bart. ſequitur Anton. de Nigris in cap. miſericordiam, n. 12. & ad contraria reſponderi poteſt, 2
Bar. in d. l. ſi quis ſeruus remittit ſe ad d. l. Domitianus, ſecundùm quam intelligi debet, vt ipſe dixit in l. non ſolũ, §. ſi liberationis, ff. de libe. leg. & l. Imperator, ff. de in diẽ adiecti. & in l. ſi quis pro emptore nihil firmat. Ad rationem reſponderi poteſt, Primò, quòd poteſt præiudicari Fiſco in pœnis, in quibus non habet cauſam lucratiuam, prout erit remittere pœnã corporalem, & infamiam, Bald. in l. reſcripta, num. 4. & in d. leg. nec damnoſa, C. de precib. Imper. offeren. Secundò, ſi etiam tractaretur de commodo pecuniario, ex quo Indultus conceditur motu proprio Principis, & non ad partis ſupplicationem, poſſet

ſet præiudicari Fiſco in pœnis non incorporatis, Bald. in dictis legibus, Anchar. in conſ.408. Iaſon in l. poſthumo, num.39. C. de bono. poſſeſſi contra tabu. Foller. ità in terminis declarat Indultum Card. Pacec. col.4. circa princip. & col. 12. & ideò videtur dicendum, quòd carcerati poſſet indultari vigore Regiorum bannorũ, ſeruatis alijs ſolemnibus, & ſic ſeruauit Regia Audientia Aprutij in cauſa indultus Cęſaris Montani de Theramo, qui detinebatur cum cautione de ſe præſentando in forma, tempore, quo cœpit bannitum, & præſentauit eius capud, & ratio iſtius requiſiti eſt, quia indultus conceſſus motu proprio Principis, extenditur ad carceratos, vt ſingulariter dixit Ioann. Vincentius de Anna ſingular. 240.

2 † Secundum requiſitum, quòd ipſe indultãdus proprijs manibus cœperit bannitum, non per alium, quia bannum fundat ſe in perſonam capientis, & occidentis, vt in illis verbis, *ammazzarà, ò piglierà*, & ideò nõ extenditur ad mandantes, iſtud requiſitum ponit Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 13. verb. cœterum, de conſtit. Foller. in Prag. 1. de Exulibus num. 38. quod intellige quòad indultum, non autem quòad pœnam homicidij: quia impunè poſſet occidi, vt declarat idem Foller. ibidem num.42. Verùm vigore Regiorum bannorum in quibuſdam caſibus poſſunt gaudere indultu nominati a capientibus, vt putà ſi captus erat vnus ex foraſcitis exceptuatis, & capud Exulum, & in alijs caſibus, quos vi-

3 dere fas erit in dictis bannis. † Tertium, quòd indultandus non ſit ligatus maiori pęna, quàm captus, prout pluries vidi, quòd multi rei plurium criminum atrocium fuerunt indultati per præſentationem foraſciti, qui inceſſit per Campaneam, & nihil, aut parum deliquerat, Afflict. in Conſtit. Pęnam eorum, not. 14. Nellus in tracta. banni in 3. par. 2. tempo. q. 8. & Anton. de Nigris in cap. miſericordiam, nu.26. dicit, quòd ità fuit aliàs declaratum per Proregem Don Petrum de Toledo, ſed hodiè crederem, quòd per præſentationem cuiuslibet foraſciti, qui deliquerat in Campanea, poſſit capiens indultari, ex quo omnes effecti ſunt foriudicati, & rebelles vigore Regiorum bãnorum, quia non ſe præſentarunt infra decẽ dies in eadem Curia: in qua inquiſiti fuerunt, iuxtà formam dictorum bannorum, & per conſequens effecti ſunt rei mortis, ſuprà quam non da-

4 tur maior pęna. † Quartum, quòd indultandus non ſit condemnatus de delictis, pro quibus vult indultari, l. acta, iuncta gloſ. ff. de re iudic. quia bannum non extenditur ad condemnatos, & ideò Relegatus, vel Exulatus ſi fregerint relegationem, vel exilium, non poſſunt indultari pro relegatione, vel exilio, ſed tenentur parere iudicatis: pro fractura verò cùm minimè ſint condemnati, benè poſſet indultari. Ità Foller. in prag. de foriudicatis, in fin. primæ, & ſecundæ additionis, & ratio prædictorũ eſt, quia facere gratiam condemnatis, eſt de Regalibus, Ioan. Vincentius de Anna ſingul. 458. & quid ſi pendet appel-

5 pellatio? vide ibi remiſſiuè. † Quintum, quòd cauſa indultus fiat coràm Officialibus Regijs, & hoc probatur per verba banni ibi (*e lo conſignarà vino, ò morto in potere della Regia Corte, ſerà indultato*) & ità ſentit Caſſan. in Conſuet. Burgun. rubr. 1. §. 5. in textu du Prince, num. 8. Capitanei verò Terrarum non poſſent indultare, Anton. de Nigris in d. cap. Miſericordiam, num. 28. & ità ſeruatur, Carauit. in pragm. 1 de exuli. num. 49. & ratio poteſt eſſe multiplex, Prima, quia in cauſis indultorum, vt plurimum diſceptatur de quibuſdam caſibus exceptuatis, vt putà de crimine læſæ Maieſtatis, vtrum ſit in primo, vel in ſecundo capite, de falſa moneta, & alijs, quorum cognitio, vt pluri-

mùm ad Regios Officiales ſpectat, & ideò Magiſtratus inferiores non poſſunt concedere ſaluumconductum Rebellibus, & reis læſæ Maieſtatis; quia ſpectat cognitio iſtorum ad Regios Officiales, Afflict. decif. 4. in fin. Cotes per Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 337. num. 10. Item, quia ſolæ Regiæ Audientiæ poſſunt mandare Magiſtratibus inferioribus, eis tamen ſubiectis, vt caſſent acta in corū Curijs, forſan fabricata contra indultatum. Cæteri verò non poſſent hoc facere, quia par in parem non habet imperium, leg. ille, à quo, §. tempeſtiuum, ff. ad Trebellian. Tertia ratio eſſe poteſt, quia ſi tractaretur de fractione indultus, ad Regios Officiales ſpectaret cognitio, & non ad alios, vt dixit Caſſan. in loco præallegato, ergo & eius conceſſio, argumen. leg. ex facto, ff. de vulga. & pup. ſubſt. leg. omne, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & prædicta declara, vt procedant etiam in Capitaneo Regio, ſi indultandus fuerit bannitus ab ipſo, Carauit. in prag. 1. de exulibus, num. 1. & ſi Baro habet Regalia, poteſt eius Capitaneus delinquentibus ſubiectis ſuę Curiæ expedire indultum, & ità intelligo Foller. in dictis declarationibus in-
6 dultus, col. 14. † Sextum, quòd bannitus occiſus, ſeù captus conſignetur Regiæ Curię, vel ſaltim eius capud, vt in dictis verbis banni, & dicitur Regia Curia, Magna Curia Vicariæ, Regiæ Audientiæ, Aduocatus quoquè Fiſcalis, poteſt etiam præſentari à Miniſtris Regijs deſtinatis ad capturā iſtorum delinquentium, & valebit conſignatio facta nomine Regiæ Curiæ Officialibus Baronum, ſi conſignatio prædicta fuerit ratificata à dicta Regia Curia per literas directas detentoribus, vt conſignatos detineant nomine ipſius, & ſi deindè aufugerint, periculum erit Regiæ Curiæ, non autem conſignatis, & ità fuit deciſum in cauſa Marini Stambocchi de Teramo, qui præſentauit nomine Regiæ Audientiæ quendam foraſcitum in fortijs Curiæ Adriæ, qui deindè fuit remiſſus ad Officiales Eccleſiæ per Ordinarium loci, Hæc omnia declarat Carauit. in ritu 232. & in dicta Prag. 1. num. 47. & 49. cum ſeq.
7 † Septimum, quòd ſi foraſcitus fuerit captus viuus, conſignetur viuus; alioquin occidens puniretur, & nec indultu, nec præmio gauderet, niſi aliqua iuſta cauſa moueretur, Alciat. in l. pupillus, §. 2. num. 10. ff. de verb. ſig. Cotes per Felin. in cap. cum iuramēto, extrà de homi. volun. & ratio eſt, quia per capturam expirat licentia occidendi, vt dicit Felin. ibidem, quod eſt contra Milites noſtri temporis, beccarios innocentium, & paſtorum
8 ſimplicium. † Octauum, quòd indultandus compareat perſonalitèr ad petendum indultum, maximè ſi eſt contumax, qui non auditur per procuratorem, vt in ritu 220. vbi hoc firmat Carauit. & Nell. de bannit. in 2. par. 2. temp. q. 14. verſ. ſi verò bannū non ſit notorium, vſque ad fin. Foller. de foriudicatis, num. 35. Caran. in rit. 269. num. 4. ſed quicquid ſit de iure communi, practica obſeruat, quod quilibet admittatur ad petendū indultum pro alio, etiam, quòd non ſit procurator, vt dixit idem Carau. in d. prag. n. 168. immò ſi occidens inquiritur de homicidio banniti, exceptionem, quod erat bannitus, poteſt opponere per procuratorem, quando eſt notoria, & iſta eſt communis concluſio, de qua teſtatur Nellus in loco præallegato, & paſſim ità obſeruaui, & obſeruari vidi in Regijs Audien-
9 tijs, & Tribunalibus Cāpaneæ. † Nonum, quòd indultandus non ſit Clericus, quia Princeps ſecularis nō poteſt gratiam concedere Clerico, ex quo non poſſet eum abſoluere de crimine, niſi Clericus incidiſſet in aliqnam pęnam, applicandam Curiæ ſæculari, quia tunc de ea poſſet indultari, Foller. in dictis additio. indul. col. 13. benè poſſet gaudere præmio,

&

& conſuluit Marſil. in conſ. 11. per
totum, quem vide, quia benè loqui-
10 tur. † Decimum, quòd nec occiſus
foraſcitus ſit Clericus, per ea, quæ di-
cit Carauit. in d. prag. 1. nu. 113. Bar-
bat. ad Bald. in l. 1. num. 6. C. ſi à non
compe. Iud. & Nos dicemus in ſpe-
cialibus, Verùm ſi iſte Clericus eſſet
foraſcitus inſignis, poſſet occidi, &
occidens indultaretur, vel gauderet
præmio, Ant. de Nigr. in cap. miſeri-
cordiam, num. 21. & ità reſpondidi in
cauſa Domini Archangeli de Terra
Corbariæ, capti à Ferdinando Stella
de Terra Ofidiæ, licèt cauſa adhuc nõ
11 ſit deciſa. † Vndecimũ, quòd occiſus
non fuerit delinquens poſt bannum,
quia bannum non loquitur, niſi de
delictis commiſſis vſquè ad publica-
tionem ipſius, vt in vltimo cap. bann.
prim. Dat. Neap. 22. Iulij 1583. Nell.
de Banni. in 1. par. 2. tempo. num. 18.
cum allegatis per Foller. de foriudic.
num. 7. ſed ſi pro delictis commiſſis
poſt bannum voluerit ſtare iuri, po-
terit indultari de alijs, & ità practica-
tur in cauſa indultus Gaſparis Cor-
nacchiæ de Ciuitella: ratio eſt, quia
bannum dicit, quod pro delictis com-
miſſis ante publicationem poſſet in-
dultari: pro alijs remanet diſpoſitio
iuris, l. commodiſſimè, ff. de liber. &
12 poſth. † Duodecimum, quòd indul-
tandus non deliquerit poſt bannum,
vt in d. cap. banni, iſtud requiſitum
habet duo capita, primum, poteſt in-
telligi de delinquentibus poſt ban-
num, qui antè bannum non erant de-
linquentes, & iſto caſu indultandus
non poteſt indultari, nè detur mate-
ria delinquendi, Bart in leg. cùm lex,
num. 1. ff. de legi. cum allegatis per
Anton. de Nigris in cap. miſericor-
diam, num. 20. & per Carau. de exul.
prag. 1. num. 100. de communi Clar.
q. 59. ver. ſucceſſiuè quæro, Cotes per
Nell de bann. in 3. par. 2. tempo. n. 10.
& hoc intelligit, tàm actiuè, quando
ipſi occidunt, quàm paſſiuè, ſi occide-
rentur, nam occidens non gauderet
indultu, & ità in praxi ſeruatũ fuiſſe
teſtatur Carau. in loco præalleg. num.
101. qui ſubdit, quòd ſi occiſus eſſet
magnæ importantiæ, & adeſſet re-
miſſio partis, quòd poſſet indultari,
conſulto Principe, & refert, fuiſſe in-
dultatum Ioannem Thomam de Flo-
renza de Ebulo, ſed hodiè vigore
Regiorum bannorum occidens fora-
ſcitum poſt bannum, poteſt indulta-
ri, quia banna loquuntur, etiam de
futuris foraſcitis. Alius caſus excipi-
tur in banno, vt putà, ſi vnus de Co-
mitiua occidit capud foraſcitorum,
indultatur etiam pro delictis com-
miſſis, vt in banno. Datum Neap. 7.
Iunij 1585. cap. 5. & dicemus in ſpe-
cialibus. Secundum caput eſt, de de-
linquentibus, qui antè bannum erãt
delinquentes, & poſt bannum com-
miſerunt delicta, & tunc, aut tracta-
tur, ſi poſſent indultari occidentes
iſtos, & clarum eſt, quòd poſſunt, &
hoc non habet difficultatem, aut tra-
ctatur, an iſti poſſint indultari, & Ca-
rau. tenet, quòd non, quia militat ea-
dem ratio, nempè, quia daretur ma-
teria delinquendi, vt in num. 102. in
fin. vide Nell. in loc. prę alleg. q. 10. &
13 intellige, vt ſupra dixi. † Tertium de-
cimũ, requiritur declaratio indultus
quæ ſolet formari iſtis verbis. Gau-
deat pro delictis expreſſis, ſeruata
forma Regiorum bannorũ, & ſi quis
prætendat nominare alium, ſolet fie-
ri, liceat nominare, & facta nomina-
tione dicitur, admittatur ad benefi-
cium banni, ſeruata forma illius, &
iſtud requiſitũ ꝓbatur per ea, q̃ di-
xit Nell. in eod. tract. q. 79. & ſi antè
huiuſmodi declarationem fuerit oc-
ciſus ab eo, qui ignorauerit, occiſum
præſentaſſe capud, non punitur occi-
dens, niſi fuerit in aliqua culpa, Foll.
de foriudic. num. 27. Carau. in prag. 1.
14 de exulib. num. 168. † Quartum de-
cimum, quòd non ſub ſpe, & confi-
dentia iſtius banni occiderit, quia
tunc non poſſet, nec indultari, nec
gaudere pręmio, quod intelligo, non

quòd commiſerit delictum poſt bannum,ſed antè bannum publicatum, licèt appuntatum, vt putà, quia aliqui ſcientes, fuiſſe concluſum in Sacro Regio Collaterali Conſilio de concedendo indultum occidentibus bannitos,& ſcientes de proximo ſe eſſe conſecuturos indulgentiã, deliquerunt,iſtud requiſitum poſuit in terminis Foller. in dictis additionibus indultus,col. 14. circa medium, & dat rationem,quia natura æquum eſt,eum non eſſe impunitum, qui hac ſpe audacior factus eſſet,l. 1 ff.ſi quis teſta.liber.eſſe ius. & Bart.in d. l. in §.1. ponit iſtud requiſitum, ſequitur Barb.ibi in addit. faciunt notata per eumdem Bart.in leg. contra,in fin.ff. de leg.& in leg.quæro,ff.de actio.empt. plenè per Gulielm. de Benedictis in repetition.cap. Raynutius, nu.35. & ſequen. cum allegatis per Caſſa.in Conſuet.Burg.rubr.1.§.5. in text.du Prince,nu.19.& 20.quod nota,quia ex hoc poreſt inferri ad multa.

15 †Quintumdecimũ, quòd indultãdus non commiſerit aliquod delictum de illis octo exceptuatis in banno, vt ſunt delicta facta in Ciuitate Neap. & eius diſtrictu, crimen hæreſis,læſæ Maieſtatis,falſæ monetæ, fuga à carceribus Magnæ Curiæ Vicariæ,inquiſiti de reſiſtentia Officialibus Regijs, & Miniſtris iuſtitiæ,delinquentes in exercitio officij,nefandarij,& ſacrilegi, vt in bannorum primo f.22.ſed in alio emanato 7.Iun.1585.poſt primũ non excipiũtur fugitiui à carceribus Magnę Curiæ Vicariæ,nec reſiſtentes eius Officialibus,& Miniſtris Iuſtitię, & declarat, ſacrilegium eſſe exceptuatum, ſi fuerit commiſſum intus Eccleſiam,vt in banno. 1. fol. 89. ſi aliquod iſtorum delictorum commiſerit indultandus, efficitur incapax indultus,etiam quòad cætera delicta, & præmij,vt in illis verbis banni *(eccettuando,& eſcludendo in tutto, & per tutto dal beneficio premio,& gratie predette tutte quelle perſone)* ſed quia vltrà delicta exceptuata in bannis de iure communi alia ſimilia exceptuantur ab omni indultu,& generali abolitione,prout crimen falſitatis, raptus,& ſimilium,dubitari poteſt, an iſta delicta cenſeantur remiſſa? multi dixerunt, quod non, quos refert Iaſ.in l.fin. num.9. ff. quod quiſque iur.Bart.tamen in l.quæſitum, §. deniquè,per illũ tex.de fun. inſtru. tenet, quòd per exceptuationem quorundam delictorum omnia alia cenſẽtur incluſa, & remiſſa,etiam quod ſint exceptuata de iure communi, & opinio Bar.eſt verior,vt dixit Iaſ. in loco præallegato, & Foller. ſuper dicto indultu col. 10. & in 12. firmat, quòd etiam cenſentur indultari cõtrauenientes Regio banno ſuper me-
16 ta frumentorum,& ordei. † Sextum decimum,eſt neceſſarium,quòd non fuerit occiſus,nec captus foraſcitus, & bannitus infra decem dies ei aſſignatos per bannum ad comparendũ, Carauit.in prag.1.de exulib.nu.117. Foller.in pract.crim. verb. banniantur,num.63.alioquin occidens puniretur vt homicida,& ratio eſt ſecundùm eos,quia conditio nihil ponit in eſſe,l.quoties,ff.de ver.obligat. & cũ decem dies ſint dati pro forma, nec quòad momentum vnius horæ maturari poſſunt,Bal.ſuper feud.in tit.de milit.vaſ.qui contu.eſt,num.2. quem refert,& ſequitur Bonacoſſa in ſuis quæſtionibus criminalibus, tit. de bannit.verſ.ſtatuto volente. Bart.in l.fin.circa fin.C.de vendend.reb. Ciuit.lib.10.Bald.in l.ordo,col.2. C.de execu.rei iud.Oldrad.conſ.30. quod intellige, niſi occiſus fuiſſet in actu delinquendi,& veriſimile erat, nolle comparere infra decem dies, vt in terminis banni conſuluit Corn.conſ. 104.vol.1.per totum,& Iaſ. voluit in conſ.133.num.4. 1.vol. quòd ſi terminus erat de proximo labendus,poterat impunè occidi; & intrat præmium banni,ſed opinio Iaſ.mihi non placet,per rationes allegatas per Carauit.

rauit.& Foller.in citatis locis, voluit
quoquè Marſil. in pract. crimin. §.2.
quod ſi extat ſtatutum,quòd ſi capiēs
bannitum habeat centum , habebit
locum etiam in illo,qui iam cœperat
bannitum,& Barr. ſequitur Bonacoſ.
in dictis quæſtionibus, verſ.ſtatutum
dicens, per allegata per Bald. in l.4.
num.11.C.de ſenten.quæ ſine certa
quantit. Sed iſta opinio non poteſt
adaptari in caſu noſtro , quia lapſus
decem dierum eſtdatus pro forma,
17 vt ſupra dictum eſt. Decimum ſepti-
mum , quòd occiſus commiſerit ali-
quod delictum in Cāpanea , ſimplex
enim inceſſus per Campaneam non
ſufficeret occidenti, ſeù capienti ad
obtinendum indultum, prout decla-
rat Carau.in prag.1. de exul. nu. 61.
ſed per bannum emanatum 7. Iunij
1585.diſponitur,quòd ſi quatuor re-
petiuntur ſimul in Campanea, armis
foraſcitorum armati, quòd incurrant
in pœnam mortis naturalis , tribus
concurrentibus, primum, quòd ſint
quatuor,& nō pauciores, ſecundum,
quòd ſint armati armis foraſcitorū,
vt putà ſcoppettolo,piſtone, pugio-
ne,& ſimilibus,tertium,quòd ſint diſ-
famati pro foraſcitis , & hominibus
malę virę , & ſi non concurrunt iſtæ
qualitates, ceſſat diſpoſitio banni,
Bald.in leg.1.§.ait *Prætor*, ff.nè quid
in flum.pub.gloſ.4.in clem.in pleriſ-
què,de elect.poteſt.Decius in l.1.nu.
14.C.de edend.Iaſ.in l.centurio, nu.
18 50.ff.de vulgar. † Decimum octauū,
quòd iſtæ qualitates, nempè inceſſus
per Campaneam , & delictum com-
miſſum in ea,probentur, quia indul-
tandus,qui ſe fundat ſuper qualita-
tibus prædictis, illas probare debet,
Bald.in conſ.17.num.2. lib.1. Alex.
conſ.41.num.5.vol.4.Pariſ.conſ.62.
num.39. vol.4.Decius conſ.13. n.7.
in fin. ſed qualitèr probari debeant,
diſtingue, Aut iſte occiſus,vel captus
reperiebatur inquiſitus in aliqua Cu-
ria,& tunc ſufficit,quòd contra eum
extarent indicia ſufficientia ad cita-
tionem,Carauit.in d.prag.1. de Exul.
num.107.& ratio eſt,quia ex quo nō
comparuit in termino decem dierū,
vt ſupra dictum eſt,habetur pro vero
delinquente,& confeſſo, vigore Re-
giorum bannorum, Aut verò non re-
periebatur inquiſitus , ſed indultan-
dus,dicit,quòd occiſus erat foraſci-
tus,& quòd deliquerat in Campanea,
& ſibi incumbit onus plenè proban-
di,leg.qui accuſare,C.de eden.cum
allegatis ſupra , & iſto in caſu reci-
piantur teſtes à proprio Commiſſa-
rio, quia *Actuarij*, partibus corrupti
ſæpè probant,innocentem fuiſſe Be-
nedictum Manconem, aut Aſcanium
Fuſcum exceptuatos per plura Regia
19 banna. † Decimum nonum , quòd
delictum commiſſum in Campanea
ſit tale , quòd importet pęnam mor-
tis,Hoſtien.in cap. fin.de conſuet.cū
allegatis per Foller.de foriudic. n.6.
Sed aduerte,quòd bannum noſtrum
non requirit tale delictum, ſed ſuffi-
cit quodlibet minimum delictum
commiſſum in Campanea, vt decla-
rat Carau.in d.prag.1.num.61.in fin.
20 † Vigeſimum,quòd indultandus non
occiderit foraſcitum publicè tolera-
tum in Ciuitate à Superiore , Felin.
in cap.quę in Eccleſiarum,nu.7.verſ.
quartus caſus,de conſtitut.Foller. in
21 loco præalleg.num.10.† Vigeſimum
primum,quòd occiſus non expecta-
ret de proximo indultum , fortè quia
cœpit alium bannitum,& pendente
cauſa indultus fuit à ſciente occiſus,
tunc occidens non gaudebit præmio
banni,Bald.per illum tex.in l.1.§.ſer-
ui, ff.ad ſyllanian. cum allegatis per
Foller.in ſępiùs citato loco, num.12.
22 †Vigeſimum ſecundum,quòd indul-
tandus non occiderit aliquem reclu-
ſum in aliqua Ciuitate,vel Caſtro,&
donec tractabat patris remiſſionem,
& concordare Curiam, fuit occiſus,
tunc occidens non gaudebit præmio
Regiorum bannorum, & ità fuit de-
clarata prag.de Exul. emanata anno
1553.vt dicit ibi Foller. num.14. &

nota,

nota, quia hoc poteſt contingere
23 quotidiè.† Vigeſimum tertium, quòd occiſus cõmuni æſtimatione habeatur pro foraſcito, nam ſi reputabatur pro homine bonæ vitæ, & famæ, non potuit occidi, Marſi.in pract. crim. §. aggredior, num. 34. qui allegat Ang. in l.ſi du‹ ,ff.de acquir.hæredit.ſequi-
24 tur Foller.in d.prag.num.9.† Vigeſimum quartum, quòd ſi indultandus aliàs fuerit inquiſitus de eodem delicto, hoc exprimat in precibus porrigendis pro nouo indultu, alioquin indultus eſſet ſubreptitius, Bald.in l.3. num.4.C.de Epiſcopa. Audient.quod eſt verum in indultu particulari certæ perſonæ, ſecus in indultu generali conceſſo motu proprio, vigore Regiorum bannorum, Iaſ.in l. nec damnoſ.,C.de precib.Imper.offer. & in terminis ità declarat Io.Vincent.de
25 Anna ſingul.219.† Vigeſimum quintum, quòd de delictis, pro quibus vult indultari ſit accuſatio inſtituta, vel inquiſitio formata, nam indultus cõcernit proceſſus pendentes, non futuros, Bald.in l.1.& 2. C.de general. abolit.cum quo reſidet Ant.de Nigr. in c.miſericordiam, num.13.Gramm. conſ.137.vol.1.& 134.vol.2. quem allegat Carauit. in dicta prag.1. de Exul.num.121.& licèt ipſe teneat cõtrarium, tamen hodiè eſt deciſum pro opinione Bal. nàm ſaltim eſt neceſſarium, vt indultandus in precibus exprimat omnia delicta, pro quibus vult indultari, vt pluries reſcripſit Regium Collaterale Conſilium, maximè Audiẽtiæ Aprutij, preces enim prædictæ Fiſco intimatæ, nocent libellanti, & aliquo modo poteſt dici inquiſitio formata, ſecũdùm opinionem Bald.quam probat tex.in l.cum precum, C.de liber.cau.& ideò dicebam, quòd clauſula illa generalis, quam per abuſum ſolebant apponere in precibus, nempè, & pro alijs delictis hùcuſque patratis, non releuat indultandis, niſi exprimantur delicta,
26 & ità obſeruatur.† Vigeſimum ſextũ, quòd occiſus, ſeu captus non fuerit inimicus capientis, iſtud requiſitum poteſt habere duplicem intellectum, primus erit, quòd captus erat inimicus capientis, ſed capiens non prætendit ſe indultare ex capite illius, ſed ex capite alterius banniti, propter homicidium commiſſum in perſonam ſui inimici, alius intellectus eſt, quòd occiſus erat bannitus, & inimicus occidentis, & ex capite illius prętendit indultum, & vtroquè in caſu conclude, quòd occidens gaudebit indultu, vel præmio, licèt nonnulli tenuerint, quòd ſtatutum loquens de occidentibus bannitum, non comprehendit occidentes inimicos, quos refert Carauit.in d.prag.1. de Exul.q.11.& Foller.nu.15.dicit, quod ità ſemper fuit interpretatum bannũ, vt comprehendat etiam occidentes Inimicos, & ità firmat etiam Carauit. loco prædicto, & dicemus in ſpecialibus, quando tractabitur, ſi inimici banniti poſſunt impunè offendi, & iſtud requiſitum poterit verificari in vno caſu tantùm, dicit bannum ſecũdum, quòd ſi vnus foraſcitus de Comitiua occiderit capud foraſcitorũ, poterit indultari pro delictis cõmiſſis poſt emanationem ipſius: dũmodò non deliquerit contra eius inimicos, non obſtante, quòd ſint foriudicati, iſto enim in caſu occidens, per præſentationem capitis alterius banniti non poteſt indultari de homicidio commiſſo in perſonam ſui inimici, banno reluctante, & ità ſemper intellexi c.illius banni, vt latius decla-
27 rabimus infrà. † Vigeſimum ſeptimum, quòd tàm occiſus, quam occidens ſint oriundi, vel ſaltim habitantes per quinquennium in Prouincia, vt dicit prag.1. de Exul. & ibi notat Carauit. ſed quia banna noſtra hoc non diſponunt, dico, quòd ſi occiſus graſſabatur per Prouincias, & occidens deliquerit in ea, poterit indultari, quia à Præſide poſſet puniri ratione delicti, leg.1.C. vbi de crimin.

agi

agi oport.pro delictis verò commiſſis
extrà Prouincias non poſſent indul-
tari,& ideo contumax Magnæ Curiæ
Vicariæ non poteſt indultari in Re-
gia Audientia,vt dicit Carau. ibidem
num.25. vndè dicebam, quòd Mat-
thęus de Cæſare de Montecaluo, qui
interfecit Ioannem Nicolaum de
Cerqueta Prouinciæ Aprutij, banni-
tum Status Eccleſiæ, per indultum
obtentum à Gubernatore Aſculi non
euitat pęnam homicidij commiſſi in
Prouincijs,licèt præmio, & indultu
gaudere poſſit,per ea,quę voluit Bal.
in conſ.434.vol.5.quod qualitèr pro.
cedat,dicam in ſequenti requiſito.
28 † Vigeſimum octauum,quòd indultā-
dus occiderit bannitum in Territo-
rio Statuentis,nam bannum non ex-
tenditur extrà territorium, Bald.in
auth.item nulla, C.de Epiſc. & Cler.
cum allegatis per Foller. in d. prag.
num.8. quod intellige,& declara, vt
procedat quòad pęnam homicidij,
quam non euitat occidēs bannitum
extrà territorium Bannientis, non
quòad præmium,& indultum, nam
licèr poſſet puniri occidens à Iudice
illius territorij,in quo fuit commiſsū
homicidium in perſonam illius, qui
ibi non erat bannitus,tamen vigore
banni à Iudice banniente,& ſic à Re-
gia Audientia poteſt indultari, vel
gaudebit præmio banni, & hoc eſt
mirabile, quòd pro eodem delicto
pręmium,& pœnam ipſe reportet,ità
firmat Bal.in d.conſ.434.vol.5.Mar-
ſi.ſingul. 249. & in conſ. 32. ac in l.
eiuſdem,§.transfugas, num. 3. ff. de
ſycar.Secundò intellige,vt non pro-
cedat hodiè, vigore nouæ capitula-
tionis factæ contra Exules inter Si-
xtum V. Pontificem Maximum, &
Proregem Ducem Oſſunæ,in qua in-
ter alia diſponitur,quòd poſſint Offi-
ciales Eccleſiaſtici cognoſcere de de-
lictis ſuorum ſubditorum, commiſſis
extrà Statum Eccleſiæ, & è contra
Regij Officiales de delictis commiſſis
per ſuos in Statu Eccleſiæ,ergo & de
ipſis poſſent indultari,& ità practica-
tur in Statu Eccleſiæ,& ego practica-
ui in indultu Iulij Cæſaris Roſales
de Colonnella, & requiſitum iſtud
poſſet verificari in caſu propoſito per
Foller.in d.prag.num.8.vt putà ſi eſ-
ſet captus in loco exempto, & vi ex-
tractus, non ſeruata ſolemnitate ca-
29 pitulationis. † Vigeſimum no-
num, quòd occiſus non fuerit gui-
datus,vel indultatus,tunc enim gra-
uitèr puniretur occidens,vt diximus
in præcedenti quæſtione, concluſ.4.
30 † Vltimum, quòd in cauſa indultus
audiatur Regius Fiſcus, & ſeruentur
aliæ ſolemnitates bannorum, quas
breuitati conſulens omitto, per ea,
quæ voluit Bald.in l.reſcripta,C.de
precib.Imper.offeren. & eſt prag. 6.
de offic.iudic.verſ.item volumus,ſta-
tuimus,& ordinamus,cum ſimilibus,
alioquin ex integro cognoſcendum
eſſet de validitate,& in dubio indul-
tus eſſet nullus, inaudito Regio Fi-
ſco, l.non intelligitur, §.diuus,& leg.
ſi Fiſcus alicui,ff.de iur. Fiſci, vide
Franc.dec.116. num.14. Cotes per
Bart.de Capua in rit.item,quod Pro-
curator Fiſci,& prædicta quòad prę-
dicamentum quantitatis.

S V M M A R I V M.

1 *Qualitas diffinitur ex mente Ariſtotel.*
2 *Qualitas qualitèr conſideretur per Do-
ctores.*

De Qualitate.

1 EST qualitas,ſecundùm quam,
quales quidam dicuntur, Ari-
ſtoteles in prędicamentis,cap.
de qualitate, Doctores quoq;
noſtri eodem modo intelligunt qua-
2 litatem,& in criminalibus eam con-
ſiderant,quatènus ſit apta grauare,
vel mitigare delictum, vt putà cùm
factum atrocius,vel leuius eſt, furtū
manifeſtum, vel non manifeſtum, ſi
ſit rixa,vel graſſatura,ſi expilatio, vel
fur-

fũrtum,& ſi violentia,vel petulantia,
qualitates enim iſtæ grauant,vel mi-
tigant delictum,quod à ſua qualita-
te,vt plurimum denominatur,tex.eſt
in l.aut facta,§.qualitas, ff.de pœnis,
cum allegatis per Bald.in l. volunta-
tis, C. de fideicommiſ. & exempla
ponit Menoch. de *A*rbitr.lib.1.q.11.
num.10. & materiam qualitatis po-
nit Bart.in tract. de teſtib. verb.qua-
litas,cum ſequen.quarè ratione quę-
ram,quot qualitates ponat Poteſtas
contra huiuſmodi malefactores,quæ
requirantur,vt tali modo poſſit pro-
cedi,& quæ ex parte illius, qui pro-
cedere poteſt ad modum belli,& mi-
litari modo.

1 De qualitatibus grauantibus fo-
raſcitos.
2 De qualitatibus neceſſarijs in
poteſtate.
3 De qualitatibus ex parte proce-
dentis.

SVMMARIVM.

1 *Foraſciti dicuntur inquietatores pacis,*
& quietis.
2 *Foraſciti dicuntur inimici,& hoſtes pu-*
blici,& Regis.
3 *Foraſciti ſunt proditores publici, &*
Regis.
4 *Foraſciti dicuntur contemptores iuſti-*
tia.
5 *Foraſciti dicuntur graſſatores.*
6 *Foraſciti dicuntur latrones.*
7 *Foraſciti,vigore Regiorum bannorum*
ſunt verè foriudicati.

PRIMO quæro,quot ſunt qua-
litates,quæ grauant iſtos diſro-
batores ſtratarum?& dico,quòd
Poteſtas ponit ſeptem qualitates,de
quibus omnibus breuitèr tractãdum
1 erit. † Prima eſt,quia iſti foraſciti vo-
cantur per literas poteſtatis inquie-
tatores pacis, & quietis ſubditorum
Suæ Maieſtatis,vt in illis verbis (*in-*
quietando il quieto,& pacifico viuere,
&c.) dicuntur inquietatores triplici
ratione. Prima, quia tunc turbatur
quies publica,& Ciuitas,quando ra-
tione alicuius caſus homines relin-
quunt artes, & miniſteria ſua, prout
iſtorum occaſione quotidiè contin-
git,& hanc rationem ponit Bald. in
l.obſeruare,§.fin.ff.de offic. proconſ.
Secunda ratio eſt, quia tunc turbatur
quies publica,quando aucta eſt con-
ſuetudo delinquendi, & delictorum
frequentia, & iſtam rationem ponit
Montel. in prax.arbitrar.in 7.p.q.vl-
tima,num.42.Tertia ratio eſſe poteſt,
quia ob multitudinem, & potentiam
delinquentium delicta non puniebã-
tur,& quando delicta iſtorum nõ pu-
niuntur,publica lętitia turbatur,l.ne-
mo,vbi Bal.notat,C.de Epiſc.& Cler.
2 † Secunda qualitas eſt,quia iſti fora-
ſciti,vt inimici, & hoſtes reputandi
ſunt,vt ibi (*& reputare come inimici*)
& quia indefinitè fuit poſitum verbũ
illud (inimici) æquipollet vniuerſa-
li,& ſenſus erit, quòd habendi ſunt,
vt inimici Regis,& hoſtes publici, &
Ciuitatis,l.is,qui ducenta, §.verum,
ff.de reb.dub.gloſ.& omnes in l.1.ff.
de regul. iur. vide Alciat. in l. quos
nos hoſtes,num.4.ff.de verb. ſignific.
& cum myſterio vocat iſtos hoſtes
Regis,& publicos,& nõ rebelles, ſeù
reos leſæ Maieſtatis, quia non ſo-
lùm loquitur contrà foraſcitos Re-
gni,ſed contra exteros quoquè, &
hoſtes eſſe poſſunt de quacunque
gente,vt dixit gloſ.in l.hoſtes, ff. de
capt.& poſtlim.reuerſ.quam ſingula-
rem dicit Bald.in l.nihil,num.3.C.de
indic. liber. & quòd iſti ſint hoſtes
Regis,& Ciuitatis,magni effectus eſt,
nàm vt hoſtes Ciuitatis quaſdam pa-
tiuntur pœnas, & vt hoſtes Regis
quaſdam alias, ut in ſpecialibus la-
tius dicemus,vbi videbis vtilitatem
iſtius inueſtigationis, & quot modis
accipiatur iſtud nomen, hoſtis, vide
Bart.& ibi *A*poſtill.*A*lex.in d.leg.ho-
3 ſtes. † Tertia, uocat etiam poteſtas
proditores publicos iſtos foraſcitos,
vt

ut ibi (*& proditori*) quod intellige,
vt dicantur proditores publici,& Re-
gis,vt de inimicis ſuprà diximus, &
dicuntur proditores, quia ſine diffi-
datione occidunt,& delicta commit-
tunt, *A*ffl.deciſ.265. num.63. Iacob.
de Sancto Geor.in tract.de feu.& ho-
mag.ver.dictique vaſalli., num.17. &
refert, quòd non ſolùm habeantur
pro proditoribus publicis, ſed Regis
quoquè,nam primò reſpectu non te-
nentur,niſi de eo,quod fecerint, nẽ-
pè,vel de vulnere proditorio,vel de
homicidio,& ſimilibus, & ſic non di-
citur proditor principaliter per ſe,
ſed crimen illud dicitur proditoriũ,
ſecundo verò dicitur ipſe proditor,
& reus criminis lęſæ Maieſtatis,Mar-
ſil.conſ. 1. num. 2. com allegatis per
Blanc.de indic.& tottu.nu.193.*A*lex.
conſ.145.viſo themate, col.2.volu.7.
& pęnas vtriuſque caſus dicemus in
ſpecialibus, & ſi vis ſcire, quot mo-
dis quis poſſit dici proditor, vide gl.
Archidiac.& Ioan.de Turrecrema.in
cap.clericus, diſtinct. 46. Lucas de
Pen.in l.fi.C.de delato.& in leg.1.C.
4 de pet.bon.ſub.col.11. lib.10.† Quar-
ta,vocat etiam iſtos, contemptores
iuſtitiæ,ibi (*e diſpregio della giuſtitia*)
& ratio eſt, quia renuunt ſubijci or-
dinationi legis,Archidia. in cap.qui-
cunquè 81.diſtinct.Iaſ.*A*lberic. & cę-
teri in leg.1.ff.ſi quis ius dicenti,&c.
vbi ponuntur pęnæ iſtorum contem-
ptorum iuſtitiæ,vide etiam Foller. in
Conſtit.Regni,Conſtit.1. num.18. &
5 Grammat.ibidem †Quinta,notantur
quoquè iſti,vt graſſatores,ibi (*arro-
bando per la Campagna &c.*) & ibi (*im-
pedendo lo libero commercio*) turbare
enim in Campanea,graſſatio dicitur,
leg.capitaliũ,§.famoſos,iũcta gloſ. in
ver. graſſari,ff.de pęnis,& graſſari,eſt
verbum genericum, comprehendens
ſub ſe tam nitentes ad malum, licèt
non perfecerint, quàm actu delin-
quentes,leg.aut facta,§.fin.iuncta gl.
ff.de pęnis,& leg.capitalium,§.famo-
ſos,ff.eod.gloſ.in ver.à graſſaturis,in
§.qualitate,dicta leg.aut facta, & ità
concordat leges prædictas Bart. in
d.l.capitalium,§.graſſatores, quarè
duas diffinitiones graſſatorum poſuũt
Doctores, Prima eſt illorum,qui ha-
bent prauam voluntatem, ſed actu
non deliquerunt,& dicunt, graſſator
eſt nitens ad malum,vt dixit gloſ.in
dicto §.fin.& in d.§.graſſatores, Se-
cunda eſt illorum,qui actu deliquè-
runt, & tunc diffinit Archidiac. in
cap.militare 23.q.1. graſſare eſt im-
probè in aliena ſæuire, & aliena in-
uadere,& fuit neceſſarium declarare
hoc pro intelligentia quorundã ſpe-
6 cialium. † Sexta qualitas eſt lattoci-
nium, qua nota infamantur, per illa
verba (*vanno arrobando per la Cam-
pagna,&c.*) latrones verò ſecundùm
communem diffinitionem ſunt qui
palàm,vt in ſtrata publica, vel etiam
in ſyluis furantur,gloſ.in l.1.C.depo-
ſiti,& in leg.cum duobus,§.damna,
in ver.ſubreptum, ff.pro ſocio,Marſi.
conſi.22.num.16.Barth.Cępol.in au-
thent.ſed nouo iure,nu.48. C.de ſer.
fugit.cum ſimil.& in hoc differunt à
furibus,quia illi clàm bona auferunt,
vt dicunt Marſi.& Cępol.in locis pręal-
leg.latrones verò palàm,vel clàm,
ſed cum vi,vel cum armis, vt decla-
rat ibidem Cępol.& tractat etiã, quid
ſit fur famoſus,& latro famoſus, &
quia iſti termini currunt per ſcholas,
remitto me ad Scribentes, & prædi-
cta dixiſſe volui ad facilitandum in-
telligentiam verborum poteſtatis,de
7 quibus infra † Septima, Regia ban-
na,de quibus mentionem fecimus in
prædicamento quantitatis, q. prima
declarant iſtos foraſcitos verè foriu-
dicatos,ſi fuerint contumaces in non
comparendo infra decem dies, in v-
troquè banno ſtatutos,quod eſt con-
tra Conſtitutionem Pœnam eorum,
q̃ requirebat curſũ anni,ad hoc vt q̃s
poſſet foriudicari,& amplius quatuor
decim alia requiſita p̃cedere debebãt,
de quibus per Affl.in d.Conſt.& effe-
ctus iſtius qualitatis ponã in ſpecialib⁹

D SVM-

SVMMARIVM.

1 *Quatuor qualitates requiruntur, ut intret poteſtas.*

2 *Reus poteſtatis debet eſſe foraſcitus, & declaratur nomen, foraſcitus.*

3 *Verba illa* (cõtra quelli foraſciti, &c.) *duobus modis fuerunt intellecta.*

4 *Verus intellectus illorum verborum.*

5 *An requiratur vis in* Campanea, *ut intret poteſtas.*

6 *Poteſtas loquitur de omnibus violentijs.*

7 *An vis debeat eſſe talis, quòd importet pęnam mortis, & concluditur, quòd non.*

8 *An poteſtas loquatur de foraſcitis præteritis.*

9 *Quando plures qualitates requiruntur, omnes interuenire debent.*

1 SECVNDO quæro, quot quali-
rates requirantur, vt poteſtas
iſta militaris locum habeat
contra reos, & dico, quòd qua-
2 tuor qualitares neceſſariæ ſunt. † Pri-
ma eſt, ut reus ſit foraſcitus, ut ibi
(contra quelli foraſciti) & pro decla-
tione iſtius qualitatis ſciendum eſt,
quòd foraſcitus non eſt nomen iuris,
ſicuti nec foriudicarus, ur dicit Con-
ſtit. Regni Pęnam eorum, §. ſic foriu-
dicatus, & *Afflict.* notat ibi in nu. 42.
ſed eſt Regionis, & Regni uocabulũ,
& ſecundùm communem uſum lo-
quendi, qui in ſtatutis quoquè atten-
ditur, l. ſi ſeruus plurium, ff. de leg. 1.
l. librorum, §. quod tamen Caſſius, ff.
de leg. 2. quia intellectus literalis di-
citur, ut dixit Bald. in l. omnes popu-
li, num. 16. ff. de iuſtit. & iur. & Cotes
allegat Cagnol. in l. ſi librarius, n. 11.
& 12. ff. de reg. iur. & ſtatutum ueri-
ficari in communi uſu loquendi, di-
xit Roma. conſ. 4. in fin. & in conſ. 23.
rectè deſcribi poterit, Foraſcitus eſt,
qui ratione delicti, uel prauæ uolun-
tatis erit foras, undè dicitur foraſci-
tus, quaſi foras itus, Carau. in prag. 1.
de Exul. num. 9. et iſtorum foraſcito-
rum tres ſunt ſpecies, quidam ratio-
nibus prædictis exierunt à proprio
domicilio, et non incedunt per Cam-
paneam, ſed permanent in locis ha-
bitatis, ut incogniti, uel ut tollerati,
quidam incedunt per Campaneã in
Comitiua, ſed actu non delinquunt,
prout ſunt iſti partiales, & eorum ad-
hærentes, alij uerò graſſantur delin-
quendo per Campaneam, iſta diſtin-
ctio colligitur ex illis uerbis poteſta-
tis, uidelicet *(contra quelli foraſciti, che
vanno arrobando, impedendo, &c.* & eã
probãt iura, quę ſupra in præcedenti
quæſtio. poſuimus, diſtinguẽdo graſ-
ſatores, qui à foraſcitis non differunt,
cùm igitur tres ſint ſpecies foraſcito-
rum. De quibus loquitur poteſtas, et
hoc dependet ab intelligentia dicto-
rum uerborum, quæ duobus modis
3 fuerunt intellecta. † *Primò*, ut com-
prehendant omnes tres iſtas ſpecies
foraſcitorum, et hoc modo intelligẽ-
tes dicebant, quod illud relatiuum,
uidelicèt, *che vanno, &c.* non reſtrin-
git genus, ſed ſtat declaratiuè, per l.
omnes populi, ubi gloſ. Bald. et Iaſ. ff.
de iuſt. et iur. Bald. et cæteri in l. cun-
ctos populos, C. de Summ. Trinit. et
Fide Cathol. gloſ. et *Aretin.* in §.
ius ciuile, Inſtit. de iur. nat. gent. et
ciuil. et quòd illa uerba ſequentia
*(inquietando, &c. perturbando, &c. &
impedendo, &c.)* ſtant exemplificati-
uè, quę non reſtringunt regulam, leg.
damni infecti, la 2. ff. de damno in-
fect. §. hactènus, Inſtit. de gradi. ſed
ponuntur ad faciliorem intelligen-
tiam, l. ſi filius, ff. de his, qui ſunt ſui,
uel alieni iuris, l. ut reſponſum, C. de
tranſact. l. obligationum ſubſtantia,
ff. de action. et oblig. et ſecundùm
iſtum intellectum poteſt procedi etiã
contra ſimplices contumaces, et de-
linquentes; dummodò ratione deli-
cti exierint foras de domicilio, ubi
4 citati, uel inquiſiti ſunt. † *Alius* fuit
intellectus, quòd uerba illa compre-
hendant ſolummodò duas ultimas
ſpecies foraſcitorum, non autem il-
los

los,qui,uel ratione contumaciæ, ſeù delicti,aut prauæ uoluntatis exierūt de domicilio, ſed non incedunt per Campaneam,et iſte eſt uerus intellectus,quod probatur. Primò,quando relatiuum,quis,uel,qui, addit generalitati,cui adiuncta eſt aliqua qualitas,quę competit omnibus ſpeciebus contentis ſub generalitate, et tunc ſtat declaratiuè, et ità procedunt allegata pro prima opinione, vt videre fas erit in illis,ſi verò aliquibus competit,& aliquibus non competit,tunc reſtringit generalitatem ad ſpecies, quibus qualitas competit, & cęteras excludit,& iſta eſt communis Docto. diſtinctio in d.l.1.in l.omnes populi, quam benè declarat Arer.in eo §.ius ciuile, ſed qualitas addita per iſtud relatiuum,nempè,inceſſum per Campaneam, non competit primis foraſcitis,ergo reſtringit poteſtatem ad illos foraſcitos,qui incedunt per Campaneam, Secundò, poteſtas loquitur de illis foraſcitis,contra quos poteſt bellum indici, & impunè poſſunt offendi,tanquàm inimici,& proditores publici,Bart.in l.hoſtes, ff.de capt.& poſtlim.reuer. Alciat. in l.quos nos hoſtes,§.1.ff.de verb.ſigni.de quo facimus vnum ſpeciale ſub 3. q. prædicament pati,ſed primi foraſciti nō poſſunt impunè occidi,vt probat Felin.in cap.quæ in Eccleſiarum, verſ. quartus caſus,num.7.de conſtit. Cotes per Foller.de foriudicat.num.10. ergo,&c.Tertiò,ratio ſtatuti declarat mentem ſtatuentis, quæ ex proximo colligitur,l.fin.vbi Bart.& cæteri, ff. de hæred. inſtituend. Barbat. conſ. 20.num.18.vol.2.ſed ratio, qua motus fuit Princeps ad iſtam concedendam poteſtatem,fuit, quia iſti graſſatores turbabant,& inquietabant pacem publicam,vt in illis verbis proęmij *(& inquietādo il quieto viuere, &c.)* quæ non competit primis foraſcitis, ergò excluduntur à poteſtate. Quartò,& vltimò, ſecundùm iſtum intellectum reſpondit Collaterale Conſilium Regiæ Audientiæ Calabriæ,de hoc dubitanti 23. Septembr.1583.vt in 1.Calab.fol. 33. & tandèm ita fuit declaratum bannum ad inſtantiam Ciuitatis Neap.in anno 1583.4.Octobris,nempè,quòd intelligatur de illis foraſcitis,& delinquentibus, qui incedunt per Campaneam. Ex prædictis igitur apparet intelligentia ad

5 iſtam primam qualitatem.† Secunda qualitas eſt,quòd foraſcitus vim cōmittat in Campanea,& quia violentiarum quinque ſunt ſpecies, videlicèt,Ablatiua, Turbatiua, Inquietatiua,Compulſiua,& Expulſiua, gl.1.in l.1.C.quod metus cauſa, gloſ.& Bar. in l.extat,ff eod.glo.magna in cap. ad audientiam,extra eo.declarant Iaſ.&

6 Plot.in l.ſi quando,C.vndè vi.† Quęri poteſt,quam vim requirat poteſtas? & dico,quòd ſufficit vna ex prędictis, quia quęlibet vis ſufficit, vt innuunt verba poteſtatis,de Ablatiua,ibi *(uano arrobando)* de turbatiua,ibi *(& perturbando)* de Inquietatiua,ibi *(inquietando il quieto,&c.)* de Compulſiua in bannis, quæ loquuntur de recaptis,de Expulſiua,ibi *(& impedendo lo libero commercio)* de omnibus igitur violentijs fit mentio in poteſtate, ergò quælibet illarum ſufficiet,ſed qualitèr committantur iſtæ violentiæ, & quæ remedia ſint introducta pro eis, non intēdo loqui,quia eſſet tranſplātare materias à proprijs locis,& ſubtrahere aliorum labores, tātò magis, quòd Doctores ferè omnes ſexcentū in locis de ipſis plenè loquuntur, maximè Iaſ.& Plot.in d l.ſi quando,Pōtan.in tract.de ſpol.lib.1.c.1.& magiſtralitèr per Anton.de Nigris in cap.

7 Regni ſubditorum.† Tertia qualitas eſt ſecundùm aliquos, quòd vis iſta ſit talis,pro qua veniat imponenda pęna mortis naturalis,quia alioquin non poſſent impunè occidi,nec contra eos indici bellum, & quodlibet bannum permittens,bannitum occidi,intelligitur,ſi bannitus tale commiſerit delictum,quod importet pę-

 nam

nam mortis naturalis, Cępol. conſ. crimin.5,num.12. Alberic.in l. quod ſi iterum,num.2.ff.de adimen. legat. Foller.de foriudicat.num.6. ſed contrarium puto verius, nempè, quòd ſufficiat quælibet vis,etiam minima, immò quòd ſolus inceſſus per Campaneam,abſque alia vi faciat intrare poteſtatem,& hoc probatur, primò, per illa verba *(che vanno inquietando, perturbando,& impedendo, &c.)* quæ non ſemper inferunt vim talèm,quæ importet pęnam mortis naturalis, maximè verbum,impedire,quod aliquando nullam vim habet, vt declarant Doƈto. & præcipuè Iaſ.in d.l. ſi quando, C.vndè vi. Secundò,Princeps intendit punire, & reprimère foraſcitorum exceſſus,vt ibi *(& noui exceſſi)* verbum enim,exceſſus,omne genus maleficiorum comprehendit, ſiuè leue, ſiuè atrox ſit; & ità declarauit Montel. in prax. Arbitrar. par.4.num.16.illud verbum, exceſſibus,poſitum in prima lit.arbitrar.incip.ne tuorum,ex mente Card.Bald. & Alex.ergò quęlibet vis ſufficit.Tertiò,non ſolùm Princeps exceſſus reprimere intendit,ſed inconuenientia quoquè iſtorum,vt ibi *(ad reprimere tali ecceſſi,& inconuenienti)* & licèt exceſſus ſemper ſonet in malum, & ſit aƈtus punibilis,tamen inconueniens, quamuis ſonet in malum, aliquando eſt aƈtus reprehenſibilis,non autem punibilis.Ecce contrahentibus licitũ eſt adinuicem inter ſe decipere, l.in cauſæ la 3.ſ.penult.ff.de minor.& tamen hoc eſt inconueniens in bono viro,vt dicit gloſ.in l.ſemper in ſtipulationibus, ff.de regul. iur. quod inconueniens, non pęnam, ſed reprehenſionem meretur, ad notata per Doƈtor. & præſertim per Iaſ. in l. ſi quis in conſcribendo,C.de paƈt.cum alijs remiſſiuè allegatis per Dueñ.regul.148. Quartò, iſtam opinionem firmat Nell.de bannitis in 2.par. 2. temp. q.7.vbi proponit quæſtionẽ, ſi poſſit bannitus impunè occidi, ſi eius deliƈtum non importabat mortis pęnam, & pro opinione negatiuæ adducit quinque fundamenta,& prò affirmatiua quatuor, & tandèm reſidet cum iſta,& dicit, quòd ità communitèr tenetur,& obſeruatur, & in Regia Audientia Aprutij paſſim fuit iudicatum, quòd ſolus inceſſus per Campaneam,abſque alio deliƈto ſufficit poteſtati militari, benè verum, quòd ad obtinendum indultum, ſeù præmium, vigore Regiorum bannorum,non ſufficiat inceſſus ſolus, ſed requiritur alia ſpecialis vis,& ità intelligo Carauit.in prag. 1.de exul.nu. 184.& dixi in prædicam.quantitatis, q.3.in 17.requiſito indultus, & an per ſimplicem inceſſum poſſint foraſciti ad mortem damnari,dicemus in eorum pęnis,ſub prædicamento pati,quarè qualitas iſta non eſt neceſſaria, vt vides,ſed ſi vltrà inceſſum fuerit illata aliqua vis in Campanea, grauabit pęnam, & tanto magis intrabit poteſtas.
8 † Quarta qualitas eſt, quòd inceſſus per Campaneam iſtorum foraſcitorum fuerit tempore, quo fuit publicata poteſtas, vel poſt publicationẽ,ſi verò fuerit per priùs, & deindè quietè vixerit,& tempore poteſtatis non reputabatur pro foraſcito,ſi non fuerit punitus de inceſſu, vel de alio deliƈto, in Campanea cõmiſſo,non poteſt procedi ad modum belli, Sed alio modo, quia verba poteſtatis ſunt temporis præſentis, videlicèt *(contra quelli foraſciti,che vanno arrobando)* & non trahuntur ad pręterita,lex enim pro futuris negotijs eſt faƈta,non autem pro præteritis,Bald.de Iuſtin. Cod. confir. nu.8. & quòd non trahatur ad præterita Conſtitutio, ſi de eis non facit mentionem,eſt tex.in cap. fin. de conſtit. vbi Felin. ponit hoc pro regula, & ampliat quatuor modis, & decem alijs limitat,licèt ſecus ſit in alijs diſpoſitionibus hominum, quæ ſi ſunt faƈtæ per verba præſentis temporis, nec ad præterita,nec ad futura extẽduntur,

duntur,Felin.in d.cap.fin.n.16.& hoc pro regula ponit Dueñ. in reg. 205. cum pluribus ampliationibus, & limitationibus remiſſiuè, quod qualiter intelligatur, dicemus in quæſt. 3. prædicamenti relationis,vbi etiam ponam,an extēdatur poteſtas etiā ad
9 cauſas pendentes. † Conſtat ergò, q̄ plures qualitates requiruntur,vt habeat locum modus militaris, & ideò omnes interuenire debent,& ſi vna deficit, non habet locum diſpoſitio banni,vt dixit gloſ.4.clemen. in pleriſquè,de electiõ. & electi poteſtat. cum allegatis per Marſi.in ſing. 187. & per me in q.3.Prædicamen.Quantitatis,in 18.requiſit.indultus, & ratio eſt,quia quando plures qualitates reſpiciunt certum, & limitatum ſubiectum,tunc concurſus omnium requiritur,vt hic, ſecus verò, quando reſpiciunt diuerſas ſubſtantias, vel ſpecies,l.ſi plures inſtituti, ff.de condit.inſtit. Socin. in l. ſi is, qui,§. vtrum,ff.de reb.dub. & de hoc fecit regulam cum ſex limitationibus Iacobus Nouellus in regul.165.

SVMMARIVM.

1 *Procedens ad modum belli,debet eſſe Præſes.*
2 *An Barones teneantur remittere vaſallos foraſcitos Præſidi, pro parte negatiua adducuntur ſeptem fundamenta.*
3 *Pro parte affirmatiua adducuntur ſeptem alia fundamenta.*
4 *Firmatur opinio affirmatiua tribus rationibus,& reſpondetur ad contraria.*
5 *Interpretatio iſtius quæſtionis relinquitur Principi.*

1 TERTIO quæro, quæ qualitates requiruntur ex parte illius,qui poteſt procedere ad modum belli? & vnam ponit poteſtas, nempè, quòd ſit Præſes Prouinciæ, quem in Regno Gubernatorem appellamus,vt dixit Capyc. in ſuo epilo.Magiſtr. Regni, & Montel. in prax.Arbitr.in 4.par.num.11. & probatur in poteſtate,ibi *(e cõmandamo tanto à voi al preſente Gouernatore, &c.che poſſiate,& debbiate procedere ad modum belli,&c.)* & quia de hoc dicturi ſumus in Prædicamento Agere,idcirco ibi me remitto, & hic tantùm quęram.An qualitas iſta Prȩſidatus ſit adeò neceſſaria, quòd teneantur Ordinarij locorum,& Barones remittere eius vaſallos foraſcitos? licèt præuenerint in captura, & quòd Præſes vigore poteſtatis non ſit obligatus remittere.Articulus iſte eſt diſputabilis,& valdè diffuſus, & odioſus, quia tangit intereſſe Baronum,qui quotidiè diſceptant in Audientijs pro remiſſione vaſallorum,& eius reſolutio depēdet ab illius quæſtionis reſolutione,an per ſpecialem iuriſdictionem alicui conceſſam ſit derogatum iuriſdictioni ordinariæ. Ego (more ſolito) breuitèr loquendo ponam fundamenta partis negatiuæ,& affirmatiuæ,& deindè dicam,
2 quid ſentiam.† Pro parte negatiua, nempè,quod per conceſſionem ſpecialem factam Præſidibus, vt contra foraſcitos poſſint procedere ad modum belli,non ſit derogatum iuriſdictioni Baronum.Primò,adduco communem concluſionem Doctorum, quæ eſt,quòd iuriſdictio ſpecialis cēſetur conceſſa cumulatiuè, non autē priuatiuè,& iſta eſt magis communis opinio,de qua teſtatur Iaſ. in leg. quod in rerum,§.ſi quis poteſt,ff.de legat.1. Secundò, probatur per text. Regni in cap.ſi cum ſceleratis, vbi in concedendo Magnæ Curiæ Vicariæ præheminentiam,vt poſſit procedere ex proceſſu informatiuo, vtitur iiſdē verbis,quibus vſus eſt hic Princeps, & tamen videmus,quòd Barones nō tenentur remittere eius vaſallos,immò ipſi petunt, & obtinent remiſſiones, & licèt procedere non poſſint ex proceſſu informatiuo, procedunt ordinariè. Tertiò, videtur hoc deciſum

ſum per prag.5. ſub tit. vbi de delict. quis conuen.deb. vbi dicitur, quòd publici latrones,& ſtratarum diſrobatores poſſunt à quocunque Officiali capi,& puniri, ergo ſi Barones preuenerint,non tenentur remittere. Quartò,iſtam opinionem in terminis firmat *Affl*.in Conſtit.Ea,quæ ad decus,num.21.vbi concludit,quòd ille, qui habet priuilegium meri Imperij antè illam Conſtitutionem,non perdit priuilegium,nec cenſetur reuocatum per Conſtitutionem illam,in caſu,quem ponit.Quintò,quando iuriſdictio cōceditur in odium aliquarum perſonarum,prout hìc in odium foraſcitorum,tunc cumulatiuè cum Iudice ordinario cenſetur conceſſa, ſecus verò,ſi erit cōceſſa in fauorem aliquarum perſonarum, vt putà pupillorum,viduarum,&c. Vrſill.in Afflict.dec.41.quem vide,quia benè loquitur,& declarat *Affl*.ibi.Sextò,per Paridis doctrinam de Syndicat. ver. arbitrium,num.10. vbi dicit, quòd ſi poteſtas habet omne Imperium, & iuriſdictionem,& poſtea conceditur alicui poteſtas ſpecialis,tunc non erit derogatum iuriſdictioni poteſtatis,& in ſequenti num. ſubdit,quòd ſi liberum haberet arbitrium, non poſſet derogare priuilegijs aliorum. Septimò,& vltimò,omiſſis alijs, hanc opinionem firmat Roman. in conſ. 393. vbi adducit duodecim iura, quæ ad literam probant, quòd conceſſio iuriſdictionis ſpecialis non adimit iuriſdictionem ab eo,qui eſt Iudex generalior,& (meo quidèm iudicio) illud conſilium eſt baſis, & fundamentum iſtius opinionis negatiuæ. † Pro

3 parte verò affirmatiua, quòd conceſſio poteſtatis procedendi ad modum belli contra foraſcitos Præſidibus Prouinciarum ſit priuatiuè quòad Ordinarios,& Barones, & quòd ab eis adimat iuriſdictionem quòad foraſcitos,poſſunt plura adduci.Primò, doctrina Batt.in leg.3.§.illud, C.de canon.largi.in additio.lib.10.vbi dicit, quòd ſi vnus Officialis eligitur ſpecialitèr ad vnum officium, quòd per illam ſpecialem electionem ſit omnis ſublata poteſtas de eo, quod ſibi ſpecialitèr commiſſum eſt alijs, generalem adminiſtrationem habentibus,& ideò,quòd Barigelli Peruſij, quibus ſpecialitèr data eſt poteſtas contra omnes Bannitos Peruſij, habebant illam priuatiuè,quia per hāc ſpecialem conceſſionem iuriſdictionis videtur adempta omnis poteſtas Capitanei,& Poteſtatis Ciuitatis Peruſij dictos proſequendi Exbannitos. Secundò, quando per modum legis condendæ ex rationabili cauſa Princeps alijs præiudicat,tunc poteſt hoc facere,etiam derogando, limitando, & reſtringendo priuilegia, Doct. in l.omnes,C.ſi contra ius, & vtilit. publ.Foller.in practica cenſua.§.& ſubmiſſionis,num.28.& 29.faciunt allegata per Vrſillum in Afflict.dec.391. col.2.& 3.Felin.in cap.quæ in Eccleſiarum,n.26.& 27. de conſtit. *Aymo*. conſ.5.per totum,quod procedit, ēt quòd in lege non ſit appoſita clauſula derogatoria,vt dicunt præfati DD. & multa alia pro hoc allegat Caſſan. in Conſuet.Burgun.rub.1.§.5. in tex. ſil n'a grace, nu.165.hinc videmus,ꝙ per viam generalis legis poteſt Princeps indulgere delinquentibus, etiā parte non concordata,vt per multa concludit Foller.in additionibus, & declarationibus indultus Car. Pacech. col.3.& Caſſan.in loco præalleg. Tertiò,quòd voluntas Principis fuerit quòad hoc præiudicare Baronibus,apparet ex bannis Regijs emanatis, in quibus datur facultas Officialibus Regijs indultandi foraſcitos,obſeruatis banni ſolemnitatibus, quod intelligitur,etiam in præiudicium Baronum, nam poſſunt eorum indultari vaſalli in præiudicium iuriſdictionis ipſorum Baronum, vt dixit Foller. in dictis declarationibus, col.13.circa fin.per allegata per Caſſan.in loco præalleg. et ità abſquè diffi-

difficultate ſeruari,et ſeruatum fuiſ-
ſe in practica,dixit Carau. in prag. 1.
de Exul.n.172. & ratio iſtius funda-
menti colligitur ex fundamento prę-
cedenti. Quartò,per poteſtatem iſtã
ſunt ſublati omnes alij modi proce-
dendi contra foraſcitos, & de neceſ-
ſitate procedendum erit ad modum
belli,quod probatur per verba illa
poteſtatis (*poſſiate, & debbiate, &c.*)
verbum enim,debet,neceſſitatem im-
portat,ad notata in l.ſæpè,ff.de offic.
Præſi.& hoc probabimus in 9. & 10.
ſpeciali,ſub q.3.in prędicamento Pa-
ti,ſed tali modo ſolus Præſes vti po-
teſt contra foraſcitos,vt dicemus in
Prædicamento Agere,q.1.ergò ipſe
ſolus erit Iudex, & priuatiuè quòad
alios,alioquin ſequeretur magnum
inconueniens,quòd ſic Barones non
tenerentur remittere ad Pręſidem,
ex quo ipſi non poſſunt vti iſta pote-
ſtate, & alio modo non poteſt pro-
cedi contra foraſcitos, nàm rema-
nerent impuniti, contra text. in l.
ità vulneratus,ff.ad leg.aquil. & non
valet argumentum de proceſſu in-
formatiuo ad proceſſum militarem;
nam in primo caſu eſt in poteſtate
Magnæ Curiæ procedere de præhe-
minentia,vel ordinariè, vt dixit *Ant.*
de Nigris in d.c.ſi cum ſceleratis,nu.
55. ſed in iſto caſu eſt neceſſitatus
Pręſes procedere ad modum belli,vt
dixi,ergò,&c. Quintò, Poteſtas iſta
concedit poteſtatem indicendi bel-
lum contra Exules,& de guerra mo-
ta,vel mouenda non poſſunt cogno-
ſcere Barones,ſed ſola Magna Curia
Vicariæ,& nunc Præſides quoquè,vi-
gorę delegationis,vt eſt ritus 47. &
ibi Carauit. dicit, quòd iſtam cogni-
tionem habet Magna Curia Vicariæ
priuatiuè quòad alios, & quòd ità
fuit ille ritus interpretatus. *Sextò*,
clarum eſt,quòd *Poteſtas* proceden-
di ad modum belli non competebat
Ordinarijs, cùm igitur ſit delegata
Præſidibus, cœteris Ordinarijs cen-
ſetur adempta,per allegata per Mar-
ſi.in ſingul.301.& per Arnon.ſingul.
82.ac per Boer.dec.151.nu.20. Ma-
rant.diſtinct.5.num.4.& facit tex.in
cap.ſanè,extra de offic.delega.*Septi-*
mò, iſtam opinionem ſigillat *Afflict.*
dec.41.vbi determinat, quòd cauſa
cuiuſdam Medici conuenti in Sacro
Conſilio,quod habet generalem iu-
riſdictionem contra omnes, fuit re-
miſſa ad Cancellarium Regni,ſpecia-
lem Iudicem Medicorum, quia pri-
uilegium fuit conceſſum in fauorem
Medicorum,& Collegij, & videtur
adempta iuriſdictio à Iudice Gene-
rali,& ſubdit,quòd ſi dicat ſtatutum,
quòd de cauſis fiſcalibus, vel pupil-
lorum,aut viduarum cognoſcat talis
Iudex,tunc Regens,qui habet gene-
ralem iuriſdictionem, non poteſt ſe
4 de ralibus cauſis intromittere † Ex
prædictis ergo apparet,quòd vtraquè
opinio habet ſua fundamenta, qui-
bus vix reſponderi poteſt, mihi autẽ
ſemper placuit ſecunda opinio, tri-
bus alijs rationibus, quibus reſpon-
deri non poteſt. *Prima* eſt, iſti fora-
ſciti,ex quo non comparuerunt in-
fra decem dies ſtatutos à Regijs ban-
nis,verè effecti ſunt foriudicati Re-
giæ Curiæ,& iſta ſunt verba banno-
rum, quæ ſubijcere placuit (*& non*
comparendo elaſſo lo termino predetto)
cum alijs ſequentibus, &c. deindè
ſubdit (*saranno tenuti, trattati, & re-*
putati per diffidati,rebelli, & contumaci,
banniti, & come veri foriudicati della
Regia Corte) ſed contumaces, & fo-
riudicati Regiæ Curiæ remittendi sũt
ad Regiam Curiam à quocunque
Officiali,vt clarum eſt,& dixit Carau.
in prag.1.de Exul.num.52. & in ter-
minis Ioannes Vincentius de Anna
ſing.56.dixit, quòd cauſæ foriudica-
torum non remittuntur Baronibus,
ergò Barones tenentur remittere
Pręſidi Iudici Delegato contra ipſos
foriudicatos Regiæ Curiæ: quid au-
tem,ſi Clericus eſſet foriudicatus,vi.
de Franc.dec.209.Secunda ratio,Ba-
rones fundant ſe in vaſallagio, & in

dict.

dict.prag.5.vbi de delict.quis conue. ſed iſti foraſciti non ſunt eorum vaſalli, nec pragm. obſtat, ergo, &c. & quòd non ſint eorum vaſalli, probatur viua ratione, quia iſti foraſciti ſunt hoſtes Ciuitatum, & Regis proditores, rebelles, & rei læſæ Maieſtatis, vt probauimus in 1. q. Prædicamenti, per quæ nō ſolū amittuntur iura Ciuitatis, ſed cōmunia, vt ſingularitèr dixit Bart. in quæſtione Lucanæ Ciuitatis, & in tractatu, qui ſint rebelles, & cognitio contra rebelles reos Maieſtatis, & hoſtes Regis, ad Regios Officiales tamen ſpectat, l.1.ff.ad l.Iuliam Maieſta.cum allegatis per Caſſa. in Conſuet. Burgun.rub.prima, ver. & Droit, & num. 109. cum alijs vulgaribus adductis per Lucam de Pen. in l.fin. C. de delato.lib 10.& in l.1.C.de petit.bono. ſubla. ergo Barones non poſſunt ſe intromittere, quia poſiti ſunt extrà protectionem, & vaſallagium ipſorū, & ideò dixit Cynus in l. 1. C. de natura. liber. quem vbiquè comprobat Bald. quòd quando aliquis extrahitur de protectione alicuius Ciuitatis, videtur factus alienus ab illius municipalibus conſtitutionibus, & conſequentèr commoditate eorum priuatur, Roma.conſi. 459. in prin.& ad prag.5.reſponde duobus modis; primò, quòd illa prag.intelligitur ſecundùm ius commune, quo iure foraſciti non ſunt hoſtes publici, nec Regis, vt concludit Bart.in dicta q.num.29. & 32.dicens, ex prædictis patet, quòd ſecundùm formam iuris communis exbanniti non ſunt transfugæ, & hoſtes; & eſſet nequiſſimum dicere, quēlibet contumacem eſſe transfugam, & hoſtem Ciuitatis, & latius probabimus in ſpeciali 41. nimirùm igitur, ſi Baronibus datur præuentio per dictam prag. ſed vigore poteſtatis iſti foraſciti declarantur inimici Regis, & ideò ab Officialibus Regijs puniēdi ſunt, per ea, quæ ſupra diximus, etiam reſpōderi poteſt, quòd pragm. loquitur in latronibus, & diſrobatoribus ſtratarum: qui non ſunt foriudicati Regiæ Curiæ, Nos verò loquimur in iſtiſmet, qui tamen vigore Regiorum bannorum ſunt verè foriudicati Regiæ Curiæ, & ab ipſa puniri debent, vt ſupra in prima ratione. Tertia ratio, non poteſt negari, quin Barones fuerint negligentes in capiendo, & puniendo iſtos foraſcitos, & quòd eorum culpa non ſit auctus numerus illorum, & iſta negligentia probatur à communitèr accidentibus, nam, vt plurimum Officiales de exceſſibus iſtorum foraſcitorum non cœperunt informationes, & publici foraſciti, nec inquiſiti reperiuntur in eorum Curijs: expertus loquor: ob quam negligentiam, & culpam cauſæ ſunt deuolutæ ad Superiorem, & illis legitimè priuari potuerunt, Lucas de Penna in l.2. C.de lucr. aduoca. libr. 12. Bald.in Auth.ſtatuimus, C.de epiſco.& cler.& Affli. in Conſti. Iuſtitiarij nomen, nu.19.& ratio eſt, quia iſta negligentia facit eos culpabiles, fautores foraſcitorum, Aymon conſi. 132.nu.4. quæ negligentia inducitur ſpatio ſex menſium, per cap. Regni Quorundam compoſitio, & tenendo iſtam opinionem ad fundamenta primæ partis facilis erit reſponſio, & dicas, quòd omnia illa procedunt, quādo non per viam legis generalis conceditur iuriſdictio ſpecialis, ſed per viam diſpoſitionis particularis, vt diximus in ſecunda ratione iſtius opinionis, & per viam generalis diſpoſitionis non ſolùm in his, quæ ſunt iuris poſitiui, ſed etiam gentium, poteſt Princeps præiudicare Baronibus, & alijs iuſtis ex cauſis; vt per multa firmauit Lancellot.in templo omni.Iudic.lib.1.cap.1.§.4.ver.ſtatuit contra ius, quem vide, quia dilucidat iſtam quæſtionem, & iuſtæ, & rationabiles cauſæ poſſunt eſſe multę, inter quas eſt fauor publicus, l.item ſi verberatum, ff.de rei vindica, cum cæteris allegatis in dicto c.quæ in eccleſiarum,

num.

num. 27. de conſtitu. per Feli. Aym.
conſi.5.num.4.& Doct. omnes in lo-
cis præallegatis, & non eſt dubium,
quòd poteſtas iſta, fauore publico ſit
introducta, quia iſti foraſciti inquie-
tabant quietem, & pacem ſubditorũ
ſuæ Maieſtatis, vt ibi (*inquietando il quieto, & pacifico viuere de ſubditi di ſua Maeſtà*) Afflict.in terminis in Conſti-
tut.Pœnam eorum, num. 15. ver.in
contrarium, allegantur Cotes per Iaſ.
in l.cùm quidam, ff. de lib.& poſthu.
num. 26. & quòd poteſtas iſta ſit in-
ducta in fauorem publicum, latius
5 probabimus in ſpecialibus. † Sed
quia negari non poteſt, quin quæſtio
iſta ſit dubia, tantò magis, quia ego vi-
di aliquas prouiſiones Regij Collat.
Conſ.in fauorem Baronum, & Com-
miſſarios Campaneæ aliquãdo remit-
tentes, idcircò deſiderarem ſuper hac
quæſtione, quotidiè in Tribunalibus
ventilata, & in poſterùm ventilanda,
Principis decitionem: quia ad ipſum
ſpectant dubitationes, in iudicijs con-
tingentes interpretari, & dirimere, l.
penul.cum gloſ.C.de legi.l.& ideò, ff.
eo.Lãcellot. in loco præalleg.ver.du
bitationes iudiciorum, alioquin Re-
giæ Audientiæ, & Commiſſarij Cam-
paneæ ſemper erunt odioſi Baroni-
bus, & tandèm Prorex mandauit, non
remitti foraſcitos Baronibus per ſpa-
tium quatuor menſium, vt in Cur.pr.
Aprut.fol.127.

S V M M A R I V M.

1 *Quid eſt Relatio.*
2 *Auxiliatorum dependentia, & incidentia habent relationem ad delictum.*

De Relatione.

PRÆDICAMENTVM iſtud etiã
ad aliquid appellatur, & diffi-
nitur ab Ariſto.de Prędicamen.
1 cap.de relatio. † eſt illud, quod
cùm per ſe nihil ſit relatum: tamen ad
aliud conſtat; vt putà pater reſpectu
filij, venditor reſpectu emptoris: non
enim pater diceretur, niſi eſſet filius,
nequè venditor, ſi non eſſet emptor,
& ita quoque conſiderãt qualitatem
Doct.noſtri, vt per exempla relata per
Iaſ. in l. fin. C.de indic.vidui. tollen.
apparet, & per iura adducta per Bald.
in l.volũtatis, C.de fideicomm. ac per
2 Menoc.de arbitr.lib.1.q.11.n. 14 † Et
quia auxiliatores delictorum non di-
cerentur, niſi eſſent delinquentes, &
dependentia, emergentia, &c. habent
relationem ad cauſas, ex quibus de-
pendent, idcircò de ipſis dicendum
erit mox de cauſis præteritis, penden-
tibus, & Pyratis.

1 De auxiliatoribus,
2 De emergentibus,
3 De cauſis præteritis, & pyratis.

S V M M A R I V M.

1 *An poteſtas militaris extendatur ad auxiliatores.*
2 *Diſpoſitio pœnalis, & perſonalis; etiam quòd ſit fauorabilis, non extenditur ad auxiliatores.*
3 *Poteſtas militaris licèt ſit pęnalis, & perſonalis, extenditur ad auxiliatores.*
4 *Intellectus ad tria iura.*
5 *Speciale eſt, quòd poteſtas extendatur ad auxiliatores foraſcitorum.*
6 *Statutum loquens de turbatoribus pacis, extenditur ad eorum auxiliatores.*
7 *Lex loquens de rebellibus, & reis læſæ Maieſtatis, extẽditur ad auxiliatores.*
8 *Cauſæ auxiliatorum ſunt dependentes, ſeù emergentes à cauſis foraſcitorum.*
9 *Per conceſſionem poteſtatis militaris contra foraſcitos cenſentur conceſſa neceſſaria ad extirpationem illorum.*
10 *Mandatum generale ſuper guerra, extenditur ad appendices mandatæ rei.*

1 PRIMO quæro, *A*n poteſtas iſta,
quæ loquitur in foraſcitis, cõ-
prehendat, ſeù extendatur ad eorum
auxiliatores? Quæſtio iſta eſt ſatis pe-
riculoſa, & intricata, quia tractat ma-
teriam extenſionis, & comprehenſio-
nis, ſuper qua adeò variarunt Docto-
res, quòd ſi eſſet articulus fidei, ne-

mo eorum eſſet Catholicus, & non
vidi Scribẽtes, nec audiui Doctorem,
hoc reſolutè loquentes; & octuagin-
ſeptem Doct. tractantes ſuper iſtam
materiam enumerat Anton. de Nigr.
in cap. Regni ad hoc, num. 144. col. 7.
de furtis, ſed minus confusè tractan-
tes, fuerũt Imol. in l. ſi verò, §. de viro,
ff. ſolut. matr. Iaſ. in l. cũ quidam, ff. de
lib. & poſth. Matth. Matheſil. in tract.
extenſi. Imol. & Gemin. in c. 1. de tẽp.
ord. in 6. Ant. quoque de Nigr. in dict.
cap. per multas col. laborat ſup hoc,
& ideò meum eſſet, ab huiuſmodi pe-
riculoſis quæſtionibus abſtinere, nam
teſte Senec. in prouer. nunquam pe-
riculum ſine periculo vincitur, maxi-
mè, quia in Ciuitate iſta Terami, in
qua nunc reſideo extra Audientiam
pro foraſcitorum cauſis, pro libris
mihi offeruntur arma, & diù quærens
habere omnia volumina Bal. & Abb.
tandèm habui, ſed imperfecta, & ab-
ſquè indice titulorum, et adeò anti-
qua, vt nec cum carta (vt dicitur) na-
uigationis poſſunt inueniri ll. et cc. et
ſcio, quòd mihi expediebat in mate-
ria iſta noua, amplius ab alijs non ta-
cta, vbi tot nodoſæ qq. reſoluendę sũt
habere copiam librorum, vt tarditatẽ
ingenij mei eruditionis diligẽtia cõ-
penſarem, vt de ſe dixit Hieronymus
in Epiſt. 40. & ideò conſuluit Ioan. de
Neuizan. & Oltrad. quòd oportet
multos habere libros, quæ duo conſi-
lia ego habeo inſerta in indice libro-
rum, & forſan nunc retroceſſiſſem, ſi
cum decore pęnitentiæ locus eſſet.
Verùm non potui non obedire Pręſi-
di, qui adeò me infeſtat, vt tractatum
iſtum in lucem edam; quòd horas, &
momenta mihi numerat, ſed ad rom-
bum redeundo ponam in iſta mate-
ria veram concluſionem extenſio-
num, & tanquam in indiuiduo re-
2 ſolutionem iſtius quęſtionis. † Vera, et
communis concluſio eſt, quòd diſpo-
ſitio pęnalis, & perſonalis, etiã quòd
ſit fauorabilis, non comprehẽdit, nec
extenditur ad auxiliatores, Bald. in
addit. Specu. ver. ſed pone q. de facto,
ſentit Bart. in tract. qui ſint rebelles,
ver. tranſit, Cotes per Marſi. in praxi
crimin. in §. conſtante, num. 70. & di-
xit Cępol. in Auth. Sed nouo iure, n.
90. C. de ſer. fugit. quod Authent. illa
loquens de furibus, non comprehen-
dit auxiliatores, prout non compre-
hendentur à ſtatuto, & Afflict. in Cõ-
ſtitut. Si quis aliquem, num. 13. in fin.
dicit, quòd præſtans opem percuſſio-
ni, non punitur pęna illius Conſtitu-
tionis, & dat rationem, quia illa Cõ-
ſtitutio loquitur in perſonam percu-
tientis, Foller. in prag. ad reſtringen-
dum, n. 61. de ictu ſcope. firmat, quòd
illa prag. non comprehendit Auxi-
liatores, quia loquitur in perſonam,
& ità quoque intelligit illam pragm.
Cauen. in tit. 276. num. 28. & allegat
alios, Marſi. in conſ. 7. nu. 52. dicit, q
ſtatutum faciens mentionem de ho-
micidio, non comprehẽdit illum, qui
cauſam dedit homicidio, & ſi detur
Iudici liberum arbitrium in aliquos,
vt in malefactores notorios, prout vi-
detur eſſe in poteſtate noſtra, ad nul-
los alios malefactores extẽditur, Pa-
ris de ſyndic. cap. 1. nu. 17. & clarum
eſt, quòd inter auxiliatores mandans
eſt principalior, & tamen ſtatutum
perſonale non extenditur ad man-
dantem, vt probat Menoch. de arbitr.
lib. 2. caſ. 353. num. 17. & ratio cõclu-
ſionis eſt, quam referunt Bart. Angel.
& cęteri in l. is, qui opem, ff. de fur.
Cauen. in d. tit. num. 28. quia cùm ſta-
tutum ſit perſonale, non poterit dici
fur, qui auxilium præſtat furto, nec
percuſſor, qui pręſtat opem percuſſo-
ri, nec homicida, qui p̃ſtat opẽ homi-
cidio, nequè emiſit ictum ſcoppetiæ,
qui auxilium præſtitit, & ideò vide-
tur dicendum, quòd Poteſtas iſta
perſonalis loquens de foraſcitis, non
extendatur ad auxiliatores, quia au-
xiliatores non poſſunt dici foraſciti.
3 † Sed prædictis non obſtantibus di-
co, quòd iſta poteſtas comprehendit
quoque auxiliatores, & quòd ſupe-
riùs

rius allegata procedunt regulariter in omnibus auxiliatoribus, præterquàm in auxiliatoribus foraſcitorum, & hoc probatur per tria iura, quæ cauillari non poſſunt. Primum eſt in l. 1. ff. de recep. vbi loquens de receptatoribus dicit, quòd perindè puniantur, atque latrones. Secundum eſt in l. 3. §. non tantum autem, qui rapuit, ff. de incen. rui. naufra. vbi illa lex loquens de aggreſſoribus in mare, comprehendit quoque receptatores ipſorum, & dat rationem, quia receptatores non minus delinquunt, quàm aggreſſores. Tertium ius eſt in l. 1. C. de his, qui latro. vbi occultantes, & ſociantes cũ reis, pari pœna puniuntur, poſſem allegare alia iura, ſed quia idem diſponunt, ſufficiant iſta tria, & ſi cætera videre cupis; vide gloſ. in ver. quàm aggreſſores dictæ l. tertiæ, & gloſ. 2. in d. l. 1. C. quæ allegant alia iura concordantia.

4 † Reſtat modò reſpondere duabus tacitis obiectionibus. Prima, quòd dict. ll. non poſſunt allegari ad deciſionem cauſarum, & quęſtionum, quia habent varios intellectus, Bar. in l. in ambiguis, ff. de reb. dub. & Felin. in cap. primo, in fin. de conſtit. & quòd multipliciter intelligitur, eius veritas ignoratur, Bald. in l. data opera, 10. col. C. qui accuſa. non poſſ. nam reſpondeo, quòd aut quærimus, ſi auxiliatores puniuntur eadem pœna, qua & rei principales, & tunc verum eſt, quòd illæ leges habent varios intellectus, de quibus per Marſ. conſ. 53. num. 26. & 27. & quòad iſtum effectũ non allegaui dict. ll. quia non intẽdo nunc tractare, ſi auxiliatores puniantur eadem pęna, nam de hoc tractabimus ſub Prædicamento Pati, aut quærimus, ſi dict. ll. comprehendant quòad alios effectus, vt putà quòad modum procedendi, & ſimiles auxiliatores, & tunc DD. communiter tenent, quòd comprehenduntur, quia licèt non ſint ſub eadem pęna, ſunt tamen ſub eadem lege, ad notata in l. is, qui opem, præcipuè per Bar. ff. de fur. & quòad iſtum effectum dict. ll. non habent varios intellectus, nam omnes eas intelligunt, vt comprehẽdant auxiliatores, ſed de pęna ſolummodò dubitant, & ſi dices, quinam ſunt iſti effectus, qui vltrà pęnam poſſunt deſcendere ex ead. l. dico, quòd poſſunt eſſe plures, nam ſi ſunt ſub eadem l. ille, qui vigore illius legis erit Iudex delinquentis principalis, erit quoque Iudex auxiliatorum, licèt diuerſis pœnis illos punire debeat, & ideò ſi auxiliatores fuerunt conuenti coràm vno Iudice, & principales coràm alio, Iudex delinquentium principalium poteſt petere remiſſionem cauſarum auxiliatorum, ità ſingulariter dixit Bald. in cap. 1. col. fin. de controu. apud par. Iaſ. in l. nulli, col. 2. verſ. 3. dicuntur, C. de iud. Caleſa. inter conſ. crimin. conſ. 105. nu. 6. cum ſequen. vol. 1. qui in ſtatutis loquitur, alius effectus vltrà nonnullos alios, quos breuitati conſulẽs omitto, poteſt conſiderari circa modum procedendi, ecce Inquiſitor hæreticæ prauitatis certo modo poteſt procedere contra hæreticos, & quia auxiliatores ſunt ſub eadem poteſtate, eodem modo, licèt non eadem pęna, poterit procedere contra eos, vt conſuluit Oldra. conſ. 36. num. 1. ſic & Præſes, qui poteſt procedere ad modum belli contra foraſcitos, poterit eodem modo procedere cõtra auxiliatores, quia ſub eadem lege ſũt, ſed an eadem pęna, dicemus infra. Secunda obiectio poterat eſſe, quòd allegatæ tres ll. non loquuntur, niſi de receptatore, & non de alijs auxiliatoribus, dico, quòd l. 1. C. loquitur de omnibus, videlicèt de occultatoribus, de ſocijs, & de receptatoribus, immò l. 2. illius tit. loquitur de alijs auxiliatoribus, præterea, ex quo militat eadem ratio in alijs auxiliatoribus, quæ in receptatoribus, idem ius conſtituendum eſt, arg. l. illud, ff. ad l. Aquil. cum concord. ibi in gloſ. allegatis, Ex prædictis igitur apparet, quòd

poteſtas iſta, ex quo loquitur in latronibus, ſeù foraſcitis, extenditur ad
5 auxiliatores. † Secundò dico, quòd iſtam opinionem (meo quidem iudicio) firmat Marſi. in conſ. 53. num. 26. & 27. quem ſequitur, & alios refert Caſſan. in Conſuet. Burgun. rub. 1. §. 5. num. 12. nam dubitarunt, an receptatores, & auxiliatores puniantur eadem pęna, qua & principalis? & concludunt, quòd nõ, & ad l. 1. ff. & C. de recept. ac ad l. 3. ff. de inced. rui. nau. fr. reſpondent, quòd caſus ſpecialis eſt in auxiliatoribus latronum, & ſic volunt iſti, quòd illæ ll. quæ loquuntur de latronibus, extendantur ad eorum auxiliatores, & q non ſic eſſet in auxiliatoribus aliorum delinquentium, & dant rationem diuerſitatis, quia iſti auxiliantur perſonis, quæ ſemper ſunt paratæ ad delinquẽdum, & ideò graſſantur per Campaneam, non ſic eſt in auxiliatoribus aliorum delinquentium particulariũ, qui patrato illo delicto conquieſcũt, ego addo aliam rationem, & dico, quod eſt ſpeciale hoc propter enormitatem criminis latrocinij, propter quod multa ſpecialia induxit lex, & centum ego enumerabo ſub Prædicamento Pati, & quando delictum eſt enorme, lex extenditur etiã ad auxiliatores, prout in caſu hæreſię dixit Old. in citato conſ. & nunc ſu-
6 bijciam alios. † Tertiò, iſti foraſciti turbatores pacis publicæ dicuntur, vt ibi *(come perturbatori della quiete, &c.)* & probauimus in 1. q. Prædicamenti qualit. & ſtatutum loquens de turbatoribus pacis, extenditur ad eius auxiliatores, Addit. ad Spec. in ver. portauerat, in fin. de treugu. & pac. quam refert, & ſequitur Marſi. in praxi crimin. §. conſtante, num. 67. & 76. Montel. in prax. arbit. par. 4. num. 891. Addit. ad Bar. in l. is, qui opem, in lit. B. circa medium, ff. de fur. ergo, &c.
7 † Quarta, iſti foraſciti ſunt inimici, proditores Regis, ac rebelles, & rei læſæ Maieſtatis, diximus in d. q. ſub Prædicamento qualitatis, & ſtatutum loquens de iſtis, extenditur etiam ad eius auxiliatores, Ang. in l. 1. per illũ tex. ff. ad l. Iuli. Maieſt. Bar. in tract. ad reprim. verſ. tangit, & Anto. de Nigris in c. Regni apud Tranum nu. 38. ergo,
8 &c. † Quinta, non poteſt negari, quin cauſæ iſtorum auxiliatorum ſint, vel dependentes, aut emergentes à cauſis principalibus: per ea, quæ voluit Bart. in dicto ver. tãgit, & in ver. ſummariè, cum allegatis per Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 45. ſed Iudex in cauſa principali poteſt etiam de iſtis cognoſcere, Affli. in Conſti. Pœnam eorum, num. 15. ver. ſextò iura volunt, Maran. in diſtinct. 6. num. 22. & Nos latius dicemus in ſequen. q. ergo, &c.
9 † Sexta, Princeps conceſſit Præſidibus Prouinciarum poteſtatem procedendi ad modum belli, ad extirpationem foraſcitorum, vt ibi, *poiche eſtirpati, &c.* ergo cenſetur conceſſiſſe omnia illa, ſine quibus foraſciti extirpari non poſſunt, l. 2 vbi omnes notant, ff. de iuriſdict. omn. iud. ſed abſque auxiliatoribus foraſciti diù latere non poſſunt, l. 1. ff. de recepta. er-
10 go, &c. † Septima, probat iſtam opinionem Bald. in conſ. 32. part. 5. quod videtur factum ſuper iſta q. dicit enim ibi, quòd qui habet mandatum generale ſuper guerra, habebit quoque ſuper appendicibus mandatæ rei, ſiuè ſint propinquæ, ſiue remotæ, ac ſuper omnibus, quæ tacitè veniũt, ſed Præſes Prouinciæ vigore iſtius Poteſtatis habet generale, & abſolutum mandatum mouendi bellum contra iſtos foraſcitos; vt ibi *(poſſiate, & debbiate procedere ad modum belli, &c.)* ergo, &c. ex prædictis enim apparet, quòd licèt diſpoſitio pœnalis fauorabilis, ſi eſt perſonalis, non extendatur ad auxiliatores, fallit in auxiliatoribus foraſcitorum, ſeù latronum, per rationes, & iura ſupra allegata, & ità obſeruatur in praxi, & quid ſit auxillator, & quot ſint ſpecies auxiliatorum, dicam in ſeq. q.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas militaris, extenditur ad incidentia, emergentia, dependentia, & connexa.*

2 *Declaratur quoquè, quanàm ſint incidentia.*

3 *Auxilium in delictis poteſt conſiderari duobus modis, reſpectu actus determinati,& indeterminati.*

4 *Differunt prædicti duo modi auxiliãdi.*

5 *Quot modis auxilium præſtatur,& ſuccurritur malefactoribus.*

1 SECVNDO quæro, an poteſtas iſta procedendi ad modum belli contra foraſcitos, habeat locum in Incidentibus, Emergentibus,Dependentibus,& Connexis? & dico,quòd ſic,Bar. in tracta.ad reprimen.ver.ſummariè, num.20. cum ſequen.Iaſ.in l.2. num.5. in fin. C. de edict. diui Hadria. tollen. Maran. in diſtinct.6.nu.22. Vrſil. in Affli. deciſ. 227. Affli. in Conſti.Pœnam eorum, nu.15.Plot.in l.ſi quando, C.vndè vi, nu.153. Cotes per Menoc. de arbitr. lib.1.q.45.num.1. & 9. & quòd iſta ſit veritas in Emergentibus, dixit Blanc.in tracta.de compro.q.4. n.21. ver.in contrarium veritas eſt, & de Incidentibus eſt doctrina Bart. in l. ſolent,num.16.& ibi bona addi. ff.de alimen. & ciba.lega. Lanfr. deciſ.29. Centur. 1.De Dependentibus Canoni.in clem.diſpendioſam, de iudi.de Emergentibus loquitur Bar. in dicto vér.ſummariè,num.20.& de Connexis Docto.præcipuè Iaſ. in l.nulli, C. de iudic.& ratio poterit eſſe, nè diuidatur continentia cauſæ, vt in dict. l. nulli,vel ratione identitatis ſubiecti, & materiæ,l.1.& 2.ff.de quibus re. ad
2 eund. iud. † Sed nè ſuper incognitis procedamus, ſciendum erit, quæ ſint Incidentia, Emergentia, Dependentia,& Connexa, ſuper quibus variæ fuerunt opiniones Doctorum: quas refert Menoch.in loco præallega.ſed communis reſolutio eſt, quòd Incidentia ſunt illa, quæ habent cauſam vetuſtiorem,reſpicientem merita negotij principalis: non cauſæ proceſſus, prout ſunt omnes exceptiones peremptoriæ,rei iudicatæ,iuriſiurandi,præſcriptionis,& ſimiles, Doct. in l.1.ff.de ord.iud.& l.quod iuſſit, ff.de re iud.in terminis Iodo.in prax. ciuicap.134.in fin.Lancellot. in ſuo breui.lib.1.cap.9.tit.de Inciden. & rectè per Papien.in forma exceptionis cõtra poſitiones,ver.petens. Emergentia verò dicuntur, quæ habent originem nouam poſt iudicium inchoatũ, reſpicientia proceſſum:vt putà inhabilitas teſtium, dilatio breuis, ſuſpitio Commiſſarij,vt per Lancel. Iodo. & Papien.in citatis locis,Dependentia ſunt, quæ quoquo modo negotiũ principale tangũt, & ab eo originem trahunt, vt ſunt omnia præparatoria ad præparatum, Dec.in rub. C. de eden.in rub. extrà de iud. & in c. ſuper literis, col.13.de reſcrip. probat Menoch.in loco præallegat. num. 6. Connexa dicuntur, quæ ad determinationem alterius veniunt, & vnum pender ab altero, vt antecedens, & conſequens, exemplum erit in mandante,& mandatario,Aret. conſi. 29. nu.20.cum allegatis per Menoch.de arbitr.lib.2.caſ.95. & quia ſuper hoc non habeo difficultatem, ſufficiant
3 prædicta.† Reſtat modò,vt videamus, quid ſit auxiliator, & quot ſint eius ſpecies, vt in præcedenti q.promiſimus, & inueſtigatio iſta vtilis erit, quia cùm ſuprà concluſum fuerit,poteſtatem iſtam extendi ad auxiliatores:ratione dubitari poterat, quinàm eſſent iſti auxiliatores,& dico, quòd auxilium eſt verbum generale,& poteſt conſiderari duobus modis,aut reſpectu cuiuſdam actus, & delicti determinati,vt putà in auxiliatore homicidæ, incendiarij, & ſimilium, aut reſpectu actus indeterminati, vt putà in auxiliatoribus foraſcitorum,hæreticorum,& ſimilium,qui non auxiliãtur ad certum,& determinatum delictum.

ctum. Iſtam magiſtralem diſtinctionē ponit Bart. in l. in furti, §. ope, num. 1. ff. de fur. & Papien. in for. inquiſit. ver. opem, num. 3. & eſt clarior, & melior diſtinctio, quæ poſſet dari in ma-
4 teria auxiliatorum, † Et iſti duo modi auxiliandi differunt inter ſe, quia ſi prçſtatur auxilium in actu indeterminato, prout eſt, quando auxiliatur foraſcitis, ſemper eſt punibile, & tēpus poterit grauare, & mitigare pœnam; ſi verò præſtatur in actu determinato, vt putà ad homicidium committendum, & tunc non ſemper erit punibile, vt putà ſi delictum non fuerit ſequutum, nec deuentum ad actū proximum, & ratio diuerſitatis eſſe poteſt, quia primi auxiliantur delinquentibus, qui ſemper ſunt parati ad delinquendum, vt ſunt foraſciti, Cæteri verò auxiliantur pitentibus ad malum; vt in ſimili dixerunt Marſi. in conſ. 53. num. 26 & 27. Caſſan. in Conſuet. Burgun. rubr. 1. § 5. num.
5 12. † *Auxiliari* verò dicitur qualitercunquè alicui ſuccurratur, l. 1. §. pœnas, C. de raptu Virg. Lancel. in ſuo breu. lib. 1. c. 9. tit. de auxili. in fi. Bar. & Papien. in locis citatis, & ſuccurri poteſt quatuor modis, ſocietate, conſilio, defēſione, & fauore, glo. magna, quæ omnia iſta declarat in clem. 1. §. 1. de pœnis, aut armis, manu, voce, & obiectu corporis, Bal. in d. l. dominus, ff. ad ſyllan. vel poteſt præſtari auxilium quatuor alijs modis, Primò, ad ipſum crimen ordinandum, Secūdò, in ipſo actu criminis ad ipſum perpatrandum. Tertiò, poſt crimen ad ipſum continuandum. Quartò, ad euadendum, Anto. Colum. in controuer. crimina. arti. 82. Bart. verò in tract. ad reprimen. ver. tangit, dicit, quòd auxilium præſtatur aliquando per modum antecedentis: vt mandato, conſilio, perſuaſione, aliquando per modum inhærentis illo tempore, quo delinquitur, vt cooperatione cum principali malefactore, vel ſi acclamationibus, verbis, dictiſquè coadiuuet, quandoquè per modum conſequentis, vt putà poſt delictum conſummatum receptione, nè capiatur à Curia, vel ſi alio modo in fuga iuuat, & in effectu hanc eandem diſtinctionem ponit Iodoc. in prax. crimi. cap. 133. idem Bart. in d. l. in furti, §. ope, num. 2. & Papien. in loco citato, num. 6. Clar. in prax. crimi. q. 90. & enumerare, quibus modis præſtetur, eſſet potius ſcholaſticum, quàm magiſtrale, quia modi auxiliandi, licèt ſint infiniti, de quibus per Marſi. in prax. crimina. §. conſtante, num. 61. per Bart. & addi. mag. in dict. l. is, qui opem, & in dict. §. ope, cum alijs remiſſiuè allegatis per Bonacoſ. in ſuis qq. crimi. in ver. auxiliator, tamen omnes reducūtur ſub primis quatuor modis, poſitis per dictā gloſ. in clem. 1. de pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas militaris, quòad pœnam extenditur ad cauſas præteritas, & pendentes.*

2 *Poteſtas militaris, quòad modum procedendi extenditur ad prædictas cauſas.*

3 *Poteſtas, non extenditur ad deciſa, transacta, ſoluta, & præſcripta.*

4 *Pyratæ comprehenduntur in poteſtate, & aſſignantur quatuor rationes.*

5 *An Mare Adriaticum ſit ſubiectum Præſidi.*

6 *In delictis maritimis ſeruatur conſuetudo.*

TERTIO quæro, an poteſtas iſta extendatur ad foraſcitos prçtéritos, & ad cauſas eorum pendentes, tempore, quo fuit publicata poteſtas? iſta quæſtio eſt dubia, & valdè vtilis, & quotidiana, vt dicit Bart. in leg. omnes, populi, nu. 39. ff. de iuſti. & iur. Ego verò reſolutè loquendo dico, quòd aut quærimus, an Conſtitutio iſta extendatur ad prædictos quòad pœnam, aut quòad modum procedendi, & prçparandi iudi-
1 cium. † Primo caſu, concluſio eſt, quòd

quòd non extendatur, niſi de ipſis
foraſcitis præteritis, & cauſis pen-
dentibus fuerit facta ſpecialis men-
tio, tex. eſt ad literam in c. fin. de con-
ſti. vbi Feli. ampliat quatuor modis,
& limitat decem alijs modis, proba-
tur quoquè in Conſti. Vt vniuerſis, &
in nu. 33. notat Affl. Ant. de Nigris in
c. ad hoc, vt noſtrorum, nu. 162. Iaſ. in
l. non dubium, C. de legib. num. 10. &
rationes ponit Bald. in l. omnes po-
2 puli, nu. 17. ff. de iuſti. & iur. † Secun-
do caſu, extenditur ad præteritos fo-
raſcitos, & cauſas pendentes, gl. fi. cle-
men. 2. de iudi. Bar. in d. l. omnes po-
puli, nu. 44. ver. quarto caſu, Iaſ. in d. l.
non dubium, nu. 15. in fi. Bald. in l. Sã-
cimus, in fi. C. de ſacroſan. eccl. Bar. in
l. fi. §. fi. C. de iur. calu. & licèt nonnul-
li tenuerint contrarium, tamen iſta
eſt communis opinio, de qua teſtatur
Imol. in d. c. fin. de cõſti. quem refert,
& ſequitur Felin. ibidem num. 10. &
ideò Præſes poterit ꝓcedere ad mo-
dum belli contra illos, qui de nouo
inquiruntur, vel inquiſiti reperiũtur,
quòd aliàs per Campaneam armauc-
rint; ſed eos punire non poterit pœ-
na, quæ deſcendit ex iſta poteſtate, de
qua in *Prædicamẽto* Pati; ſi delictum
eam non meretur, cùm inceſſus ſim-
plex per Campaneam non importet,
niſi pœnam remigationis, & ità quo-
tidiè ſeruatur, vt dixit Garau. in prag.
1. de exuli. num. 187. & ſecundùm ſu-
pradictam diſtinctionem fuit ſemper
practicatum per Gubernatores Pro-
uinciæ *A*prutij, per Me, & alios Com-
miſſarios Campaneæ. Ex prædictis
apparet, quòd prædictæ cauſæ ſunt
ſub eadem lege militari, ſed non
ſub eadem pęna, quæ deſeruiunt his,
quæ diximus in præcedenti quæſtio-
3 ne. † Et iſtum vltimum caſum limita
ſingularitèr, vt non trahatur ad præ-
terita, quæ ſunt deciſa ſententia, aut
tranſactione, ſiuè ſolutione, vel præ-
ſcriptione, Aret. conſi. 104. in vlt. col.
cum allegatis per Caſſa. in Conſuet.
Burgun. in concl. & approbatio, in
tex. en tenentur, & prædicta omnia per-
petuò tene menti, quia quotidiè acci-
4 dunt, vt dixit Bart. in d. l. fin. † Vlti-
mò, pro complemento iſtius Pręicamenti
menti notandum eſt, quòd poteſtas
iſta cõprehendit etiam Pyratas, l. 3. §.
nec enim minus, de incen. rui. naufr.
Bar. per illum tex. in l. 1. in fin. C. de
claſſi. lib. 11. & eſt c. Reg. prouiſa iuris
ſanctio, faciunt allegata per Corſet.
in ſuis ſing. ver. Iuriſdictio, & ratio
poteſt eſſe multiplex. Prima, quia
poteſtas data eſt Gubernatori, qui
habet territorium, & per conſequens
Mare, quod ſubijcitur ſuo territorio,
nàm Mare dicitur de diſtrictu Pro-
uinciæ, glo. in c. vbi periculum, §. por-
rò, de elect. in *6*. Petr. Gerar. de *Petra*
Sanc. ſingul. 15. Franch. deciſ. 142. nu.
6. & ſicuti debet purgare *Prouinciam*
malis hominibus in Terra, ità & in
Mare, Bar. ibidem, & Cępol. de ſeruit.
ruſti. prædio. cap. 26. nu. 22. idem Bar.
in tra. de inſul. ver. nullius enim, *Lu*-
cas de Penna in d. l. 1. *S*ecunda ratio
eſt, quia ſicuti foraſciti prædones di-
cuntur, ità & Pyratę, Montel. in *Prax*.
Arbitra. par. 6. nu. 59. Tertia, quia ſi-
cuti foraſciti pro diffidatis, & hoſti-
bus publicis habentur, ſuprà in q. 1.
Prędic. Qualit. probauimus, ità & Py-
ratæ, Bal. in authe. nauigia, C. de fur.
Quarta ratio, quia arbitrium conceſ-
ſum contra latrones, extenditur con-
tra Pyraras, vt in dicto c. prouiſa, nam
iſti militant in Mari, ſicut Latrones in
ſyluis, Bald. in l. 1. in fin. C. qui bon. ce-
de. poſ. & Graſſatores Maris dicũtur,
vt in dict. auth. nauigia, & ſunt tàm
odioſi Eccleſiæ, quòd ter in anno ab
ore ſummi Pontificis excommunicã-
tur, vt dicit Hoſtienſ. in ſumma de
ſenten. excomm. & dicit, eſſe verum
*A*lber. in ſuo Dict. in ver. *Pyratæ*, & ſi-
cuti territorium *Præſidis* eſt finibus
diſtinctum, ità & Mare, quia iuriſdi-
ctio eius extenditur per centum mil-
liaria intus Mare, & comprehendit
Inſulas quoquè, vltrà verò dictum
ſpatium iuriſdictio eſt Imperatoris,
Cæpol.

Digitized by Google

Cępol.in dict.cap.num.24. & Bart.in
5 d.tract. † Sed quòad Mare Adriaricũ
ſatis dubito, quia Venerorum eſt, &
ad ipſos ſpectat, vt dicit Cæpol. in d.
tract.num. 8. quod indebirè vſurpa-
runt, prout dixit Luc. de Pen. in l. 1.
C.de claſſi.lib.11.in Regno Siciliç vl-
trà farnm iuriſdictio iſta ſpectat ad
Magnum Admiratum, vigore ſuorum
6 priuilegiorum. De iure verò, circa de-
licta maritima obſeruanda eſt con-
ſuetudo, vt in authen. de vſur. naut.
Bald.in l.obſeruare, §.antequàm, ff.de
offic.proconſul.Cæpol.in d.tract.cap.
26.num.18.ver.ſed ſi oritur, & de of-
ficio Admirati tractatur in l.2.C.de
offic.præfect.Africæ.larè per Frec.de
ſubfe.lib.1.rit.de offic.Admir. Maris.

S V M M A R I V M.

1 *Vbi, locum deſignat.*
2 *Quæſtiones iſtius Prædicamenti reſpi-
ciunt locum.*

De Prædicamento Vbi.

1 ISTVD Prædicamentũ de per ſe
manifeſtum eſt, & tàm apud Phi-
loſophos, quàm apud Iuriſcon-
ſultos locum deſignat Ariſt. in
proprio cap.de Prædic.l.aut facta, §.
locus, ff.de pęnis, leg.cùm ij, §. in cau-
ſa, & §.fin.ff.de tranſact.cum allegatis
per Menoch.de arbitr.q.11.num.20.
2 lib.1.† Et ideò ponam ſub iſto Præ-
dicamento tres quęſtiones, reſpicien-
tes locum, & paucis me expediam,
quia non ſunt multum fructuoſæ.

1 Vbi reſidere debeat Præſes.
2 Vbi perſequi poſſit foraſcitos,
3 Vbi exequi debeat ſententias eo-
rum.

S V M M A R I V M.

1 *Reſidentia Præſidis, debet eſſe in loco
ſuorum Maiorum.*
2 *In Prouincia Apruty locus reſidentię,
& ſyndicatus eſt in Ciuitate Theati-
na, ex priuilegio.*
3 *Præſes, ad perſequendos malefactores
poteſt diſcurrere Prouincias.*
4 *Præſes diſceſſurus ex cauſa iuſta, auo-
uocare poſſit totam Audientiam.*
5 *Reſidentia debet eſſe, vbi adeſt copia
Peritorum, & commoditas defenſionis
reorum.*
6 *Quanto tempore debet moram trahere
in vno loco.*

PRIMO quæro, vbi Præſes reſidere
debeat, & licèr iſta quæſtio videa-
rur inutilis: quatuor concluſioni-
1 bus eam vtilem reddã.† Prima, Præ-
ſes debet reſidere in loco ſuorum
Maiorum, & per conſequens in loco,
vbi reſidet Regia Audientia pro ex-
plicandis cauſis ordinarijs, & hoc tã
de iure communi, quàm de iure Re-
gni, de iure communi eſt tex.in l. ius
pluribus, ff.de iuſti.& iur. vbi Iaſ. po-
nit hoc pro Regula, & limitat qua-
tuor modis, de iure Regni eſt pragm.
7.de offic.Iuſti. & Prorex per literas
Regias mandauit menſibus elapſis
Gubernatoribus Prouinciarum, nè
diſcederent à loco Regiæ Audientiæ,
etiam pro cauſa vrgenti, & neceſſaria,
abſquè eius licentia in ſcriptis, & quod ſi
ex cauſa infirmitatis, vel alia cauſa
eorum particulari diſceſſuri ſunt, non
exerceant Iuriſdictionem aliquam,
vſquè ad reditum, ſub pœna priua-
tionis officij, vt in Cur.pri. Apru. fol.
2 209.† In Prouincia Aprutij locus re-
ſidentię eſt Ciuitas Theatina, quę ha-
bet hoc in priuilegijs, & amplius, vt
etiam tempore ſyndicatus ibidem re-
ſideant, & ità obſeruatur, & meritò,
quia in dicta Ciuitate reſident Nobi-
liores, & Principaliores Prouinciæ, &
3 adeſt copia Doctorum inſigniũ. † Se-
cunda concluſio pro perſequendis
malefactoribus poteſt Præſes diſcur-
rere Prouinciam, & in quolibet loco
ius reddere, l.cõgruit, ff.de offic.Præ-
ſi.Iaſ.in d.l.ius pluribus, num.2.& ibi
Bald.col.2.Probatur quoquè per iu-

ra

ra Regni, nempè per Conſti. Iuſtitiarij non per Kalendas, & ibi not. Affl. in num. 8. & in num. 13. dicit, quòd Præſes debet per ſe ſolum, & non per alium hoc facere, quia inquiſitio eſt meri imperij, & non poteſt demandari: ſed conſuetudine hoc vltimum nō ſeruatur: nam quotidiè Præſides delegant Auditores, & alios contra Exules, & Malefactores. Iſta cōcluſio probatur quoquè per c. Regni hac edictali, vbi notant Sebaſt. de Neap. & Anto. de Nigris, & in c. Item quia, & cap. Vt ſtatus Reipublicæ, §. item quia diſponitur, quod in diſcurſu Præſides poſsīt perambulare, ſtare, & commorari per Terras Comitum, Baronum, & aliorum Magnatum ad iuſtitiam miniſtrandam, vide Roma. ſingu. 146. Atnon. differen. 18. Affli. in Conſti. Iudices, n. 11.
4 † Tertia concluſio, ſi Præſes iuſtis ex cauſis intendit accedere ad aliquem locum, in quo oportebit facere reſidentiam, tūc pro cauſis ordinarijs expediendis debet tota Audientia ſimul cum eo accedere: vt dixit Anton. de Nigris in dict. cap. hac edictali, in fin. ſubdens, quòd de hoc adeſt pragm. Regis Phil. ſed in Audientia Aprutij hoc non fuit obſeruatum, nam Præſes cum vno ex Auditoribus etiam extrà Audiētiam, quocunque in loco expediebat cauſas ordinarias, maximè in Ciuitate Lanciani tempore nundinarum, & iſta conſuetudo comprobatur per Cara. in ritu 53. num. 1. & 2. ſed conſuetudini obſtant mentionatæ litteræ Regiæ: & dubitans Gubernator Prouinciarum Aprutij, ſi vigore illarum erat derogatum militari poteſtati, quæ mandat, perquiri foraſcitos per Prouincias, multi dixerunt, quòd ſic, & ideò de Ciuitate Terami redijt ad Regiam Audientiam, quæ reſidet in Ciuitate Theatina, Ego verò fui in contrario voto; tùm quia non erat ſpecialiter derogatum poteſtati, tum etiam, quia literæ loquuntur de cauſis ordinarijs, non autem de cauſis Campaneæ, quarè conſulto de hoc Prorege reſcripſit; quòd prædictæ literæ intelligantur quòad negotia tractanda in Tribunali cum voto omniū Auditorum, non autem pro cauſis, & negotijs foraſcitorum, vt in Cur. 1. Apru. fo. 102. & aliàs dicemus, ſi poſſit Præſes facere aliquas prouiſiones extrà Audiētiam ſuper negotijs Tribunalis.
5 † Quarta concluſio, licèt Præſes ex prædictis, & vigore poteſtatis poſſit reſidere, vbi ſibi videbitur, ibi *(doue, & quando li parerà, &c.)* iunctis illis verbis *(per le Prouincie)* tamen debet reſidere in loco, vbi copia Peritorum, & commoditas eorum reperiuntur, quæ in cauſis agentibus foraſcitorum neceſſaria sūt, cap. ſtatuimus, §. 1. & ibi glo. de reſcrip. in 6. & per Lap. alleg. 97. Ciuitas Feſolana per totam, vt rei ſe defendere poſſent, alioquin grauarentur, per ea, quę notat Vant. in tracta. nullita. vel ſ. de nullitat. ex defectu iuris. delega. num. 97. & Docto. in cap. ſtatuimus, lo. 2. de offic. deleg. in 6.
6 † Et vltra tres dies, vel quatuor ad plus non debent moram trahere in eodem loco, niſi neceſſitate vrgente, vt dixit Sebaſt. de Neap. in dict. cap. hac edictali, in fin. Sed ſi grauarentur carcerati per mutationem locorum, meliùs eſſet reſidere, Affli. in Conſt. Cauſas alias, quā legit pro §. Conſt. Iuſtitiarij non per Kalendas, num. 8. nec curent eligere pinguiores, & meliores Ciuitates, ſed ſtudeant demandatum munus iuſtè, & integrè abſoluere.

SVMMARIVM.

1 *Poſſunt conquiri exules vndecunque ſint.*

2 *De iure canonico non poſſunt inquiri in Eccleſia.*

3 *De iure Regni in Prouinciam proximā per aliqua milliaria.*

4 *In Statu etiam Eccleſiæ poſſunt perquiri, vſquè ad decem milliaria, vigore nouæ capitulationis.*

1 SECVNDO quæro, vbi poſſunt conquiri, & capi foraſciti : ad quod reſpondet poteſtas : vbi Præſidi videbitur, in illis verbis *(doue, è quando vi parerà, &c.)* & nota circa iſtam quæſtionem quinque iura, Primum eſt ius poteſtatis militaris, vt ſupra. Secundum eſt ius commune, quo idem diſponitur, vt in l. congruit, ff. de offic. Præſid. iuncta gloſ. in ver. malis hominibus: quæ addit, vndecunque ſint, ſed hoc intellige in loco ſibi ſubiecto, per tex. in l. 3. ff. eo. tit. & adeſt pragm. 1. de citatio. & ideò poſſunt perquiri in domo aliena, ſeù in poſſeſſionibus: quæ ſunt in Prouincia ſub iuriſdictione Præſidis, inuito domino, l. 2. C. de his, qui latro. firmat Foller. in prax. crimina. ver. nota. cap. de perſo. nu. 9. dummodò Dominus non patiatur damnum, l. venditor, in fin. ff. commu. prædio. l. fluminum, §. fin. cum allegatis in gloſ. ff. de dam. infect. & hoc eſt permiſſum ratione publicæ vtilitatis, regularitèr verò nõ eſt licitum in alieno quærere inuito domino, & quærens, tenetur actione iniuriarũ, l. quoſdam, vbi glo. notat, & adducit concordantia, C. de metall. lib. 11. & iſtud eſt Secundum ius cir-
2 ca capturam delinquentium † Tertiũ ius eſt ius canonicum: quo iure non poſſunt inquiri in Eccleſia, nec perſequi intrà quadraginta paſſus ab Eccleſia maiori, & triginta ab alijs, cap. ſicut antiquitas 17. q. 4. Bart. in §. nequè, in authen. de man. Princi. in fin. Old. conſi. 55. vbi etiam ponit, qualitèr computentur iſti paſſus, l. 2. vbi Cyn. & cæteri, C. de his, qui ad eccl. confug. & ideò nequè in clauſtro, nec in hoſtio, nec in cœmiterio capi poterunt, Bar. in l. præſenti, C. eo. cap. quiſquis 17. q. 4. Io. And. ad Specu. de immuni. eccl. Lancel. in breuia. §. 3. lib. 1. cap. 9. tit. de capt. num. 6. ſed licentia petita ab Epiſcopo, vel eius Vicario poſſunt inquiri, vt in c. Princeps, vbi glo. 23. q. 5. §. nequè, in auth. de man. Prin. quod intelligit Montel. in 3. litera arbitrali, incip. prouiſa iuris, in 2. q. principali, num. 19, vt petatur licẽtia, & ea petita, licet non obtenta licitum ſit perquirere, & dùm ſic proceſſiſſet Regia Audientia Aprutij in Eccleſia Sancti Dominici Ciuitatis Theatinæ contra quoſdã delinquentes de Terra Colonnellæ, fuit commendatum à Prorege per liter. Cancell. vltimo Decembris 1584. vt in 1. Aprutij fol. 58. Sed captus extrà Eccleſiam fugiens in eam, extrahi poterit, §. ſed nequè, in authen. de man. Prin. cum allegatis per Marſil. in tracta. de bannitis, verſ. capti, num. 57.
3 † Quartum ius eſt ius Regni in cap. diù, vbi permittitur Iuſtitiarijs Principatus poſſe perquirere huiuſmodi tranfugas in alterius Iuſtitiariatus Prouinciam proximam per ſpatium milliarum quindecim, & in pragm. 4. de exul. datur licentia intrandi Prouinciam proximam per ſpatium milliarum viginti, & hoc eſt contra ius commune: quo iure non erat licitum ingredi alterius Prouinciam, ſecundùm communem opinionem, de qua teſtatur Cara. in dict. prag. num. 11. vide Arn. differ. 77. & licèt cap. diù videatur locale, nempè in Prouincia Principatus, tamen fuit ſemper interpretatum, vt habeat locum in omnibus Iuſtitiarijs, vt dixit Sebaſtia. de Neap. ibi, Paris de ſyndica. in ver. captura, cap. 4. num. 3. in fin. & ità ſeruat conſuetudo, Cara. in dict. prag. n.
4 12. † Quintum ius eſt Capitulatio vltimo loco facta inter Papã, & Proregem contra foraſcitos, publicata 16. Auguſti 1585. vt in Cur. 3. fol. 283. vbi permittitur, quòd Miniſtri, & Officiales Proregis poſſint huiuſmodi delinquentes intrà fines, & territorium Status Eccleſiæ per ſpatium decem milliarum in Villis, & Caſalibus, ac Terris, quæ tamen muris careant capere, & captos ſecum liberè, & licitè adducere, & è cõtra illud met permittitur Officialibus Summi Põtificis, & vigore dictæ Capitulationis

per-

permittitur captura etiam in Eccle-
ſijs, Monaſterijs, & Cellis exiſtẽtibus,
tàm in Regno, quàm in Ditione tem-
porali Eccleſiæ, ex quibus apparet, ꝙ
captura iſtorum eſt permiſſa, tàm in
Prouincia, quàm extrà, tàm in Pro-
uincijs ſubiectis Regi, quàm Eccleſię,
& tàm in loco profano, quàm in ſa-
cro, intelligendo, vt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Sentẽtia exulũ exeqtur, vbi graſſati sũt.*
2 *De cõſuetudine exeqtur in loco reſidẽtia.*
3 *Nõ poteſt fieri exequutio in loco exẽpto.*
4 *Per timorem conſanguineorum poteſt fieri exequutio ſentẽtia in carceribus.*
5 *Etiam in loco occulto, nè infamentur Conſanguinei.*
6 *In itinere à Miniſtro ex cauſa.*
7 *Poteſt fieri exequutio, vbi Præſidi videbitur.*

TERTIO quæro, vbi exequi de-
bet ſententia condemnatoria
ad mortem contra iſtos fora-
ſcitos? iſta quæſtio licèt ſit quo-
1 tidiana, eſt tamen clara. † Et regula
eſt, quòd ſententia debet exequi in
loco, vbi graſſati ſunt, l. Capitalium,
§ fin. ff. de pœnis, vbi duæ dantur ra-
tiones, Prima, vt conſpectu deterreã-
tur alij ab ijſdem facinoroſis, ſecun-
da, vt ſolatio ſit cognatis, & affinibus
interemptorum, eodem loco pœna
reddita, in quo latrones homicidia
feciſſent, ſed iſta regula patitur plu-
2 res limitationes. † Prima eſt, vt non
procedat de conſuetudine, quæ per-
mittit, poſſe exequi ſententias capi-
tales in loco, vbi reſidet Regia Au-
dientia, vel Iudex, qui condemnauit,
vt quotidiè videmus, cum ratione,
quia cùm currant in dicto loco maio-
res Prouinciæ, & vt plurimùm reſi-
deant ibi, exemplo opus eſt, l. aut fa-
cta, §. fin. ff. de pœnis: quod intellige,
parte accuſante non contradicente,
alioquin remittendus eſſet ad locum
delicti, vt exequeretur ſententia, per
tex. in l. 1. C. ad l. Iul. repetun. & pe-
tente Baroniſſa Fonticulorum quen-
dam Antonium de Gratiano damna-
tum ad mortem, propter homicidiũ
commiſſum in perſonam Don Her-
nandi de Figueroa eius filij ſubijci
martirio in eadem Terra, vbi commi-
ſit homicidium, fuit dubitatum, an
Regia Audientia eſſet obligata, & me
referente fuit determinatum, quòd
ſic per d. l. 1. & quòd conſuetudo ha-
beat locum, parte non petente, ad no-
tata in l. vniuerſa, C. de preci. Imper.
offeren. & in l. 1. vbi de crimi. agi
3 opor. † Secundò limitatur, vt nõ pro-
cedat in loco exempto, vt purà in Ec-
cleſia, ſeù in ſpatio quadraginta, vel
triginta paſſuum, ſecundùm diſtin-
ctionem præcedentis quæſtionis, vel
in alio loco, Præſidi nõ ſubiecto; quia
in dictis locis non poteſt exerceri iu-
riſdictio, c. 1. & ibi notant omnes, &
c. cùm Eccleſia, extra de immun. Ec-
cleſ. Ant. de Nigris in c. item ſtatui-
4 mus, quod domus, &c. nu. 10. † Ter-
tiò, niſi timeret de potentia conſan-
guineorum Iudex, nam tunc poteſt
exequi ſententiam in carceribus, vt
5 infra dicemus. † Quartò, quia poteſt
exequi in aliquo loco occulto, nè in-
famentur conſanguinei eius nobiles,
vt dixit Foller. in prax. crim. ver. pœ-
6 nis debitis puniantur. † Quintò, po-
teſt Præſes dare licentiam Miniſtro,
quòd ſi dùm ducit ad ſupplicium reũ,
timet, nè ei auferatur, gladio ipſum
interficiat in itinere: ſed ſine licentia
nõ poſſet Miniſter hoc facere, & fuit
dictũ originale Barthol. de Capua per
tex. in l. ità vulneratus, ver. igitur, ff.
ad l. aquil. quẽ refert, & ſequitur Pa-
ris de ſynd. in ver. appellatio, c. 1. nu.
11. Bal. in l. addictos, nu. 3. C. de Epiſc.
7 Aud. † Sextò fallit vigore poteſtatis
militaris, quæ permittit exequi ſen-
tentias, vbi Præſidi videbitur, per illa
verba, *doue, è quando vi parerà*, & hu-
cuſque in Ciuitate Theatina fuerunt
exequutæ centum viginti ſententiæ
condemnatoriæ ad mortem contra
foraſcitos in ſolo anno.

SVMMARIVM.

1 *Quando, tempus, & adiacentia illius demonſtrat.*

2 *Exempla iſtius Prædicamenti, remiſſiuè.*

De Prædicamento Quando.

1 QVANDO, tempus demonſtrat, & adiacentia temporis, l. aut facta, §. tempus, ff. de pœnis, Bal. in l. voluntatis, C. de fideic. & Menoc. de arbitra.
2 lib. 1. q. 11. nu. 21. † Et exempla temporis ponit idem Menoch. lib. 2. cap. 1. cum ſequen. & idcircò ponam hic tres quæſtiones, reſpiciẽtes tempus.

1 Quando poſſit Præſes procedere ad modum belli, & militari modo.

2 An diebus feriatis.

3 An ſententia capitalis ſtatim exequutioni demandanda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Tempore pugnæ, & perſecutionis poteſt procedi ad modum belli.*

2 *Tempore tentorij poteſt procedi militari modo.*

3 *In iſto iudicio ſeruantur ſolemnitates iuris gentium, & reijciuntur ſolemnitates iuris ciuilis.*

4 *Solemnitates aliæ ſunt ordinatoriæ, aliæ probatoriæ, aliæ deciſoriæ.*

5 *Poſſunt remitti acta ordinatoria, et declarator.*

6 *Poteſtas reijcit ſolemnitates requiſitas in actis probatorijs.*

7 *Solemnitates requiſita in actis deciſorijs reijciuntur.*

PRIMO quæro, quando poſſit Præſes procedere ad modum belli, & militari modo: & pro reſolutione iſtius quæſtionis ponam quinque cõcluſiones: quarum duæ reſpiciunt tẽpus: tres al æ ſolemnitates temporis.
1 † Prima eſt, Præſes poteſt procedere ad modum belli contra foraſcitos tempore pugnæ, ideſt eo tempore, quo eſt in actu perſequendi contra captos in perſecutione, vt probauimus in Prædic. ſubſ. q. 2. & dicemus etiam in 1. ſpec. vbi cadit melius iſta
2 concluſio. † Secunda, Præſes tempore tentorij, non ad modum belli, ſed militari modo procedere debet: & dicitur tempore tentorij, tempus reſidentiæ, & donec nõ eſt in actu perſequendi, vt declarauimus ſupra in Prædic. Vbi, & poſuimus differentias inter iſtos modos procedendi, & dicemus infrà in 2. ſpec. ſed ſi dicta verba, ad modũ belli, & militari modo, &c. intelligantur ciuilitèr, prout diximus, poſſe intelligi eodem in loco, tunc abſque temporum diſtinctione.
3 † Concluſio erit, quòd Præſes poterit procedere ad modum belli, & militari modo omni tempore, obſeruatis ſolemnitatibus iuris gentium, & omiſſis ſolẽnitatibus in ciuilibus, glo. & Dect. in l. fin. C. ſi cõtra ius, vel vtili. pub. Bar. in tract. ad reprimendum, in ver. videbitur, nu. 8. & in l. filiusfamilias, nu. 4. ff. de dona. cum alijs allegatis ſupra in quæſt. 3. ſub Prædic. ſubſ. vbi poſuimus ſolemnitates iuris gentium, & hic ponam ſolemnitates iuris ciuilis, vt ſciamus, an ſit ſimpliciter verum, quòd poſſint omitti in
4 iſto iudicio militari. † Et quia iſtarum ſolemnitatũ aliæ ſunt ordinatorię iudicij, aliæ probatoriæ, & aliæ deciſoriæ, Batt. in l. 2. num. 4. ff. iud. ſol. & in l. 2 num. 12. C. de eden. Abb. Felin & cæteri in cap. cauſam, quæ, de teſtib. & iſta eſt communis diſtinctio, teſte Maran. in ſuo ſpec. in 10. actu iudiciorũ, num. 7. idcircò ſuper ſingulis ponam
5 concluſionẽ. † Tertia concluſio, Præſes vigore iſtius poteſtatis poteſt omittere ordinatoria iudicij, vt ſuprà diximus; & ideò licèt litis conteſtatio ſit de ſubſtantia ordinis iudicij, quia eſt tanquàm lapis angularis, ac fundamentum ipſius, qua deficiente nihil ſupra ædificari poteſt, Bald. in l. 1.

C. de

C.de litis conteſt. Doct.in authen.offeratur, C.eod.cum allegatis per Affli.deciſ.283.num.3.tamen in iſto iudicio non eſt neceſſaria, quia eſt ſolemnitas iuris ciuilis, & iudicium eſt ſummarium, & arbitrarium, Bar.in d. tract. ad reprimen.ver.& figura, num. 10. Aret.in §.in bonæ fidei, nu. 9. Inſtitu.de act. Affli.in d.deciſ. & facit c. Regni Deteſtantes. Item licèt publicatio neceſſaria ſit, parte petente, vt dixit glo.ſingularis in ver. iudicijs, c.fin.de hæret. in 6. cum allegatis per Vant.in tract. nullit. ex defectu proceſ. num. 40. tamen in iſto iudicio non erit neceſſaria, Bald. in l. data opera, num. 16. C.qui accuſa. nõ poſ. Foller.in prax.crim.ver.publicatio, in fin.& ex adductis per Menoch.de arbitr.lib.1.q. 33.iſta videtur communis opinio contra Bart.in dict. ver. & figura, num.4. cui ſatisfacit Menoch. eo.in loco num.5.ſed Amæd.de ſynd. num.145.qui allegat Bald. in l. milites, C.de teſta.milit. & alios, dicit, quòd copia defenſionis danda eſt, & parte petente ità ſeruatur. Item licèt repulſa teſtium, & probatorum concedenda ſit, vt dixit Bart.in tract. ad reprim.in ver.& figura: quia reſpicit defenſionem, quæ iuris naturalis eſt, Clem.ſæpe, in §.non ſic, & ibi glo. de verb.ſignifi. Affli.deciſ.351.num.3.& 9.Menoch.de arbitr.lib.1.q.32. tamẽ in iudicio militari denegari poſſunt, ſecundùm diſtinctionem, quam nunc ſubijciam, ſed alia ratione, quam Doct. afferunt, nam ipſi limitant, vt poſſit denegari repulſa. Primò, ſi petitur per calumniam, vt in caſu deciſ. Affli. Secundò limitãt in cauſis ſummarijs, Abb.& Feli.in c. veniens 2. de teſtib. Capy.deciſ.55.num. 3.& quia iſta limitatio intelligitur in illo iudicio ſummario, quod poſt ſe expectat plenarium, in quo cùm poſſint reparari damna illata in primo iudicio ſummario, nimirum ſi in eo denegatur repulſa, Affli.in d.deciſ.n.4.cum duobus ſequen. Menoch. in dicto caſu, nu.11.vide Aret.in dict. c.veniens, & exemplum erit, quando tractatur de legitimatione perſonæ, vel in iudicio attentatorum, & iudicium militare, licèt ſit ſummarium, tamen non expectat aliud iudicium poſt ſe, ergo nõ poteſt adaptari in iſta limitatione, Tertiò limitant in crimine leſæ Maieſtatis, per doctrinam Bar.in l.famoſi, & in l.in quæſt. ff.de adult. Maran. in ſuo ſpec.in actu 13.num.17. quarè idem dicendum eſſet contra iſtos foraſcitos: qui etiam rebelles, & rei læſæ Maieſtatis ſunt, vt probauimus in q.1.ſub Præd. Qualit. ſed hoc non placet, quia limitatio habet locum in proprio crimine læſæ Maieſtatis, vt ſentit idem Bar.in dd. legibus, & eſt doctrina Bar.in l.ita vulneratus, ver. item nota, quòd verba legis, ff. ad l. Aquil.cum allegatis per Foll. in declarat.Indul.Card.Pacec.col. 6.& ex quo iſti foraſciti principaliter, & de directo non offendunt perſonã Principis, ſed in conſequentiam, cùm renuant ſubijci legibus ipſius, ergo nõ committunt propriè crimen lęſę Maieſtatis, Bald.in l.1.circa fin.C.de priua. carce. & ideò iſta limitatio non probat, & ſic non eſſet deneganda repulſa, per rationes adductas per Doctores in limitationibus prędictis, niſi quando calumnioſè peteretur, mihi autem videtur, quòd rectè diſtingui poſſit, quòd aut defectus, qui opponuntur contra teſtes, & probationes, ſunt defectus iuris ciuilis, vt putà, quòd teſtes ſint infames, criminoſi, & ſimiles, & tunc denegari poteſt repulſa, quia poteſtas iſta tollit iſtas ſolemnitates, & defectus iuris ciuilis, vt diximus ſuprà ſub concluſ. 2. aut verò defectus, qui opponuntur, ſunt defectus iuris gentium, ſeu naturalis rationis, ideſt, quòd d. ius gentium, & naturalis ratio habeat illos pro defectibus, vt erit inimicitia capitalis, defectus rationis: quia eſt furioſus: vel impubes, & tũc denegari non poteſt repulſa: quia poteſtas non tollit ea,

quæ

quæ iuris gentium ſunt, vt ſupra di-
ximus,& iſtam diſtinctionem virtua-
liter ponit.Bar.in l.filiusfamilias,nu.
6.ff.de donat.& meo quidem iudicio
quietat intellectum,& in practica in
iudicio militari conceditur repulſa
in iſto caſu,ſed in eodem termino de-
6 fenſorio.† Quarta, Præſes licèt non
poſſit probationes reijcere,quia iuris
gentium ſunt,Bald.in l.1.in fi. ff. de
euict.Amæd.de ſynd.nu. 14.de com-
muni Vant.in trac.null.ver.de nullit.
ex defect.proceſ.nu.37.tamē ſolem-
nitates iuris ciuilis, quæ requiruntur
in actis probatorijs, reijcere poterit,
vt dicūt dd.DD.& Deci.in conſ. 55.
in fin.col.2.Crauet.conſ. 198.in fin.
Aret.in §.planè,nu.3. Inſtit. de milit.
teſt.& in §.in bonæ fidei, num.9.de
actio.& ideò ſequitur, quòd non te-
netur repetere teſtes, parte citata,
Foller.in terminis in praxi criminal.
ver. & ſi confitebuntur,in 3.part.nu.
41.& 42.& in ver. repetantur teſtes,
in prin.Marſi.in l.1.de quæſt. num. 7.
iuncto n.37.& Deci.in d.conſ. 55. in
fin.dictæ col.2.verſ.poſtremo dicit, ꝙ
licèt teſtes debeant recipi parte cita-
ta,tamen apud illos, qui procedunt
de facto,& veritate inſpecta,probatio
illorū valet, hoc idem tenet Crauet.
cōſi.eo.in fi.item probationibus per-
ſuaſiuis, & minus concludentibus
diſpoſitione iuris poſitiui poterit vi-
gore iſtius poteſtatis Præſes credere;
Bald.in l.ſolam,in fin.C.de teſti. Me-
noch.de arbitr.lib.1.q.25. Item teſtes
infames ſimiliter recipere poterit,
Bart.in d.l.filiusfamilias,nu.6. ff. de
donat.Abb.in c.dilecti filij,nu. 6.de
iud.& hoc etiam permittitur de iure
communi,quia in criminibus excep-
tis,prout eſt crimen latrocinij admit-
tuntur teſtes infames,ſiue ſit infamia
iuris,ſiue facti,Soci.in regu.504.in 1.
limit.Bar.in tra.de teſt. ver. infamis,
nu. 19.& ad prædicta vide Menoch.
eo.in lib.q.27.regulariter verò teſtes
infames infamia facti non admittun-
tur,nec in ciuilibus,nec in criminali-
bus,Soci. in d.regula, de infamibus
iuris clarum eſt,quòd nō poſſunt re-
cipi vllo pacto,l.3.§. lege, ff. de teſti.
Bar.in l.cunctos populos,num.12. &
ibi Bald. C.de ſum.trini.& fide catho.
ſed hic aduertendum eſt ad duo,Pri-
mum,quòd ſi infamia deſcenderet ex
iure gentium,prout eſt ſeruitus, vel
alia ſimilis,tūc vigore poteſtatis non
poſſet recipi teſtis,tali infamia infa-
matus,quia eſt defectus iuris gentiū,
& ità intelligo Bar.in d.l. filiusfami-
lias,nu.6.& ratio eſt illa,quam paulò
antè diximus,quia Præſes non poteſt
reijcere defectus iuris gentium, Se-
cundò aduerte,quòd in illis caſibus,
in quibus infames admittuntur de
iure communi cum tortura, depone-
re debent ſecundùm communē opi-
nionem,de qua teſtatur Clar.in prax.
crimin.q.24.verſ.item infamis, & q.
25.in prin.tamen vigore iſtius pote-
ſtatis,abſquè tortura creditur, quia
tortura eſt ſolemnitas iuris ciuilis, l.
1.& toto tit.ff.de quæſtio.quæ remiſ-
ſa eſt per iſtam poteſtatem: & ità ſer-
uatur in praxi, iuramentum verò te-
ſtium neceſſarium eſt,quia eſt ſolem-
nitas iuris gentium, vt diximus ſub
7 Præd.ſubſt.q.3.† Quinta, ſolemnita-
tes iuris ciuilis neceſſariæ in actis de-
ciſorijs,vt in ſententia, ſunt remiſſæ
per iſtam poteſtatem, per ſupra alle-
gata,& ideò licèt de iure ciuili ſen-
tentia eſſet proferenda in ſcriptis, l.
1.& 2.C. de sēt.ex peri.recitan.tamē
abſquè ſcriptura poteſt proferri in
iudicio militari,vigore liberi arbitrij,
Bart.in tracta.ad reprimendum,verſi.
& figura,n. 21. latè per Menoch. de
Arbitr.lib.1.q.60.qui dicit, iſtam eſſe
veriorem opinionem,item licèt pro-
ferenda ſit in loco ſolito,& hora ſoli-
ta cauſarum,l.5.C.quomo. & quando
Iudex,& cap.conſuluit, de offic.de-
leg.vbi omnes notant,tamen vigore
iſtius arbitrij,quocunque in loco, &
in qualiber hora ſententia proferri
poteſt,Bald.in l.eos,§.ſin autem, in
fin.C.de appell.Maran.de ſent. num.
82.

82. cum allegatis per Menoch. in dict.q.62.& in q.64.eod.lib.& in iſto Tribunali ità ſemper obſeruatum fuit. Et idem dicas de alijs ſolemnitatibus iuris ciuilis, quæ requiruntur in actis deciſorijs, conſtat igitur ex breuiter recitatis, quæ ſolemnitates remiſſæ ſunt per iſtam poteſtatem.

SVMMARIVM.

1 *De iure communi diebus feriatis non poſſunt fieri acta.*

2 *Contra publicos latrones poteſt procedi diebus feriatis.*

3 *Omni tempore bellari poteſt.*

1 SECVNDO quæro, an diebus feriatis in honorem Dei poſſit procedi ad modum belli,& dico,quòd licèt de iure communi non poſſit procedi ad aliquem actum,dictis in diebus,l.fin. C. de ferijs,cap.1.extrà eo.nec exequutio ſententiæ ſanguinis fieri poterit, Boer. deciſ.259.nu.8.quod declarat Guid.
2 Papa q.215.per totam.† Tamen contra exules,publicoſquè latrones modo prædicto procedi poterit, l. Prouinciarum,C.de ferijs,l.3.C.de Epiſc. & Cler.Bald.Alex.& cæteri in l.milites,C.de teſt.milit.Aret.cõſ.92.Bald. in d.l.3.num.3.& in l.fin.C. de exhiben.reis,Barr.in tracta. de carcere, num.12.& in l.filiusfamilias,num. 5. ff.de donat.Iaſon.& Alex.in l. Diuus Traianus,ff.de Ferijs,Boer.in d.deciſ. num.8.cap.Regni,incip.prouiſa iuris ſanctio,& ità obſeruari in Italia teſtatur Brun.in tract.de indi.& tortu. q. 5.2.part.nu.52. & ſeruatur de facto, Marc.deciſ.419.nu.2.quia beati erũt, qui diligunt iuſtitiam,& iuſtitiam faciunt in omni tempore,vt legitur in Pſalmo,& refert Boer.in citato loco.
3 † Ratio autem iſtius limitationis eſt, quia omni tempore bellari poteſt, Ferrer.de antiqui.inſtaura.tit.de iuſt. & iniuſt.bello,nu.54. alias limitationes ponit Maran. in ſuo ſpec. verſ. actorum editio,num.6. quas referre potius eſſet laborioſum, quàm vtile.

SVMMARIVM.

1 *De iure communi executio ſententiæ fit elapſis decem diebus.*

2 *Aliqui voluerunt,quòd ſtatim poſſit fieri executio.*

3 *Vigore poteſtatis ſtatim poteſt fieri.*

4 *In tribus caſibus non fit ſtatim executio.*

1 TERTIO quæro, † An ſententia capitalis ſtatim executioni demandanda ſit, & dico, quòd de iure communi non poteſt demãdari executioni,niſi elapſis decem diebus, Bald.in l.qui vltimo,num.5.ff.de pœnis,cum allegatis ibi in apoſt.in lit.d.Abb.in cap.2.de re iudi.& ita omnes tenent, Felin.in cap.quærenti,num.3. de offi. delega. &in ver. tamen tenenda eſt teſtatur
2 de communi.† Quidam verò voluerunt, quòd ſententia criminalis ſtatim mittenda eſt executioni, glo.in d.c.quærenti,& Moderni ibidẽ,& de hoc facit regulã Diaz in regu. 663. & ponit 22.limitationes remiſſiuè, & Feli.in d.cap.ver.tertiò dicunt,dicit, quòd de conſuetudine totus Mundus obſeruat demandare executioni etiam intrà decem dies, idem Guid. Pap.deciſ.74.in fin.licèt ipſe reſideat cum prima opinione, & eam limitat
3 multis modis.† Quicquid ſit,dico, 9 vigore poteſtatis militaris ſtatim demandatur executioni ſententia, non expectato lapſu decem dierum, nec alijs ſolemnitatibus obſeruatis, vt in illis verbis, *vi ordinamo, che per qualſiuoglia prouiſione,ò inhibitione, &c.* quæ verba cùm denegent appellationem, ſaltim quoad effectum ſuſpenſiuum important, vt ſententia ſtatim exequutioni demandari poſſit,§.aliud,& ibi Ange.in auten. vt ſponſalitia largitas, Felin.in dic.c.quærenti, nu.2. ver.quartò fallit,& ità ſemper obſeruatum fuit, Iaſ.in l.debitoribus,nu.9. ff.de re iudi.& quòd de facto ſeruatur in enormibus delictis, Marc. deciſ.
4 415.num. 2.† Sed in tribus caſibus pra-

practicaui,non demandare executio-
ni ſententiam capitalem ſtatim. Pri-
mò,quando poſt ſententiam conſtitit
mihi de innocentia condemnati,pro-
ut contingit in Ciuitate Licatæ in
perſonam cuiuſdam Maltenſis in Re-
gno Siciliæ, & licèt eſſet præparatus
locus martirij in quodã ſcopulo ma-
ritimo,tamen diſtuli executionem,&
conſului Illuſt.& Excel.Marcum An-
tonium Columnam, tunc Proregem
illius Regni,& dominum meum,& de
innocentia, quæ mihi conſtitit poſt
ſententiam,ipſum certioraui,& pro-
ceſſum tranſmiſi ad illam M. C. quæ
tandèm confirmauit meam ſenten-
tiam:& caſu contingente ità obſer-
uent Commiſſarij, pro quo habent
doctrinam Iaſ.in l.debitoribus,num.
15.in fi.ff.de quæſt. qui allegat alios,
& eſt tex.in l.1.§.fi.ff.de quæſt. cum
alijs allegatis per Carrc.in pract.cri-
min.§.7.fo.mihi 246.nu.52. Secundo
caſu,Si propter iracundiam,ſeù iram,
vel quia expediebat ſic facere,ad ſe-
dandum tumultum publicum,vel ad
terrendum alios in ingreſſu alicuius
Ciuitatis,quem grauius corporalitèr
puniri,quàm ius diſponeret manda-
tum fuiſſet,tunc ſuperſedendum erit
in executione,tex.eſt ſingularis in l.
ſi vindicari,C.de pœnis,qui pingen-
dus eſſet auro,vt dixit *Iaſ.* in d.l.de-
bitoribus,eo.num.Tertio caſu, ſi ex-
pediret Fiſco in executione ſuperſe-
denda propter aliquam cauſam, vt
poſſent fieri confrontationes cum
alijs reis, vel ſi alios correos volue-
rit dare in manibus Curiæ,tunc mit-
tendus erit cautè cum Famulis Cu-
riæ,& ità ego obſeruaui, argumento
eorum,quæ notat Iaſ.eo.in loco, &
Felin.in d.cap.num.6.& nota, quia
poſſunt quotidiè practicari, alios ca-
ſus ponit Carre.§.7.ver.circa itaque
ſecundum per totum.

SVMMARIVM.

1 *Prædicamentum iſtud ſignificat ſtatum.*

De Prædicamento Situs.

1 PRædicamentum iſtud non indi-
get declaratione,cùm de per ſe
clarum ſit,& tàm apud nos, quã
apud Philoſophos ſedere, ſtare, vel
iacere ſignificat, Ariſto.cap.1.de Prę-
dicam.Bald.in l.voluntatis,num.7.C.
de fideicomm. Menoch..de Arbitra.
lib.1.quæſt.11.nu.22. & ideò quętã.

1 An Pręſes debeat circumire Pro-
uincias.
2 An poſſit alios deſtinare ad per-
ſecutionem.
3 An poſſit cogere ſubditos.

SVMMARIVM.

1 *De iure communi non poteſt Iudex cir-
cumire Prouincias,niſi ex cauſa.*
2 *Poteſtas mandat,circumiri Prouincias.*
3 *Negligentia punitur in Præſide.*
4 *Quando dicatur quis negligens, re-
miſſiuè.*

PRIMO quæro,an Præſes ſtare, ſeù
reſidere debeat, vel circumire
Prouincias,& licèt in Prędic.Vbi,
q.1.fuerit dictum,in quo loco reſide-
re debeat,tamen non fuit firmatum,
1 ſi reſidere debeat,vel circumire † Di-
co, quòd de iure communi nullus
Iudex poteſt circumire Prouincias,
etiam contra latrones, niſi ex cauſa
neceſſaria,tex.eſt ad literã in authen.
vt nulli iudi.§ nulli verò, glo.in l.cõ-
gruit,in ver.cõquirat,ff.de offic.Præ-
ſidis,nam licèt in tex.fuiſſet dictum,
quòd Præſes debet conquirere per
Prouincias malos homines, exponit
gloſ. verbum, conquirat, ideſt, con-
quiri faciat, & iſtam concluſionem
firmat Ange.in d.§.nulli, addens per
illum tex quòd procedit,etiam ſi fue-
rit in contrarium conſuetudo loci
longeua, & glo. in ver. malè allegat
multa iura ſuper hoc, & ideò dicebã,
quòd literæ Regiæ menſibus elapſis
Præſidibus Prouinciarum intimatæ,
con-

Digitized by Google

continentes in effectu, ne diſcederēt à loco reſidentiæ, de quibus diximus in dict. q. 1. non erant noui iuris introductiuæ, ſed veteris declaratoriæ, & fuerunt neceſſariæ, quia conſuetudine non obſeruatur ius commune: & nota, quia inueſtigatio iſta vtilis eſt, nam ſi erunt declaratoriæ antiqui iuris, extenduntur ad præterita, ſecus ſi inducerent nouum ius; nam tunc pro futuris, non autem pro præteritis emanatæ eſſent, tex. eſt in authen. de fil. ante dota. inſtrum. §. 1. Abb. in cap. fin. de præſcript. & eſt text. ſingularis in authen. de rap. mul. in fin. ibi, quam interpretationem, non in futuris tantummodo caſibus, verùm in præteritis etiam valere ſancimus, tāquam ſi noſtra lex ab initio cum interpretatione tali promulgata fuiſſet, Iaſ. in l. non dubium, num. 10. C. de legi. de communi Felin. in cap. fin. nu. 4. de conſti. & in nu. 6. declarat, qua-
2 liter hoc procedat. † Sed prędicta omnia de iure communi procedunt, vigore tamen militaris poteſtatis tenetur Prę ſes circumire Prouincias, non ſolùm pro cauſa neceſſaria, ſed pro vtili, & expedienti quoquè, vt in illis verbis poteſtatis (*non ſolo neceſſario, ma eſpediente, & vtile andare diſcorrendo*) in tantum, quòd eſt neceſſitatus, & non poſſet in vno loco ſemper moram trahere, quod probat verbū, debet, ibi poſitum, cuius natura eſt, neceſſitatem importare, quando profertur à Principe in ſubditum, gloſ. & Doct. in l. ſæpè, ff. de offic. Præſid. Marſ. conſ. 51. num. 61, & in conſ. 60.
3 num. 4. Roma. conſ. 350. † Et ſi Pręſides fuerint negligentes in perquirēdo iſtos malefactores, poſſent priuari officio, Bald. in l. congruit, §. furioſo, num. 2. ff. de offic. Præſid. Abb. & Decius in cap. dilecti, nu. 18. de appella. & de hoc fecit regulam Iacob. Nouel. num. 104. Poterunt etiam priuari ſalario, l. iudices, & ibi Bart. notat C. de anno. & tribu. lib. 10. cum allegatis per eundem Iacob. Nouel. in dict. regu. nu. 2. ac etiam criminalitèr puniri poſſent, habito reſpectu ad id, quod eius negligētia ſucceſſit, l. miſſi opinatores, C. de exacto. tribu. lib. 10. facit tex. in cap. dictum 81. diſtinct. Faciunt quoquè litem ſuam, gloſ. & Alex. in l. argētarius, §. fin. ff. de eden. & alias pœnas patiuntur, quas contra negligentes poſuit Luc. de Pen. in l. 2. C. de naufra. lib. 11. Gomeſ. in ſuo Epilo. cap. de triennali q. 28. Et quando quis poſſit dici negligens, vide Anchar. in cap. fœlicis, nu. 8. circa medium, de pęnis in 6. Afflict. in Conſti. Officiales Reipublicæ, §. 1. debet igitur Pręſes circumire Prouincias contra exules, & an alios deſtinare poſſit, & ei ſalaria conſtituere, dicemus in ſequenti quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Præſes non poteſt creare Barricellos.*
2 *Poteſt creare Commiſſarios, & deſtinare Milites contra foraſcitos.*
3 *Militibus deſtinatis ad perſecutionem exulum non poteſt Præſes conſtituere ſalaria de publico, abſque licentia Principis.*
4 *Magiſtratus, qui regunt proprio nomine, poſſunt proprys impenſis creare Barricellum, & Milites.*
5 *An poſſit Præſes ære Fiſci deſtinare Milites contra exules.*
6 *Modica impenſa poteſt fieri per Præſides ex mulctis, & pœnis.*
7 *Præſes poteſt facere certum detentorem pro iſtis mulctis.*

SECVNDO quæro, an Preſes poſſit deſtinare Commiſſarios, & Milites ad perſecutionem iſtorum foraſcitorum, & pro reſolutione iſtius quæſtionis ponam quatuor conclu-
1 ſiones. † Prima, Præſes non poterit creare Barricellum, ſeù Capitaneum Cāpaneæ contra foraſcitos, niſi Princeps tempore expeditionis, vel neceſſitatis conceſſerit, vt eſt tex. in §. is inſuper, ibi aut latronum expulſores,

iunсto §. præced. in authen. vt nulli
iudi. vbi Ange. expreſsè notat, dicens,
nota iſtud principium pro expellen-
dis latronibus, robatoribus viatum.
Poteſtas non poteſt mittere ſuos Of-
ficiales, & ità obſeruatur in Regno
iſto, quia Protex cum certo ſalario
creat iſtos Capiraneos Campaneæ,
hinc pluries dixi, quòd malè faciunt
Barones, qui creant Barricellos Cam-
paneæ in eorum iuriſdictionibus, ſi
non habẽt hoc in priuilegijs; & quòd
poſſent puniri pœna dict. authen. po-
2 ſitæ in §. nequè verò. † Secunda, Præ-
ſes de conſuetudine licèt non poſſit
creare Capitaneum Campaneæ, po-
terit certos Milites, & Commiſſarios
deſtinare contra foraſcitos, & ità in-
telligo Ange. in princ. dict. Authen.
dùm dicit, quòd ille tex. non ſeruatur
de conſuetudine, & quòd totum con-
trarium ſeruatur, nam non intelligit
de Capitaneo Campanea, circa quem
etiam cõſuetudo ſeruat Ius commu-
ne, ſed de alijs, qui extraordinariè, &
ſecundùm occaſiones quotidiè deſti-
3 nantur contra iſtos graſſatores. † Ter-
tia, Militibus deſtinatis per Præſidem
vigore dictæ conſuetudinis non po-
teſt conſtituere ſalaria de publico,
abſque licentia Principis, l. r. C. de
præben. ſal. lib. ro. & ibi notat Luc. de
Pen. cum allegatis per Iaſ. in l. 1. ff. de
juſt. & iur. num. 1 r. qui ponit hoc pro
regula cum quatuor limitationibus.
4 † Sed aduerte, quia hoc non proce-
deret in Magiſtratibus, qui regũt pro-
prio nomine, vt ſunt Marchiones, Co-
mites, & Barones, qui de conſuetudi-
ne deſtinant iſtos Milites, & eis ſala-
ria conſtituunt, non ære vaſallorum,
ſed eorum, & Iſto in caſu, quando nõ
grauant vaſallos ad præſtandum ſala-
ria Militibus, crederem, quòd ſum-
ptibus ipſorum Baronũ poſſent crea-
re etiam Barricellos Campaneæ, &
id, quod diximus in 1. cõcl. procedit,
quando vellent facere impenſis va-
ſallorum, prout fortè de facto faciũt,
& ideò conſultus reſpondidi, quòd
potuit Dux Adriæ in eius Statu crea-
re Commiſſarium contra foraſcitos,
impenſis ipſius, per doctrinam Bar. in
l. omnes populi, in 4. q. p. q. princi. ff.
de iuſti. & iu. quam ad iſtum propoſi-
tum allegat Iaſ. in d. l. 1. num. 1 1. verſ.
quintò limita, & facit cõſi. Alex. 109.
5 col. 2. vol. 1. † Quarta, Præſes non ſo-
lùm vigore poteſtatis ordinariæ, ſed
nec vigore poreſtatis militaris poteſt
ære Fiſci deſtinare milites contra fo-
raſcitos, licèt habeat liberum, & ge-
nerale arbitrium ſibi tributum per di-
ctam poteſtatem, ſed requiritur licẽ-
tia Principis, ità expreſsè notat Bart.
in dict. l. 1. C. de præben. ſal. lib. 10. ſed
ego credo, quòd iſta concluſio non
ſit vera in caſu noſtro: nam ex quo
Præſes vigore poteſtatis habet gene-
rale mandatum ſuper bello mouẽdo
contra foraſcitos, poterit milites de-
ſtinare, & ſalaria eis conſtituere, Bal.
in conſi. 32. par. 5. vbi concludit, quòd
mandatum generale ſuper guerra, ex-
tenditur, vt pecuniam expẽdere poſ-
ſit: quia ſine ea res militares expediri
non poſſunt, §. oportet quoquè vos,
in Authen. vt Iudi. ſine quoquo ſuf-
frag. quod intellige quatuor con-
currentibus: quæ enumerantur in
dict. conſi. probatur quoquè, quia cla-
rum eſt, quòd ſumptibus Fiſci per-
quirẽdi ſunt iſti malefactores, & ideò
eius impenſis conſtitui poſſunt ſala-
ria militibus, prout concludit Iaſ. in
loco præallegato, verſ. quartò limita,
qui allegat alios, & ad doctrinam
Bart. reſponderi poteſt, quòd loqui-
tur in minoribus Magiſtratibus, & nõ
in maioribus, & ideò videmus, quòd
Præfectus prærorio poteſt ſalaria cõ-
ſtituere, dixit Luc. de Pen. in d. l. r. de
præb. ſala. lib. 10. & in l. duos, de ſu-
ſcep. eo. lib. ſed quia hùcuſque hoc
non fuit practicatum per Præſides, &
non eſt bonum litigare cum Fiſco,
cuius burſa naturalitèr recipit, ſed
6 per accidens, & vi dat. † Dicerem, ꝙ
modica impenſa ex mulctis, & paruis
pęnis exactis fieri poſſet per Pręſides,
Bar.

Bar.in l.4.in fin.C.de nauicu. lib. 10. idem Bar.in l.diuus,in fin. ff. de bon. dãna.& in l.pe.C.de modo mulctan. laſ.in citato loco,verſ.Secundò limita,& in ſimili videmus, quòd de iſtis mulctis,& de alijs quoquè pęnis Regius Fiſcus noſter ſemper extrahit aliquid,quod extraordinarium vocat pro fabrica,& reparatione palatij, & pro nuntijs mittendis,& iſte vſus ſũptus eſt ex doctrina Bar.in d.l.pen.& in d.l.diuus,nu.5.facit quoquè, quia Iudex poteſt donare modicè de fiſcalibus,vt dicit Apoſt.ad Bart.in d.l. in litera e.Idem Bar.in l. 3.§. illud in ff. C. de cano.largi.lib. 10. & Bal.in præ-
7 allegato conſ.† Vt prædictas mulctas habere poſſit Præſes,quãdo vult pro ſeruitio Regij Fiſci,deſtinet certum detentorem,ſeù theſaurarium,quia poteſt,vt dicit Bart.in dict.§.illud,cęteris verò exactionibus,& introitibus relictis Magiſtro Cameræ, in cuius manibus ſunt adeò ſecuræ pecuniæ fiſcales,vt nec tenaleis euelli poſſint, & ipſemet Fiſcus dicit loquens de pecunijs exiſtentibus pęnès ipſum Magiſtrum Cameræ, pecuniæ meæ ſunt in Puteo Sancti Patritij.

SVMMARIVM.

1 *An poſſit cogere ſubditos ad capturam foraſcitorũ,recitantur dua opiniones.*
2 *Concordantur opiniones diſtinctione.*
3 *Si Barricellus Campaneæ ſufficit, non poteſt grauare ſubditos.*
4 *Si non ſufficit,debet uti ſuffragio militũ,*
5 *Si auxilium militare non ſufficit,uti pòteſt ſuffragio ſubditorum.*
6 *In actu proſequendi; & ſi foraſciti ſunt in certo loco,poſſunt cogi ſubditi.*
7 *Doctores, & Nobiles non poſſunt cogi ad perſecutionem foraſcitorum, niſi Præſes,vel Auditor exierit.*

1 TERTIO quæro, † An Præſes poſſit cogere ſubditos ad capturam foraſcitorum, & delinquentium, & inuenio duas opiniones:Prima fuit,quòd nõ poſſit,quia ſtipendijs Regijs ſunt huiuſmodi malefici capiendi,nam ideò habet tributa, & Regni redditus, & prouentus,vt Regnum ſeruet abſquè ſubditorum grauamine,& iuſtitiam faciat:hanc opinionem tenet And.de Iſer.in §.nauigia,de ſta. & conſue. & in Conſtitu.Pœnam eorum,in fin.ac in Conſtitu.Si damna clandeſtina, & in Conſti.Iuſtitiarij non per Kalendas,eandem quęſtionem poſuit Luc. de Pen.in l.1.C. nè ruſti. ad vllum obſe.lib.11.& arguit ad partes in nu. 38.cũ ſequen.& in nu.40.in fin.concludit pro iſta opinione, ad quam probandam adducunt primò tex.in d.l.1.item,§.deindè competens, ver. nequè,& verſ.ſequenti,in authen.de man.Princ.vbi executio mãdatorum Principis,quę tangunt publicam vtilitatem,iubetur fieri ſumptu publico, & abſquè incommodo ſubditorum,adducũt quoquè tex.in l.vnica, C.nè oper.à colla.lib. 10. vbi generalitèr diſponitur, quòd Prouinciales non poſſunt cogi ad operarum præbitionem;& gloſ.dicit, nec angariam, nec perangariam, & quòd nec beſtias eorum tenentur commodare, & iſtam opinionem firmat tex. in §. his inſupèr, iunct. verſ. nequè verò angarijs,in auth.vt nulli iudi.vltimò adducitur pragm. 1. de damn. cland. per quam diſponitur, quòd Vniuerſitates, quæ tenentur contribuere Barricello Campaneæ,ſunt releuatæ à cuſtodia territoriorum, ſed quia hodie Regia Curia impoſuit in toto Regno quatuor caballos æneos pro quolibet menſe, & pro quolibet foculari,& talis impoſitio ſoluitur Regio Perceptori pro ſalario Barricelli, ſeù Capitanei de Campanea,& Comitiuæ,ideò ad eos ſpectat perſequi iſtos malefactores, Anto.de Nigris in cap.clandeſtinis,num.14.Alia fuit opinio,quòd poſſit Præſes, & quilibet Officialis cogere ſubditos ad capturam delinquentium,& foraſcitorum,

torum,quam opinionem tenuit Paris de Puteo de ſyndica.ver.familiaris,cap.1.nu.3.Foller. in prax. crimi. verſ.nota.cap.de perſ.num. 10.& ipſi allegant alios. Adducũt pro iſta opinione tex.in l.2.C.de his, qui latro. ibi,omnia ciuilia dirigantur auxilia, & qui omnia dicit,nihil excipit, l.ſi ſeruitus,ff.de ſeruit. vrb. præd. Item ſubditus tenetur domino ſuo vtile auxilium ferre ex debito iuramenti, vt in feudis, de noua forma fidelit. maximè contra rebelles Regis,prout ſunt iſti foraſciti,& pro iſta opinione allegat plura Luc. de Pen. in d.l.r.
2 num.23.cum ſequen. † mihi autem videtur,quòd pro concordia iſtarum opinionum diſtinguẽdi ſint quatuor
3 caſus.Primus eſt.†Quãdo vires Barricelli Campaneæ,& Comitiuę ſufficiunt ad perſecutionem iſtorum foraſcitorũ,prout eſt in aliquibus Prouincijs quietis, & tunc Præſes non poteſt grauare ſubditos ad dictam perſecutionem, nec debet eligere Commiſſarios deuaſtatores populorum,& latronum diſſimulatores,non obſtante qualibet conſuetudine, vt dicit tex.in §.neque verò angarijs,in authen.vt nulli iudic.& iſtum caſum probant fundamenta primæ opinionis,& ratio iſtius caſus eſt clara,quia per ſolutionem quatuor caballorum ſubditi ſunt releuati ab iſto onere per dict.pragm. 1. de damn. clandeſ.
4 Secundus caſus eſt,qnãdo vires Barricelli non ſufficerent,prout nunc in Prouincijs Aprutij, & tunc nec ſubditos cogere poterit Præſes, ſed vti debet ſuffragio militum, qui ſoliti ſunt manere in Prouincijs ad ſtipendia Reipublicæ,ità dicit Luc.de Pen. in d.l. 1.num.40.verſ.nam pro his,allegat tex.in §.ſed etiam pro vbertate:ibi,habebis autem obedientes tibi,& qui in Prouincia ſunt milites,in authen.de man.Princip.ſed meo iudicio iſtum caſum probat tex.in l.2. §.fin autem,C.de his, qui latro.vbi mandatur, quòd ſi ciuile adminiculum non ſufficit contra maleficos,Iudex Prouinciæ à Tribuno, ſeù Primatibus militum, qui in locis ſunt auxilium poſtulet, & Prorex,nè vexarentur ſubditi deſtinauit quatuor Societates militum Hiſpanorum ad perſecutionem foraſcitorũ Prouinciarum Aprutij, & expreſsè mandauit Præſidi,nè ſubditos grauaret, & militibus non ſuffragatur, quòd eorum eſt bellare,& Birruariorum perſequi foraſcitos, quia ad tollendum hoc ipſemet Princeps induxit bellũ publicum per iſtam poteſtatem contra eoſdem: quorum perſecutores bellare dicuntur, ſicuti ſi bellarent contra infideles,& rebelles Maieſtatis, & licitè fuit motum bellum ad perquirendos iſtos latrones latitantes,vt 1.Regum cap. 24. vbi Saul aſſumens tria millia electorum virorũ ex omni Iſrael, perrexit ad inueſtigandum Dauid,& in cap.23. præcepit omni populo, vt ad pugnam deſcenderet in cellam, & obſiderent Dauid,& Viros eius,faciunt allegata
5 infra in 1.& 2.Speci.† Tertius caſus eſt,ſi adminiculum ciuile, & auxiliũ militare non ſufficient, prout fuit in Prouincijs Calabriæ annis præteritis,tunc poterit vti Præſes ſuffragio ſubditorum, & ratio eſt, quia redditus,qui Regi dantur, vt pacatam teneat Prouinciam, non ſufficiunt, & de ſuo reſarcire non tenetur, quarè vel populi dare debent ſufficientem militiam ad perſecutionem malefactorum,vel ipſi auxilium præſtare, iſtum caſum probo per c.14. Zachariæ,ibi congregabo omnes gentes ad Hieruſalem in prædium, & Iudicum cap.15.miſit Ozias nuntios per omnes Ciuitates, & Regiones Iſrael, omnis itàque Regio,omniſque Vrbs electam iuuentutem miſit armatam poſt eos,& pro hoc adducitur, quòd quãdo neceſſitas imminet, ab angarijs,& perangarijs nullus excuſatur, quantouis priuilegio munitus ſit, l. nullus, C.de cur.publi.lib. 12. Luc.

de

de Pen.in d.l.1.nu. 32. & etiam exē-pti poſſunt cogi, vt per multa dixit
6 Petr.Girar.ſingu.100.nu.15.† Quartus caſus eſt, quando Familia Curiæ eſt in actu perſequendi, vel in certo loco habet foraſcitos, & non habent tunc Familiam ſufficiētem, nec tempus ad conuocandū auxilium à Pręſide, & poterit conuocare auxilium ſubditorum, & ità procedunt allega-
7 ta in 2.opinione.† Sed hic aduerte, quòd non poſſet cogere Nobiles, & Doctores, niſi quādo propria perſona Præſidis, aut Auditoris exiret, vt dixit Cara.de exul.pragm. 4. nu. 34. & ità obſeruatur, & reſiſtēs iſtis ſubditis, donec ſunt cum Familia Curiæ, punitur, ac ſi dictis Familijs reſiſteret, Par. & Foller.in locis prææallegatis. Prorex mandauit Comiti Vgēti, vt faceret nouam militiam in Prouincia Aprutij Fratrum Iuratorum ad perſecutionem foraſcitorum, vt in Cur.pr.Aprut.fol. 196.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitur Habitus.*
2 *Habitus triplex.*

De Prædicamento Habitus.

1 DESCRIBITVR à Doctoribus, & Philoſophis.† Habitus eſt corporum, & eorum, quæ circa corpus ſunt adiacentia, Gilber.in lib.de ſex prędic.in proprio cap. Menoch.de Arbitr. lib. 1.q.11.num.23.Bald.in l.voluntatis,
2 nu.7.C.de fideicomm. † Et licèt triplex ſit Habitus, profeſſionis, conuerſionis, & probationis, gloſ.in ver. apparuerint, cap.1.27.q.1. notat Archid.in cap.ſtatutum, de regu. iu.lib. 6.ſub iſta verò quęſtione ponam Habitum, & requiſita in bono Præſide, vt iuſtus dicatur, & ideò quæram.

1 De habitu, & qualitate Præſidis.
2 An poſſint ſubditi hoſpitijs grauari.
3 An poſſit aliquid doni ab Officialibus accipi.

SVMMARIVM.

1 *Decem & ſeptem requiruntur in bono Præſide, & ponuntur, remiſſiuè.*
2 *Enumerantur alia decem & ſeptem.*

1 PRIMO quæro, de Habitu Præſidis in iuſtitia miniſtranda, ideſt quibus dotibus habituatus eſſe debeat, vt iuſtus dicatur, & inuenire omnia requiſita in bono Præſide eſſet potius laborioſum, quàm vtile, volui tamen hæc pauca trāſcribere, quæ magis neceſſaria Præſidi mihi eſſe videntur, & licèt Affli. in Conſti.Vt vniuerſis nu.48.enumeret 17.requiſita, vt bonus Conſiliarius dicatur, tamen prędictis addi poſſunt
2 totidem alia. † Primum eſt, nè quid faciat Præſes præter ius, & ęquum, nam Dominus retribuit vnicuique ſecundùm inſtitiam ſuā, Ecce Aman ſuſpenſus in eodem patibulo, quod procurauerat Mardocheo 1.Reg.30. & Eſdr.7.& 8. quarè non poterit vigore liberi arbitrij abſoluere condēnandum, vel condemnare abſoluendum, Amæd.de ſyndi.nu.145.Secundum, cunctis ſit benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus ſit, ad iram tardus, ad miſericordiam pronus, in aduerſis firmus, in proſperis cautus, & humilis, Senec.de formu.vitæ, c. de continenr. facit tex.in l. obſeruandum, ff.de offic.Præſi.Tertium, careat animi paſſionibus, vt nec prece, aut pretio, odio, vel amore moueatur, quia iſtis quatuor modis peruertitur iudicium c.quatuor 11.q.3.Quartum, talem ſe præbeat omnibus publicè, & priuatim, vt terribilis ſit delinquentibus, manſuetiſſimus autem, & mitis placidis, & paternam eis exhibeat prouidentiam, §.talem verò, in authen.de man.Princip.Quintum, maleficia puniat, & inueſtiget, & inulta non deſinat pertranſire, vt quos timor Dei à peccato non reuocat, ſaltim coerceat ſeueritas, c.cùm in cunctis, extrà de elect.

elect.& Officiales diſſimulantes punire malefactores, grauitèr puniuntur, Bart. in leg. 1. C. de deſerto. & in l. fin. C. de publ. læti. lib. 12. Sextum, altiora te nè quæſieris, & fortiora te nè ſcrutatus fueris, nec maiora viribus ſuſcipias, nam niti ad id, ad quod perueniri non poteſt, dementiſſimi animi eſt, & ideò Dominus Goliam proſtrauit, Aman ſuſpendit, & Gigãtes percuſſit, Eccleſiaſt. 3. Bernar. de 12. gradibus. Septimum, nihil agat Præſes ſine conſilio, quia iſtud eſt examinandarum, gubernandarũquè cauſarum ſubtilis animi proſpectus. Ioas Rex Iuda, tãmdiù fuit bonus, quàmdiù acquieuit conſilijs Ioiudæ Pontificis, quo mortuo factus fuit peſſimus. Holofernus contemnens conſilium Achioris, fuit occiſus; & eius Exercitus cum damno, & confuſione fugatus. Pilatus recuſans acquieſcere bono conſilio vxoris, magis timens Cęſarem offendere, quàm iuſtum ſanguinem condemnare, in Inferno languet, & ſingulis ſingulas reddendo authoritates probantur per Ariſto. in Epiſto. ad Alexan. 2. & 3. Reth. 4. Reg. 12. Iud. 6. Matth. 27. & an hoc ſit neceſſarium ſimplicitèr, dicemus in ſpecialibus. Octauum, Conſiliarium aſſumat Virum optimum, purum vndiquè, & contentum his, quæ à Fiſco ſibi dantur, §. fęſtinabis, in authen. de man. Princi. vbi amplius dicitur, & ſi quid præter ſpem acceſſerit, & non inueneris eum cuſtodientem tibi fidem iuſtam, illum quidẽ expellas, alio verò veteris Conſiliario, legem, & iuſtitiam cum putis ſeruante manibus. Nonum, nimiam familiaritatem non contrahat cum ſubditis, ex æquali enim conuerſatione contemptio dignitatis naſcitur, l. obſeruandum, ff. de offic. Præſi. Decimum, aduerſus eos, quos malos putat non excandeſcat, ſeu fortiter acclamet, nec precibus calamitoſorũ illachrimari oportet, id enim non eſt conſtantis, & recti Iudicis, cuius animi motum vultus derigit, vt in ea l. obſeruandum. Vndecimum, in iudicijs, & iudicando non ſit perſonarum acceptor, Deuter. c. 1. & 16. Matth. 22. Luc. 20. & ad Ro. cap. 2. ità magnũ iudicabis, vt paruum, ſiuè ciuis ille fuerit, ſiue peregrinus: quæ repetita ſunt in c. nouit, de iudi. & in cap. in iudicijs, de reg. iur. in 6. Duodecimũ, ſemper oculos habeat ad famulos, & domeſticos eius, quia iſti nil aliud cogitant, quàm aliquid extorquere à Prouincialibus, nec permittat, eos nimiam familiaritatem habere cũ ſubditis, quibus, vt plurimùm amore, vel pecunia, domus, cauſarumque ſecreta pandunt, & pro iſtis prauis famulis Præſes tenetur, l. 1. in princ. & §. famulo, ff. de publi. l. 1. §. ait Prætor, ff. de vi, & vi arma. quod intellige, & declara, vt per Felin in c. Petrus, nu. 8. de homicid. Decimũ tertium, aduertat ad Curiales, Procuratores, & Aduocatos, quorum (de malis loquor) officiũ eſt, cauſas dilatare, & ad Præſidem ſpectat illas dirimere, §. ſit tibi, in authen. de man. Princi. l. properandum, §. 1. C. de iudi. Quartum decimum, Actuarios, & Scribas non permittat exigere vltrà pandectam M. C. V. & aduertat pro ſubleuaminibus ſubditorum, vt in pragm. 6. verſ. item, quòd in ſolutionibus, de offic. Iuſti. quia manus eorum pecunijs, & extorſionibus replentur, & quia non inueni Scribam, qui non fuerit Phariſæus, non poſſum ipſos pati, nec ſilere, ſicut etiam dixit Cara. in tit. 13. & vtinàm ſalariarentur de publico, vel impenſis Fiſci, vel Vniuerſitatũ, quia tollerentur ineuitabiles eorum extorſiones, Quintum decimum, ſub quo plura comprehẽdi poſſunt, Prudens primùm conſulat, quid ſit agendum, & quomodò, deindè de his, quę per conſilium ſunt inuenta iudicet, an expedientia ſint, & ſi fuerint plura, quod eorum expedientius ſit, & commodius, vltimo loco præcipit ea, quæ conſilio inuenta, & recta iudica-

ta

ta ſunt, accommodatquè ad opus. Se,
nec. in libel. de opti. Ciu. Sextum de-
cimum, Tyranniam euellat à Prouin-
cijs, qua quidem Barones, & Princi-
paliores Ciues illarum adeò ſubdi-
tos cruciant, & affligunt, magis fauē-
do prauis lenonibus, & ſcurris, quàm
bonis, & deuotis ciuibus, vt ipſe plu-
ries audiui, potiùs ipſis expediret
ſeruire in tritemibus, quàm viuere
ſub regimine eorum. Et remedium
erit, monitionibus, & literis priuatis
monere ipſos ad quietè viuendum,
prout faciebat Excell. MAR. ANT.
Colu. in Regno Siciliæ, & dixit Iaſ. in
authen. qui rē, col 2. C. de Sacroſan.
Eccleſ. de communi Boſſ. in tit. de
Princi. nu. 55. vbi ponit materiam ty-
rāniæ, ſuper qua facit tract. Bar. Sep-
timum decimum, & vltimum, ſum-
matim ità ius reddat, vt pacata Pro-
uincia ſit, l. congruit, ff. de offi. Præſid.
& authoritatem dignitatis ingenio
augeat, l. obſeruandum, ff. eod.

S V M M A R I V M.

1 *Non poſſunt ſubditi grauari, nec hoſpi-
tijs, nec alimonijs.*
2 *Ampliatur quinque modis.*
3 *Limitatur etiam quinque modis.*
4 *Enumerantur perſonæ, quæ non tenen-
tur hoſpitari.*

SECVNDO quæro, an Præſes, &
Milites perſequendo foraſcitos,
vel eundo per Prouinciam poſ-
ſint ſubditos grauare hoſpitijs, & ali-
1 monijs. † Et concluſio eſt, quòd non,
de hoſpitijs eſt tex. in l. obſeruare, ff.
de offic. præſi. vbi Bald. notat, quòd
quando Baricelli vadunt per Comi-
tatum cauſa purgandi ipſum malis
hominibus, non debent compellere
ſubditos, quòd hoſpitentur, ſed ho-
ſpitari in tabernis, & hoſpitijs publi-
cis, hoc idem dicit Par. de Synd. in
ver. expenſæ, cap. 1. num. 5. Anto. de
Nigris in cap. grauamina, num. 67. &
de alimonijs eſt tex. in §. illud, in
auth. de man. Princi. & in l. 2. C. de
luc. aduo. lib. 12. & ibi Luc. de Pen.
quia ideò ſalatiantur de publico, vt
expenſis proprijs alantur, & hoſpi-
tentur, §. ſi verò aliqua neceſſitas, in
2 authen. vt nulli iud. † Amplia iſtam
concluſionem, vt procedat, etiam, q
conſuetudo loci longæua contrariū
firmauerit, vt notat Ange. per illum
tex. in §. nulli iudicant, authen. de
man. Princi. quia conſuetudo, quæ
grauamen inducit, eſt inpræſcriptibi-
lis, c. 1. extrà de conſuet. & in termi-
nis hoc firmat Luc. de Pen. in l. 1. nu.
9. C. nè ruſtica. lib. 11. Secūdò amplia,
etiam, vt nec habitatores loci poſſint
illos hoſpitari, & ſi ſecus fecerint, pu-
niuntur, vt in §. nequè verò angarijs
in d. authen. Tertiò amplia, vt non te-
neantur ſubditi particulares vende-
re vtenſilia, & comeſtibilia, quando
Vniuerſitas tenet conſuetum forum,
in quo poſſunt emi, Caſſa. in Cōſuet.
Burg. rub. prima, §. 4. num. 8. Quartò
amplia, vt nec poſſint moleſtari ad
dandum eorum animalia de vna Ter-
ra ad aliam, ſed ſalario mediante de-
bent ab illis petere, qui ſunt ſoliti lo-
care, l. pen. C. de curſ. pub. lib. 12. vbi
Luc. de Pen. Anto. de Nigris in dict.
cap. grauamina, num. 84. & eſt tex. §.
illud tamen, in authen. de mād. Princ.
Vltimò amplia, vt nō poſſint iſti ſub-
diti grauari aliquo ex 66 enumeratis
3 per Ant. de Nigris in dict. cap. † Li-
mita modò iſtam concluſionem. Pri-
mò, vt non procedat in Principe trā-
ſiente per loca ſubiecta, ſiuè mediatè,
ſiuè immediatè; nam ipſi hoſpitia, &
alimonia debentur gratis, l. 2. C. de
meta. & epidem. lib. 12. Bald. in d. l.
obſeruare, Caſſa. in d. §. 4. num. 8. Ant.
de Nigris in dict. cap. grauamina, nu.
68. & non ſolùm tenentur ad hoc, ſed
ad multa alia, enumerata per Affli. in
deciſ. 265. & 307. & per Iacobi. in
tract. de feud. in tit. de homa. nu. 26.
Secundò limita, vt non procedat,
quando non adſunt hoſpitia publi-
ca, nec tabernæ, nam tunc tenentur
ad

ad hoſpitandum,& ad alendum,ſala-
rio mediante , vt per Doct.ſupradi-
ctos,& de domo fiunt tres partes,dnę
dantur domino,& alia hoſpiti,l.2.C.
de metat.lib.12.Caſſa.in loco pręal-
lega.niſi fuerit perſona illuſtris,nam
tunc debet habere medietatem do-
mus,vt in d.l.2.& gloſ.in l.3.§.eos,ff.
de mune.& hono. Tertiò limita , vt
non procedat in illis,qui ſunt graua-
ti perſequi malefactores,& de publi-
co nō ſunt ſalariati,quibus hoſpitia ,
& alimenta debentur,per ea,quæ di-
ximus in Præd. præced.q. 2. Quartò
limita grauamina per prag.3. & 4.de
milit.in q̄bus diſponitur, quòd Vni-
uerſitates ſunt obligatæ dare quædā
ibi expreſſa , & eorum aliqua gratis.
Quinrò limita , vt non procedat ho-
die de conſuetudine,nam iſti Milites,
& Commiſſarij non ſolùm ſtantiam ,
paleam,& lectum gratis extorquent,
ſed alimonia pro ipſis,& equis,& diù
quærens,ſi conſuetudo iſta poſſit fū-
dari in iure,tandèm inueni Barth.de
Capua in cap.ad audientiam, qni te-
net, quòd quando Officiales vadunt
per diſtrictum,exercendo iuriſdictio-
nem , poſſunt recipere alimonia pro
ſe,& eqnis,ſine pretio,allegat.l.2.C.
de lucr. aduocat. lib. 12.& Alberi.de
Roſa.in l.obſeruare , ff.de offic. pro-
conſu.& lega.quod nota , & de hoc
non contenti recaptant patronos,tē-
tant violare mulieres, & tot , & alia
committunt , qnæ incomportabilia
ſunt , & pluries ipſe audiui ab Vni-
uerſitatibus , & Primatibus Pronin-
ciarum, quòd expediret Populis po-
tiùs vexari à latronibus,quàm ab iſtis
birruarijs,nam illi ſaltim non ità cō-
tinuè grauant,nec tentāt pudicitiam
mulierum, ſed noſtri Milites, & Cō-
miſſarii hæc, & peiora faciunt , & ſi
precibns,minis,& percuſsionibus nō
poſſunt aliquid extorquere , exami-
nant eorum ſocios ſuper reſiſtentia
ipſis facta per pàtronos , & ſæpè ſæ-
piùs ſuper receptatione, armatione
per Campaneam , & alijs delictis , &
Deus ſcit, ſi multi innocentes vigore
dictorum teſtium fuerunt ſuſpenſi, &
quia video populos tumultuantes,&
inobedientes propter iſtas violentias,
& hoc anno in Prouincijs Aprutij
tumultuarunt Terræ Collis, Macina-
rum,Circulorum, Roccæ, Medij, Ci-
uitatis Realis,& aliæ , & in tumultis
fuerunt patrata nonnulla homicidia,
& cæteri Populi dicunt,Domine Do-
mine vim patimur,reſponde pro no-
bis:ideò rogo Excel.Proregem, eiuſ-
que Collaterale Conſilium , vt reno-
uent ſantiſſimam pragm.Regis noſtri
Philippi , & tollant omninò occaſio-
nem iſtis Miniſtris recaptandi , com-
ponendi,& vexandi fideles ſubditos
ſuæ Maieſtatis, ac tollant abuſum il-
lum dandi, & ſtantias, paleam, & le-
ctum:quibus vel vti viatores non in-
digent: vel ea ſibi procurare poſſunt
ſtipendijs proprijs : quæ ſi non ſuffi-
ciunt ſuper impoſitione quatuor ca-
ballorum,addant alios , nè Populi,&
ſubditi dicant,quod ſupra dixi,& hoc
non eſſet nonum, nam ità obſernatur
in Regno Siciliæ, vbi per quinquen-
nium exercui officium Armotum Ca-
pitanei,& nunquàm mei milites , nec
aliorum grauarunt ſubditos hoſpitijs,
ſeù alimonijs,aut alijs modis, ſed du-
rante iſto abuſu non tenentur hoſpi-
4 tari infraſcriptæ p̱ſonæ. † Primò Do-
ctores,gloſ.in l. 3.C.de muner. patri-
mo.lib.10.l.medicos, C.de profeſſor.
& medi.lib.10.etiam à muneribus pa-
trimonialibus,gloſ.in d.l.ſiuè actu le-
gant,ſiuè non , dummodò vacent ad-
uocationi:Natta conſil.1.65.66. Iſer-
nia in feud.Tit. de ſtatut. & conſuet.
verſ.litem,num. 14. Par.de ſynd. in
ver.Doct.cap. r.nu.a.Anto.de Nigris
in cap.item ſtatuimus , quòd domus,
num.9.Secundò Prælati, Religioſi, &
Eccleſiaſticæ perſonæ,vt in d. cap. itē
ſtatuimus , vbi Luc. de Pen.adducit
Cotes,ordinarij Iudices,cunctos, vbi
gloſ.not.C.de metat.lib.12.& Luc.de
Pen.in loco pręalleg.Philoſophi,Me-
dici,Grammatici, & Profeſſores alia-

rum

rum literarum,eorumquè filij,& vxores,l.Medicos, C.de profeſſo. & Medic.lib.10.vbi gloſ.declarat in artibus liberalibus,non mechanicis, Ergaſteria ſunt exempta ab hoſpitijs, l.2.C. de metat.lib.12.& ibi Luc.de Pen.declarat,Domus iuſtitiæ,vbi cauſæ ventilantur,& Palatia Communitatum, vbi fiunt parlamenta ſimiliter ſunt exempta,Luc.de Pen.per illam l. in l.3.C.eo.tit. Fabricenſes quoquè ſunt immunes,l.4.C.eo.tit.Ruſtici,ſeù alij, qui habitant in rure, prædijſquè publicis,vel priuatis, non tenentur hoſpitari eodem in loco,& de facto poſſunt expellere milites,l.deuotum, C. eo. tit.Synagoga Iudæorum,l.3.C.de Iudæis,Luc.de Pen.in l.decem, in d. tit.de metat.Decuriones Ciuitatum, l.3.de ſilenti.lib.12.Luc.de Pen.in d. l.decem, in quorum loco hodiè ſucceſſerunt Conſiliarij,Maſſarij, Anziani,& illi,ad quos ſpectat regimen Ciuitatis,qui varijs nominibus nuncupantur,prout declarat Lancellot. in ſuo prætorio breuiario,lib.1.cap.10. de Decurio. Silentiarij Principis, vt in d.l.3 & dicuntur Silentiarij Conſiliarij ipſius Principis, vt in d.l. 3. & glo.rub.eiuſdem tit.et multi alij non tenentur hoſpitari;quos breuitati cõſulens omitto:de quibus in l.fin.§. fi. ff.de mun.et hono et in dict.l.3.generalitèr tempore,quo foraſciti ſunt in certo loco,vel certum eſt,eos graſſari per loca conuicinia,Vniuerſitates nõ debent hoſpitari milites, ſed eis in Campanea alimenta mittãt,alioquin receptantes puniuntur,l.1.C.de commeat.lib.12.& Gubernatores, Auditores Prouinciarum, alijque Officiales,& Commiſſarij in trãſitu per Prouincias debent hoſpitari in domo Regis,& non priuati,& ſi non adeſt,in domo Cõmunitatis, aut in Monaſterijs,Amanel.de Clar.aquis ſingu.259.

S V M M A R I V M.

1 An Officiales poſſint aliquid doni accipere.
2 Enumerãtur decẽ iura circa iſtã q̃ſtionem.

1 TERTIO quæro † An Præſes, & alij Officiales poſſint aliquid doni accipere à ſubditis, & varietas iurium ſuper iſtis donis cauſauit confuſionem, &
2 excuſationem ignorantibus.† Primũ fuit ius ff.per Vlpian.recitatum in l. ſolet,ff.de offic.Proconſ.vbi dicitur, non verò in totum Xenijs abſtinere debebit Proconſul,ſed modum adijcere,vt nequè moroſè in totum abſtineat,neque auarè modum Xeniorum excedat,& in §.fin.d.l.ſubdit rationem,nam valdè inhumanum eſt,à nemine accipere,ſed paſſim,viliſſimũ eſt,& omnia auariſſimum:& iſto iure non eſt expreſſa quantitas Xeniorũ, Secũdum ius fuit plebiſcitum, quod exculentum, & poculentum permittit,quod infra dies proximos prodigatur,l.plebiſcito,ff. de offic. Præſid. & iſtud ius non exprimit numerum dierum.Tertium ius fuit l.Iulia repetun.quæ permittebat,poſſe recipi ab omnibus proximioribus cognatis in infinitum,dummodò non ratione officij,quia ratio ſanguinis tollit ſuſpitionem,ab alijs verò extraneis licitum erat accipere inter omnes, vſq; ad centum aureos per annos, & non ratione officij,l.1. in fin. iuncta gloſ. ff.ad l.Iul.repetun.Quartum ius fuit ius C. quo iure omninò prohibetur receptio Xeniorum, l.vnica, circa princ.cum gloſ.C. de ratiocin. oper. publi. Quintum fuit ius authen. quo iure diſtinguebatur, quòd ſi Officialis erat ſalariatus de publico,nihil accipere poſſet,nec eſculenta, nec poculenta,nec Xeniola,glo. in d.l. Plebiſcito,Sebaſt.de Neap. in cap. Reg. hac edictali,& eſt tex.in §.cogitatio, & in §.ſic igitur,in authen.vt iud.ſine quo.ſuff.§. oportet in auth. de man. Princ.Si verò non habent ſalarium à publico,poſſunt recipere quantum eis ſufficit ad mediocrem gubernationem,etiam à litigantibus, & ſi nihil habent,gratis iudicare debent, vt in dicto §.ſic igitur,& in §.ut tibi, eo.

tit.de man.Princ.Sextũ eſt ius Conſt. Reg.quo iure ſimilitèr diſtinguitur, aut à litigantibus, aut ab extraneis: Primo caſu non eſt licitum accipere, nec exculentum,nec poculentum, vt in Conſt.Apud iuſtitiarios,& Afflict. ibi expreſsè notat in 4.nota.Secundo caſu poſſunt accipi exculenta,& poculenta,dummodò infrà biduum cõſumi poſſint,& ſemel in anno,vt in Conſt.Capitaneorum, §. prædictis. Septimum eſt ius Capit.Reg.quo iure prohibetur,exculenta,& poculenta recipi ab Vniuerſitate,ab alijs verò non denegatur illudmet,quod ius commune permittit, vt in cap. item, quòd Iuſtitiarij,& ibi notat Anto. de Nigris num.7.Octauum eſt Ritus M. C.incip.Itèm,quòd Iudices ipſarum Curiarum,mihi num. 14. quo iure permittitur trigeſima cauſarum, & aliquid pro teſtium examinatione, ſed Carau.dicit ibi,quòd ille Rit. nõ obſeruatur. Nonum eſt ius pragm. Reg.quo iure ab Vniuerſitatibus nõ poteſt recipi,niſi poculentum, & exculentum,quod in paucis diebus poſſit conſumi,vt in pragm. 1. eo. tit.licèt per prius fuiſſet diſpoſitum,quòd Officiales nihil reciperent vltrà prouiſiones taxatas, vt in pragm.1.de muner.offic. & à litigantibus non eſt licitum aliquid accipere,ſiuè magni, ſiuè parui valoris ſit,vt in prag.2.eo. tit.& in ingreſſu officij ab Vniuerſitatibus nihil accipi poteſt,vt in prag. 3.quibus pragmaticis prohibetur directè,ſiuè indirectè, & nec Officialibus licet,nec eius Familiæ, & ſi vltrà permiſſa acceperint, pœnis contẽtis in dd.iuribus puniuntur; & amplius de corruptela tenentur,cuius pęnam latè proſequitur Menoch. de arbitr. lib.2.caſ.342.adeſt quoquè nouella pragm.quę quædam munuſcula,& in certis caſibus permittit poſſe recipi ab Officialibus,vt latius in ea. Decimum eſt ius perfectionis, quo iure diſponitur,qui excutit manum ſuam ab omni munere,iſte in excelſis habitabit,c.qui rectè,in fin.11.q.3. & qui munera ſuper innocentem non accepit, habitabit in tabernaculo Domini:vt in pſal.14.& Iob contra iſtos loquens dixit in cap.15. ignis quippè deuorabit tabernacula eorum, qui munera libentèr accipiunt, vade ergo, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum;quia ſic Deo placebis, Eccleſ. cap.9.& ſi eſculenta, & poculenta accipienda eſſent,à quo ſecurius, q̃ ab eo,cui tuam mutuaſti pecuniam: & nihilominùs accipere vſura eſt, vt dixit Luc.de Pen.in l.in ſacris 2. nu. 30.C.de proxi.ſac.ſcrin. qui etiam dicit,quòd iſta enxenia, & dona excęcant oculos Iudicum;quaſi mutus in ore auertit corruptiones eorum, & iſtud ius ſemper mihi commodius viſum fuit, quia negari non poteſt, quin recipiens non obligetur antidoralitèr:quæ etſi nullam habet efficaciam,nec in agendo, nec in excipiendo,l.ſed ſi,§.conſuluit, ff.de petit.hæred. tamen aliquos parit effectus,& 18.enumerat Iaſ.in l. ſi non ſortem, §.libertus,ff.de cond.indeb. nec dicant Officiales, quòd abſque iſtis muneribus non poſſent viuere, & quòd ſi mundi erunt,creſcet mortalis egeſtas; nam ipſis reſpõdet Dauid pſal.4.ſacrificate ſacrificium iuſtitiæ,& ſperate in Domino,& reſpõdet illis,qui dicunt, quis dabit nobis bona, ſi erimus incorruptibiles, dicens,multi dicunt, qui oſtendit nobis bona? Signatũ eſt ſuper nos lumen Domini, Si igitur Iudices ſunt de ſignatis Domini,quarè dubitant? iuſtè iudicent, & liberent pauperem à potente, quia hæc omnia adijcientur ſibi, dominabitur à mare, vſquè ad mare, & à flumine, vſque ad terminos Orbis terrarum, dabitur ei de auro Arabiæ, & omnes gentes magnificabunt eum,vt in pſal.21.& nũquàm vidi iuſtum derelictum,nec ſemen eius quærens panem, impios plures vidi ſuperexaltatos, & paulò

poſt

Digitized by Google

poſt redij, & non eſt inuentus locus eorum: melius enim eſt modicum iuſto ſuper delitias peccatorũ multas, non confundetur in tempore malo,& in diebus famis ſaturabitur, expecta ergo Dominum, & cuſtodi viam eius, & exaltabit te, vt hæreditate capias terram: hæc et alia iuſtis Iudicibus promittit Deus in Pſalmo 35.etſi *Deus* dixit, Deuter.c.*16*.in fin.non accipies perſonam, nec munera,quia munera excœcant oculos ſapientum,et mutant verba iſtorum, cur tranſgredimini mandatum *Dei* propter traditiones noſtras?

SVMMARIVM.

1 *Qualitèr hìc accipiatur actio.*

2 *Qui vtitur aliqua poteſtate, agere dicitur.*

De Prædicamento Agere.

1 ACTIONEM non accipio hic
pro ea, quæ deſcendit ex
obligatione, de qua in toto
tit. Inſtit. de actio. ſed pro
forma,ſecundùm quam in id, quod
ſubijcitur,agere dicimur,vt dixit Gilber. in lib. de ſex principijs, c. proprio, & Menoch. de arbitr.lib. 1. q.
2 11.num. 17.qui affert exempla. † Et
quia vtens aliqua poteſtate,agere dicitur,l.inter cohęredes,§.quod ex facto,in verb.agat, iuncta glo. ff.famil. erciſ.ideò quæram.

1 Cui ſit cõceſſa poteſtas militaris.

2 An ſit delegabilis.

3 Qui poſſint delegari.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas militaris conceſſa eſt Præſidibus Prouinciarum.*

2 *Poteſtas iſta tranſit ad ſucceſſores Præſides.*

3 *Mens Principis colligitur ex progmio.*

4 *Declaratur verbum,exceſſus, & verbum,inconueniens.*

5 *Ratio conceſſionis poteſtatis fuit triplex,quæ colligitur ex progmio.*

PRIMO quæro,cui ſit conceſſa poteſtas militaris,& quarè,& pro faciliori intelligentia quæſtionis
1 procedam per concluſiones.† Prima
eſt.Poteſtas militaris cõceſſa eſt Pręſidibus Prouinciarum,vt in illis verbis poteſtatis *(comandamo tanto à voi al preſente Gouernatore,&c.)* & ratio eſt, quia ad ipſos principalitèr ſpectat,vt pacata, atquè quieta Prouincia ſit,l.congruit,ff.de offic. Præſid.& l.3.in fin.ff. eo. & quia de iſtis Præſidibus multum confidit lex, l.1. ver.credidit,ff.de offic.Præfect. prætor.credidit enim Princeps,dicit tex. eos, qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur,non alitèr iudicaturos eſſe pro ſapientia,& luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret iudicaturus, & ideò cura totius Prouinciæ ſibi relicta eſt, in qua maius imperium habet omnibus poſt Principem,l.4.ff. de offic. Præſi.& de iure communi habet merum imperium, & gladij poteſtatem, Afflict.in Conſt.Pœnam eorum,ver. 4.quis dubitat,nu.15 & Legatus dicitur Imperatoris,l.pen. ff. de Offic. Præſi. & quia de poteſtate Præſidis aliàs dicturi ſumus in Tract. quem, Deo dante,faciemus de Potentia, & Impotentia *R*egiarum Audientiarũ, pro nunc me remitto ad ea, quæ de ipſo ſcripſit Luc.de Pen.in l.2. C. nè
quis lib.inuic.lib. 11.& in l.1.nu.43.
2 C.vt armo.vſus,eo. lib. † Secunda,
Poteſtas militaris tranſit ad ſucceſſores Præſides, vt expreſsè probat poteſtas, ibi,*(quanto à tutti altri futuri Gouernatori)* Et ſi hoc non fuiſſet expreſſum,ad ſucceſſores non extẽdebatur,Bar.in l.3.§.1.circa fin.ff.de dam.infect.idem in l.meminiſſe,col. 1.ff.de offi.proconſ. & Montel.in 3. lit.arbit.incip. prouiſa iuris ſanctio, in 8.q.num. 13.dixit, quòd poteſtas conceſſa Præſidibus Prouinciarum, per illud cap.nõ tranſit ad ſucceſſores,ſed an hoc ſit ſimplicitèr verum

de iure,vide Menoch.de arbitr.lib.1.
q.68.quia ad plenum tractat,quando
arbitrium tranſeat in ſucceſſorem,
vigore tamẽ poteſtatis militaris cla-
3 rum eſt,quòd tranſit,vt ſupra.† Ter-
tia, mens Principis in concedendo
poteſtatem militarem, ex prooemio
colligitur,quia ipſum ponit mentem
diſponentis,Bat.in l.1. ff. ad Maced.
idem Bart. & Bald. in l. regula, per
illum tex.ff.de iur.& fac.igno. cum
allegatis ꝑ Napod.in Cõſuet.Neap.
in prin.proęmij,& ex proęmio iſtius
poteſtatis,quod durat vſque ad illa
verba(*ordinamo, & comandamo*)colli-
gitur,quòd intentio Principis verſa-
tur circa tria.Primum,intendit indu-
cere nouam formam procedendi cõ-
tra Exules,vt ib·(*mà la forma del pro-
cedere)*quia in hoc Regno ad ipſum
ſolum ſpectat,leges condere, & ſup-
plere,cùm ſit Locumtenens Regis,in
quem per Populum omnimoda po-
teſtas legis condendæ fuit tranſlata,
l.2.§.nouiſſimè,ff.de orig.iur.l.huma-
num, & l.fin.C. de legi. maxime Rex
Siciliæ,qui Imperatorem in Superio-
rem non recognoſcit, And.in cap.1.
col.2.& 4.qui feu.da.poſſ.& Cumi.in
proęm.Capitulorum Siciliæ, num.3.
Secundum,intendit reprimere exceſ-
ſus,& inconuenientia delinquẽtium,
& frequentiam delictorum,quę pro-
batur ibi(*à reprimere tali eccęſſi,& in-
conuenienti,)*& iſtæ fuerunt iuſtæ cau-
ſæ ad ſtatuendum contra ius com-
mune,Doct in l.cunctos Populos, C.
de ſum.trin.Foller.in pragm. de ictu
ſcopp.num.3.l.aut facta,§.fi.ff.de pę-
nis, Batt.in tract. ad reprimen. verſ.
multorum,cum cæteris allegatis per
4 Cara.in pragm.1.de exul.num.4.†Et
pondera duo verba poſita in pote-
ſtate, verbum, exceſſus, quod de ſui
natura comprehendit omne genus
maleficiorũ, Bald.in l.ſi quis in hoc,
in fin.C.de Epiſc.& cler.glo. in c. cũ
illorum,§.qui ſi clauſtrales,in vet.ni-
ſi exceſſus,extrà de ſenten.excomm.
Alex.in l.aut facta,in princ.ff.de pęn.
item verbum,inconueniens,quod ac-
cipitur, non pro actu punibili, cùm
ille comprehendatur ſub ver.exceſ-
ſus,ſed pro actu reprehenſibili,& eſt,
quando aliquid fit contra bonos mo-
res,Bal.conſ.4.num.1.lib.1.& in cõſ.
ſequen.num.1.circa medium,& iſte
actus reprehenſibilis aliquando eſt
impunibilis, vt putà licitum eſt con-
trahentibus adinuicem ſe decipere,
l.in cauſæ 2.ff.de mino.& tamen hoc
eſt reprehenſibile bono viro,gloſ.in
l.ſemper in ſtipulationibus,ff.de reg.
iur.Iaſ.& cæteri in l.ſi quis in conſcri-
bendo,C.de pact.Tertium fuit,paca-
re Prouincias à vexatoribus, & à de-
lictis iſtorum Exulum eas redimere,
ibi(*inquietando lo quieto viuere)*& iſta
debet eſſe principalis intentio Prin-
cipis.l.fi.§ fi.ff.de re mili.latè ꝑ And.
5 & Affli.in Conſt.Pacis cul:ũ.†Quar-
ta ratio, qua motus fuit Princeps ad
concedendum iſtam poteſtatem,fuit
triplex, quæ ex prooemio colligitur,
immò alioquin fruſtrà poneretur
proęmium,Bal.in §.quibus,nu. 3. C.
de nou.Cod.faci.l.fi.& ibi Bar.& alij,
ff.de hæred.inſtituen.Barba.conſ.20.
nu.18.vol.2.Cotes per Caſſa.in prin.
proęm.Conſuet.Burgun. Prima fuit,
numerus Exulum inquietãtium ſub-
ditos R.M.ibi(*che la moltitudine de fo-
raſciti)*& iſta videtur ratio finalis, vt
dicit Cara.in pragm.1.circa prin.de
exul.& Principis eſt, delicta extirpa-
re,exceſſus corrigere,& mores refor-
mare,vt in proęm.Clem.§. 1. Secun-
da ratio eſt,ad obuiandum futuris ex-
ceſſibus,ibi(*& aſtengano da commette-
re ſimili eccęſſi)* quibus obuiatur ali-
quãdo minatione pęnarum, cap.non
fruſtra 23.q.5.aliquando pęnis alio-
rum,c.non eſt,ea.q l.aut facta,§.fin.ff.
de poenis,& aliquando recedendo à
regulis iuris cõmunis,Caſſa. in rubr.
4.§.7.in tex.ſuppoſe, nu.51. in Con-
ſuet.Burgun.Tertia ratio, quia onus
Principis eſt, impios de terra perde-
re,ibi(*hauendo conſideratione al peſo,
che li Prencipi)* quod probauimus ſu-

pra

pra in prin.proœm.& ſi delicta eorum non punit, ipſi aſcribuntur peccata illorum,c.facientes, diſt.86. cum allegatis ibi in gloſ. ex quibus vides, quòd cùm natura proœmij ſit,ponere mentem,& rationem diſponentis,& multa alia,de quibus per Barb. in d. conſ. hoc idem colligitur ex proœmio poteſtatis.

SVMMARIVM.

1 *An poteſtas iſta ſit delegabilis,& adducuntur ſeptem fundamenta pro parte negatiua.*

2 *Limitatur in caſu neceſſitatis.*

3 *Non procedit de conſuetudine Tribunalis.*

4 *Regula, quòd electa induſtria perſonæ eſt prohibita delegatio, limitatur ſeptem modis,remiſſiuè.*

1 SECVNDO quæro,† An poteſtas iſta ſit delegabilis? & duæ fuerunt opiniones. Prima negatiua,Montel.in 4.lit. arbitr. incip.iuris cenſura,in verb. committimus,vbi dicit, quòd poteſtas illa arbitralis conceſſa Officiali,non poteſt delegari, quem ſecuti fuere aliqui ex Dominis meis in Regia Audientia,& probant iſtam opinionem per verba poteſtatis,Primò,per illud verbum (*à voi al preſente Gouernatore*) quod ſigillat perſonam Præſidis, ſicuti & verbū,Tu, vt ipſe ſolus poſſit hoc facere, & non poſſit alios delegare,Montel.in cit.loco,quia videtur electa induſtria perſonæ, l. inter artifices,de ſolut.l.1.§.nè autem, C. de cadu.rollen. cum vulga. Gramm. conſ.64.nu.4.in fin.& 5. & in vot. 3. num.37.in fin.& 38. cum cæteris allegatis per Anto. de Nigris in cap. Reg.ſi cum ſceleratis,num.4.Secundò,per illa verba(*commandamo tanto à voi,&c.*)verbum enim, mandamus, vel præcipimus,importat,vt nec Principis delegatus poſſit delegare,glo.1. circa medium l.ſæpe audiui,ff.de of. ſic.Præſi.quam totus Mundus approbat,vt dixit Alex.in l.& quia, ff. de iuriſdict.om.iud. Vant.in tract. nullit. ver.de nullit.ex defectu iuriſ. nu. 21. Tertiò,per verbum, debet, relatum ad Præſidem, & ſæpius repetitum in poteſtate,quod importat neceſſitatē, vt ipſe faciat,glo.in clem.1.§.hoc igitur,in ver.debeant, de ſtatu mona.cū alijs allegatis per Vant.in lo.allegat. Quartò,Præſidi fuit data poteſtas ratione confidentiæ,quam de eo habet lex, vt diximus in q. præced. & ideò videtur electa induſtria perſonæ ipſius,cap.fin.§.pen.verſ.cum his,extrà de offic.deleg. Bald.conſ. 128.col.2. verſ. ſed ad hæc reſpondetur, lib. 3. Gramm.conſ.303.num.2.Butr. conſ. 48.in fin Quintò,indicere bellum eſt de reſeruatis Principi, vt probauimus in q.3.ſub.Præd. Qualitatis, & quando conceditur aliquid reſeruatum Principi,non poteſt delegari, vt latè per Carau. in rit. 47. Maran.in ſpec.diſtin.5.num.69.Sextò, quando mandantur grauia,& ardua,prout eſt in caſu poteſtatis, tunc ea delegari non poſſunt,Iaſ.in l.more,num.65.ff. de iuriſdict.om.Iud. Doct. in l.1. de offic.eius.Septimò, pro iſta opinione poſſunt adduci ſeptem fundamenta, quæ poſuimus ſub Prędic.Qualitatis, q.3.in opinione affirmatiua,& re vera non poteſt negari, quin poteſtas non ſit fundata in perſona Præſidis, & idcircò ſit indelegabilis. Verùm

2 duobus in caſibus poſſet delegari. † Primò in caſu neceſſitatis præciſę,nō autem cauſatiuæ,l.1.vbi omnes,ff.de offic.eius,Iaſ.& cæteri in l.Imperium ff.de iuriſd.om.Iud.Cara. in terminis in ritu 2.num.20.Montel.in lo.præalleg.verſ.poteſtas 4.lit.Marſi. in tract.

3 Ban.verſ.Commiſſario.† Secūdus caſus eſt,ſi ex cōſuetudine effecta fuiſſet in aliquo Tribunali delegabilis, Bar.in l.nemo, verſ. induco ad quæſtionem, ff.de duobus reis, per l. ſi prius, §.1.ff de aqua plu.arcen. & l. quod ſi nolit,§.qui aſſidua,ff. de ædil. edic.

edic.Apoſtil.ad Bart.ibidē in lit. A. &
iſtum caſum ſimilitèr ponit Cara. in
d.ritu 2.num.20. in 2.limit. & ità fuit
practicatum in iſtis Prouincijs, quia
Don Franciſcus de Mendozza olim
Gubernator,delegauit Me,& alios cū
eadem poteſtate,& Carolus Gamba-
corta ad præſens Gubernator delega-
uit ſimilitèr Me,& alios,à quibus om-
nibus fuerunt, nondùm capti, & in-
quiſiti foraſciti, ſed vltimo ſupplicio
quoquè damnati,& in Prouincijs Ca-
labriæ fuit delegata poteſtas iſta Au-
ditori Robertuccio, Fabritio Iannuc-
cio procuratori fiſcali illius Audien-
tiæ, & alijs, & in cæteris Audientijs
audiui ſimilitèr,poteſtatem iſtam fuiſ-
ſe factam delegabilem,& crederem,
quòd iſti reiterati actus ſufficerent ad
inducendam conſuetudinem, Bald.in
l.3.numero 5. & ibi gloſ. C. de Epiſ.
Aud.glo.& Bart.in rub.C.quę ſit lóg.
cóſ.cum allegatis per Gramm. deciſ.
36.numero 9. & quatènus non ſuffi-
cerent, dico,quòd Princeps fuit cer-
tioratus de iſtis delegationibus,& de
effectibus indè ſecutis,& non ſolùm
commendauit,ſed etiam pręcepit,ſol-
ui dietas aliquibus delegatis,& quod
à Principe ſciente de facto toleratur,
perindè habetur,ac ſi eſſet cōceſſum,
Iaſo.in l.vbi pactum, numero 27. C.
de tranſact. Afflict.in Conſt.Pœnam
eorum,numero 15.verſ.8.ſi Regij Ca-
pitanei,cū alijs allegatis per Felin.in
c.1. col. 6. verſ.limit.3.de treu.& pa.
hinc videmus, quòd licèt procedere
ex proceſſu informatiuo ſpectet ſolū-
modò ad Mag.Cur.Vic.per c. Reg. ſi
cū ſceleratis,vbi expreſsè notat Ant.
de Nigris in princ.& num.24.Franch.
deciſ.143.tamen de conſuetudine eſt
dilatata ad Regias Audiētias,& perin-
dè obſeruatur, ac ſi à Principe habe-
rent licentiam.Carau.in ritu.259.nu-
mero 10.non obſtāte pragm.final.de
offic.iuſtit. quæ licentiam à Collate-
rali requirit, ſed quibus delegandā
ſit,dicemus in ſequent.q. & ſi vis vi-
4 dere limitationes ad regulam,† quòd
electa induſtria perſonæ, eſt prohi-
bita delegatio,vide Carau. in ritu 2.
numero 20.qui ponit ſeptem limita-
tiones, latè Menoch. de Arbitr. lib.
1.q.54.Capra in reg.29.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas militaris poteſt delegare Regijs Auditoribus tantùm.*
2 *Aduocato Fiſcali etiam poteſt delegari.*
3 *Auditores delegati, non poſſunt delegare.*

1 TERTIO quæro.† Ex quo po-
teſtas iſta conſuetudine à
Principe tolerata effecta eſt
delegabilis, an omnes dele-
gari poſſint? iſtam quæſtionem ponit
Vant.in tract.nullit.ſenten. ex defe-
ctu iur.deleg.num.38. vbi ponit tria
impedimenta,quæ retardant, nè ali-
cui poſſit delegari,& ſunt natura, le-
ges,& mores,ſuper quibus ipſe fati-
gat per multas columnas, & quia nō
intendo eſſe nudus relator, remitto
me ad illum.Et quòad rem attinet cō-
cludo,quòd poteſtas iſta non poteſt
delegari,niſi Regijs Auditoribus, &
hoc probatur. Primò per tex.in cap.
ex literis,extrà de in integ. reſtit. vbi
glo.in ver.vices ſuas dicit,quòd ideò
valuit delegatio in caſu illius cap.quia
fuit facta Coniudici,& Collegæ,vndè
in caſu delegationis Collegę erit de-
leganda,per illum text.cum gloſ.quā
ſequitur Vallas.in l.Imperium, nu-
mero 219.ff.de Iuriſ.om. iud. Purpu.
in l.1.num.260 ff.de offic.eius, Me-
noch.de arbitr.lib.1.q.54.nu.46. Sed
Auditores ſunt Collegæ ipſius Præ-
ſidis,& æqualitèr in literis Regijs vo-
cantur Regij Conſiliarij, & admini-
ſtratio competit cuilibet inſolidum
Carau.in ritu 53.num.2.ergo,&c. Se-
cundò,ratione confidentiæ fuit con-
ceſſa poteſtas militaris Præſidibus,vt
diximus in q.tertius prædic.in 1. cō-
clu.ſed eandem confidentiam habet

Prin-

Princeps de Auditoribus, nam Regij
Auditores habent ordinariam iuriſ-
dictionem in Prouincijs, & in eius
mains Imperium omnibus, ſicuti &
Præſes, l. 4. l. de omnibus, & l. ſequen.
ff. de offic. Præſi. Carau. in ritu 230.
num. 7. & etiam abſente Præſide cau-
ſas terminant, vt in pragm. 9. de offic.
iuſt. & ità practicatur, Cara. in ritu 64.
nu. 3. & in ritu 53. nu. 2. ergò, &c. Ter-
tiò, vigore iſtius poteſtatis iura tranſ-
grediuntur, vt latè ſcripſi ſub Præd.
ſubſtantiæ, in 3. q. ſed maiores Magi-
ſtratus ſolummodò hoc facere poſ-
ſunt, prout ſũt Auditores in Prouin-
cijs, Rolan. à Valle conſ. 70. num. 25.
lib. 1. qui alios allegat, Marſ. in §. dili-
gentèr, nu. 76. in prax. crim. ergo ipſis
ſolummodò poteſt delegari. Quartò,
iſta videtur fuiſſe mẽs Principis, nam
volens prouidere Præſidibus de Cõ-
ſultore, mandat, quòd ſi pro execu-
tione poteſtatis intendit vti voto ali-
cuius, quòd vtatur voto Auditoris, vt
in illis verbis, (*è parendoui neceſſario*)
cum ſequen. clarè demonſtrans, quòd
in caſu delegationis Anditores ſunt
delegandi, per ea, quæ voluit Iaſ. in l.
1. num. 28 ff. de offic. eius, & Caſſa. in
Cõſuet. Burgun. rub. 1. ver. & droiez,
nu. 81. & 82. & hoc colligitur ex præ-
ſumpta mente Principis, quæ etiam
ex alijs coniecturis colligi poteſt, de
quibus per Bald. in l. omnes populi,
num. 17. & 18. ff. de iuſt. & iur. Quintò
dico, quòd ſi non delegantur Audito-
res, alij non poſſent delegari, quia cõ-
ſuetudo delegandi tolerata à Princi-
pe, eſt ſuper perſonis Regiorum Au-
2 ditorum fundata, vt ſupra diximus. †
Crederem etiam, quòd poſſet dele-
gari Regius Aduocatus Fiſcalis, per
ea, quæ voluit Carau. in pragm. 1. de
exul. nu. 56. quia de eo ſimilitèr mul-
tum confidit lex, & tantò magis pote-
ſtas iſta delegari poſſet Dominis Col-
legis meis, quantò cæteris. Doctores
præſtantiores ſunt, & ex omni parte
perfectiores, incorruptibiles, & pru-
dentes, & in ſumma reperies in iſtis
Dominis Auditoribus, & Regio Ad-
uocato Fiſcali 17. qualitates, quas
enumerat Afflict. in Conſt. Vt vniuer-
ſis, num. 41. eaſque dicit eſſe neceſſa-
rias Regijs Conſiliarijs, & Ferret. de
3 antiqu. inſtau. cap. de conſilijs. † Sed
Auditores delegati non poterũt ſub-
delegare, nè in infinitum protrahatur
poteſtas, & ex alijs iuſtis cauſis, gloſ.
magna in princ. cap. ſuper quæſtionũ,
§. porrò, extrà de offic. deleg. Cotes
per Vant. in loco prǽallegato, nume-
ro 19. & 27.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio Paſſionis.*

De Prædicamento Pati.

1 PASSIO eſt effectus, illatioque
actionis, Gilber. in proprio cap.
l. aut facta, §. perſona, ff. de pœ-
nis, l. teſtamento centurio, ff. de ma-
numiſ. teſta. Menoch. in d. q. 11. num.
18. lib. 1. & ideò quæram de pǽnis fo-
raſcitorum, conſanguineorumque
eorum, & de ſpecialibus inductis
contra ipſos.

1 De pœnis foraſcitorum, & auxi-
liatorum.
2 De pœnis eorum conſanguineo-
rum.
3 De ſpecialibus poteſtatis.

SVMMARIVM.

1 *Foraſcitus poteſt impunè offendi.*
2 *Qualitèr puniantur de iure communi
exules.*
3 *Inceſſus per Campaneam abſque delicto
qualitèr puniatur.*
4 *Qualitates poteſtatis probandæ ſunt per
Fiſcum.*
5 *Delictum præſcriptum, non poteſt am-
plius puniri.*
6 *Exules Status Eccleſiæ non poſſunt pu-
niri in Regno.*
7 *Banniti, qui non incedunt per Campa-
neam,*

neam, non comprehenduntur.
8 *Iure prohibetur auxilium ſceleratis.*
9 *Pœna auxiliatorum eſt arbitraria.*
10 *Enumerantur caſus, in quibus determinatur pœna.*
11 *Modus puniendi, remiſſiuè.*

PRIMO quæro, quibus pœnis puniantur iſti foraſciti, & eorum auxiliatores? & quia foraſcitorum tres ſunt ſpecies, & duas tãtùm comprehendit poteſtas, vt declarauimus ſub Præd. Qualitat. q. 2. ideò procedã
1 per concluſiones.† Prima, foraſcitus per poteſtatem iſtam effectus eſt hoſtis publicus, vt probaui in q. 1. ſub Præd. Qualitat. & dicam in ſpecialibus, ergo poteſt impunè occidi, l. 3. §. fi. ff. de ſycar. Affli. in Conſti. Pœnam eorum, num. 47. Bart. in l. amiſſione, §. qui deficiunt, ff. de cap. dimin. Et ideò contra eos inductum eſt bellum, vt dicam infrà q. 3. ſpec. 1. quarè poterit Iudex eundem foraſcitum ad mortẽ damnare, vt dixit Par. de Put. de ſynd. ver. latro, cap. 1. num. 2. maximè, ſi foraſciti effecti ſint foriudicati, vigore Regiorum bannorum, ex quo ſe non præſentarunt infra decem dies, in illis ſtatutos, quo caſu cùm effecti ſint verè foriudicari, poſſent ſimilitèr capitalitèr puniri, vt in Conſt. Pœnam
2 eorũ, & ibi latè per Affli. Limita 1. vt non procedat de iure communi, nam iſto iure diſtinguendi eſſent tres caſus, videlicèt, aut foraſcitus graſſatur per Campaneam, incedendo in comitiua, ſed nullum fecit delictum, aut fecit vnum tantùm delictum ſine interemptione hominis, aut fecit plura delicta in Campanea: Primo caſu eſt pęna relegationis, Secũdo caſu damnationis in metallũ, & Tertio capite punitur, & ità intelligo tex. in l. capitalium, §. graſſatores, ff. de pœnis, hoc quoque ſenſit Cępolla in Authe. ſed nouo iure, nu. 103. cum quinque ſequen. & declarando iſtam limitationẽ dico, quòd licèt pęna damnationis in metallum receſſerit ab aula, tamen eius loco ſucceſſit damnatio ad triremes, vt dixit Capyc. deciſ. 153. Anto. de Nigris in c. Item prædicti Admirati, in prin. Clar. in prax. crim. q. 67. verſ. item dãnatio, & in locis, in quibus non eſt in vſu relegatio, eius loco ſucceſſit exilium, ſeù confinatio, Clar. in ea. q. ver. fin. & ideò ſecũdùm iſtud ius per ſolum inceſſum per Campaneam foraſcitus non poſſet damnari, niſi ad exulandum, vel relegari in partibus, in quibus eſt in vſu, & ſi vnicum tantùm delictum commiſerit in Campanea, poſſet damnari ad triremes, ſi verò plura, ad mortem, vt dixi, ſed vigore iſtius poteſtatis alitèr eſt,
3 vt nunc declarabo.† Limita 2. vt non procedat contra illos foraſcitos, qui nullum delictum commiſerunt, ſed ſolummodò reperiuntur inquiſiti de inceſſu in comitiua foraſcitorum per Campaneam, quos licèt comprehendat poteſtas, vt dixi in q. 2. ſub eo. Præd. qualitatis, tamen de conſuetudine, & obſeruantia non condemnantur ad mortem, ſed ad remigandum, & ità quotidiè obſeruatur, vt dicit Carau. in pragm. 1. de exul. num. 187. in vno tamen caſu eſſet pęna capitalis, vigore vltimi Banni, videlicet, ſi reperirentur quatuor ſimul armati armis foraſcitorum in Campanea, & eſſent diffamati, quòd ſunt homines malæ vitæ, & famæ, ex quo tantùm abſque alio delicto poſſent damnari ad mortem, vt in banno primo fo. 89. verſ. *(dechiarando, & ordinando)* & dixi in 3. q. Præd. quãtitatis, requiſi. 17.
4 † Limita 3. vt non poſſint condemnari ad mortem, ſi Fiſcus, vel pars non probauerit qualitates, quæ requiruntur, vt intret poteſtas militaris, de quibus dixi in q. 2. ſub Præd. Qualit. quia qui ſe fundat in qualitatibus, illas probare debet, & illis ceſſantibus, ceſſaret diſpoſitio legis, Dec. conſ. 13. nu. 7. in fi. Pariſ. conſ. 62. cum cæteris allegatis in d. q. 3. Præd. Quantitatis,
5 requiſi. 18.† Limita 4. ſi delictum eſſet præſcriptũ, vt putà ſi eſſent elapſi

20.

2b.anni à tempore;quo foraſciti graſ-
ſati ſunt,qui deindè quietè vixeruot,
nam iſto caſu oec inquiſitio contra
eos formari poſſet, l.quærela , . & ibi
Bal.Saly.& cæteri,C.de fal.cum alle-
gatis per Anto.de Nigris in c.Reg.ad
hoc,vt noſtrorum,num.97.& tempus
currit, ſiuè interueniat ſcientia , ſiuè
ignorantia delicti , ſecundùm com-
munem opinionem, Anto.de Nigris
in cit.lo.& Marſi.in conſ.87.num.15.
nec vigore poteſtatis militaris , vel
cuiuſcunquè alterius liberi arbitrij
poterit reijci exceptio præſcriptio-
nis,quia ius quæſitum nec à Princi-
pe tolli poteſt,Bar.in Tract. ad repri-
men.ver.videbitur, circa fin. Amæd.
de ſynd.num 146.cum ſequen.Cotes
per Menoch lib.1.q.49 vbi de com-
6 muni,& diffusè de hoc loquitur† Li-
mita 5.vt non procedat in foraſcitis
Status Eccleſiæ , qui graſſantur per
Regnum,nàm licèt fuiſſent capti per
Officiales Regios,tamen illos remit-
tere tenentur ad Officiales Papæ, vi-
gore capitulationis factæ inter eun-
dem Papam,& Proregem 16. Augu-
ſti 1585. vt in Cur. 3. fol. 283. & ità
ſeruatur,& me conſulente Guberna-
tor Prouinciarum Aprutij remiſit hu-
cuſque ad Officiales Papæ 30. fora-
ſcitos,qui graſſabantur in Prouincijs
7 prædictis† Limita 6.vt non procedat
in foraſcitis , qui non incedunt per
Campaneam , ſed ratione delicti re-
periuntur extra locum, & Curiam ,
vbi deliquerunt , & habitant in alio
loco,nam licèt iſti ſint contumaces,
& banniti illius Curię,tamen ex quo
non incedunt per Campaneam in
comitiua aliorum foraſcitorum, non
comprehenduntur ſub poteſtate,quę
loquitur de illis foraſcitis , qui vim
committunt in Campanea, vt in illis
verbis(*contra quelli foraſciti,&c.*)& ità
fuit declarata poteſtas per Proregē,
dubitante Regia Audientia Calabriæ
23.Septēbris 1583.in Cur.1.Calabr.
fol.33.& tandèm ad inſtantiam Ciui-
tatis Neap.vt dixi in q. 2. ſub Præd.

Qualitatis poſſet iſta concluſio limi-
tari multis alijs modis,ſed tempus nō
patitur,& negotia officij me auertūt :
8 † Secunda concluſio reſpicit auxilia-
tores delinquentium,& dico, quòd à
iure prohibetur, dari auxilium ſcele-
ratis hominibus,l.per omnes , in fin.
C.de defenſ. Ciuit. Bonacoſ. in ſuis
qq.crimin.verſ.auxiliator , ſed qua
pęna feriatur præſtans auxilium, non
determinatur per d.l.ergo illius pęna
relicta eſt arbitrio Iudicis,l. 1.§.expi-
latores,ff.de effract.cum allegatis per
Caſſ.in Conſuet.Burguo.rub. 1. §.8.
9 in prin.vlt.col. † Firmè igitur cōclu-
do, quod pœna auxiliatorum eſt ar-
bitraria , & licet nonnulli tenuere ,
quòd auxiliator puniatur eadem pę-
na,qua & principalis,tamen verior,&
æquior opinio eſt , vt non teneatur
eadē pœna,ſed alia arbitraria, Marſi.
conſ.30.num.18.Caſſa.d.rubr. 1. §.5.
num.12.idem Marſi.in conſ.47.num.
3.7.& 8.Luc.de Pen.in l.1. C.de de-
ſert.lib.12.num.7.in fin.quod etiam
habebit locum in receptatoribus la-
tronum,vt eadem pœna non punian-
tur,Marſi.& Caſſa. in locis præalleg.
Bald.in l.1.C.de his , qui latro.cum
cæteris allegatis per Menoch. de ar-
bitr. lib.2.q.348. & latè per Boſſ. tit.
de rapinis;& ita pœna arbitraria al-
teratur,attēta qualitate perſonæ,quæ
receptauit,& quę fuit receptata,Luc.
de Pen.in d.l. 1. Attenditur quoquè
tempus,ſi auxilium fuit præſtitum an-
tè delictum,in delicto , vel poſt deli-
ctum,Menoch.eod.lib.q.349.cum 4.
ſequen.quòad pœnam mitigandam ,
vel augendam attenditur ſimilitèr
modus auxiliandi , videlicèt ſi conſi-
lio,armis,pecunia,vel alio modo fue-
rit præſtitum,vt per Luc.de Pen. in
d.l.1.C.de deſert. Marſi. conſ.47.nu.
10 7.& 8. † Fallit iſta concluſio in caſi-
bus , in quibus à iure determinatur
pœna contra auxiliatores , nam tunc
ea pęna puniuntur,& non arbitraria,
prout eſt in l.1.de abig.quam decla-
rat Menoch.in d.q 348.in fi.l.1.C.de

deſerto.lib. 12.l.3.ff.de offic. præfect. vigil.l.eos,C.de furt.l.caſtigati, C.ad l.Iul.de adult.l.3.§.non ſolùm, ff. de incen.rui.nauf l ſi quis ſeruum, C.de plagiar.l.vtica, §. fin. C.de crim. pecul.& in alijs multis ll.cap.pragm. & ſtatutis ſunt determinatæ pęnæ iſtorum auxiliatorum, quas referre potiùs eſſet laborioſum, quàm vtile, & contra receptatores fuerunt in Regno emanata plura iura, capi. Reg. pragm.1.2.3.& 4.de recept. & 6. de offic. iudic.prag.1.de perſequen.malefact.& licèt in dd.pragm. & in alijs iuribus municipalibus Regni eſſet determinata pęna receptatorum latronum,& aliorum delinquentium, tamen ad ſupplicationem Ciuitatis Neap.fuit declaratum, vt non ſit derogatum.ll.communibus, vt in prag. 4.de recept.& pragm.1.de exul.vigore vltimorum bannorum in.Cur. pr. Apruc.fol.127. receptantes poſt bānum,ſed infra quatuor menſes appēſatè,& abſque vi, puniuntur pœna mortis,& non ſolùm iſti,ſed quoquo modo auxiliatores,vt ibidem, excluſis quibuſdam ibidem enumeratis, de iure verò communi licèt multi dixerunt, quòd receptatores puniuntur eadem pęna,qua ipſi latrones, per l. 1.ff.de receptat.vt l.1.C.de his, qui latro.tamen verior opinio eſt,vt arbitrariè puniantur, vt dicit Menoch. in d.q.348. qui reſpondet, & declarat dd.ll,Hodiè verò ſeruatur pragm. 1. de recept. & die 16. Octobris 1584. fuit emanatum bannum,quòd receptans aliquem ex exceptuatis, & nominatis in eodem banno, puniatur capitalitèr,& pœna vitæ,vt in Cur. 1. Apru.47.Aliæ pęnæ iſtorum foraſcitorum,& eorum auxiliatorum colliguntur ex ſpecialibus ſequentis quęſtionis,& iura loquentia de latronibus ponit Iodoc.in prax crimin.cap. 86.num.3.Anto.de Nigris in cap. ad hoc,vt noſtrorum,limitationes ad cōcluſionem de auxiliatoribus, & receptatoribus ponit Menoch. in d. q. 348.cum pluribus ſequen. Floria.de Sanc.Pet.in ſua diſputatione 1. quæ incipit inquiſitus de crimine,q. 2. & materiam iſtorum tractant infiniti Doct.quos enumerat Hippol. Bonacoſ.in quæſt.crimin. verſ. receptatores Bannitorum, & Anto. de Nigris in cap.Reg.licèt contra, ad quos me re-

11 mitto, † De modo puniēdi eſſet tractandum,ſed quia varius eſt,ſeruanda erit conſuetudo Regionis, l. aut facta,§.penult.ff.de pœnis,cuius verba ſunt,Euenit, vt eadem ſcelera in quibuſdam Prouincijs grauius plectantur, vt in Africa meſſium incenſores,in Myſia vitium, vbi metalla ſunt adulteratores monetæ, Marſi.de ban.verſ.atrocioribus, num.2. & eſt adeò potens conſuetudo Regionis in puniendis delictis,quod facit delictū punibile meritorium, nam apud Scitas fures non puniebantur, ſed premium conſequebantur, vt refert Titus Liuius,Similitèr & apud Aegyptios,vt in Textore in ſua offic.in c.incipiente populorum diuerſi mores, & facit tex.in l.2.§. poſteà cùm Appius, ff.de orig.iu.vbi legitur Gne. Flau.propter furtum tres dignitates conſecutum fuiſſe, & in Ciuitate Theatina extat conſuetudo, quòd ſi pugno occidatur homo, nulla pœna criminali punitur occidens, ſed tantùm pœna 5.carolenorum, Camerario illius Ciuitatis applicanda, & è contra Regio aliquando grauat pœnam, & conſuetudo delinquendi, l. nonnunquam,ff.de priua.delict.l.nemo,C.de Epiſc. Aud. latè per Caſſa. in Conſuet.Burgun.§.1.rub. 1, verſ. fil.reuchiet,num.9.ſiuè in mari ſit,ſiuè in terra,Bald.in l.data opera, nu. 19.& 24.C.qui accuſ.non poſ. & facit non delictum graue delictum,Ecce in Regno Siciliæ adeſt prag.quòd occidens vitulam, puniatur pœna mortis, etiam ſi fuerit Dominus vitulæ:& modus exequendi pœnas capitales varius fuit,vt dixi, apud Cōmiſſarios Campaneæ,& multos recitat

tat Iodoc. in prax. crim. cap. 153. num. 2. & cap. 86. nu. 7. in iſto verò Regno eſt in vſu furca, rota, & diuiſio in fruſtra.

S V M M A R I V M.

1 *Propter atrocitatem criminis ſæpè vnus punitur pro alio.*

2 *Qualitèr puniantur conſanguinei foraſcitorum.*

3 *Enumerantur 10. præſumptiones contra conſanguineos.*

4 *Ex præſumptionibus qualitèr quis poſſit puniri.*

5 *Enumerantur perſonæ, quæ poſſunt diſterrari.*

6 *Poſſunt puniri conſanguinei, etiam pœna pecuniaria.*

7 *Poſſunt puniri etiam pœna corporali, et alijs pœnis.*

8 *Deſignantur locus diſterris, & milliaria.*

9 *Dantur remedia conſanguineis, ne extrahent.*

10 *Ponitur materia banni exfrattationis, remiſſiuè.*

1 SECVNDO quæro, † An conſanguinei foraſcitorum poſſint aliquo modo puniri? & dico, quòd licèt pœna ſuos debeat tenere auctores, tamen propter atrocitatem criminis, ſæpè vnus punitur pro alio, vt dixit Ana. in cap. dilectus, il 2. in 6. col. ver. ex atrocitate, de Simo. quem & alios refert, & ſequitur Hippol. Marſ. de ban. verſ. atrociori-bus, num. 14. & inuenio, plures pœnas impoſitas fuiſſe conſanguineis fora-
2 ſcitorum. † Prima eſt, quia poſſent diſterrari, & exulari à Prouincia, vt in vltimo banno in Cur. pri. Aprutij, fol. 127. ibi ìpſe prouiſum, & ibi Bart. C. de fabricen. lib. 11. Bald. in l. 1. nu. 8. C. ne fil. pro pat. gloſ. rubr. C. de decret. decur. lib. 10. & in Florentia adeſt ſtatutum, quòd vno de agnatione delinquente, cæteri agnati teneantur, quod ſtatutum dixit valere Corſet. in ſing. ſtat. 30. & in terminis, quòd poſſint expelli, Iaſ. de actio. §. actiones autem, num. 73. cum ſequen. & iſta eſt communis opinio, Decl. in cap. cognoſcentes, de Conſt. num. 8. & ſuper diſterro iſtorum fuit emanata pragm. annis præteritis, quæ eſt prag. 3. de exul. & in Prouin. Aprutij fuit emanatum bannum per Carolum Gambacortam Gubernatorem, quod non ſolùm fuit commendatum, ſed reſcripſit quoquè Excell. Prorex, ꝙ nemini facturus eſſet gratiam, vt in Cur. prim. Aprut. fol. 54. & ità obſeruauit, reclamantibus quibuſdam cõſanguineis Marini Matriciani de Loreto, & Bernardini de Atiſſa publicorum foraſcitorum, & hoc eſt permiſſum ratione publicæ vtilitatis, vt per multa dixit Felin. in cap. 2. de Conſt. Et vltimo loco mandauit Prorex Comiti Vgenti, vt diſterraret huiuſmodi conſanguineos certo modo, vt in Cur. prim. Aprutij, fol. 127. & ibi dat poteſtatem Præſidi deſignãdi locum, in quo debeant permanere; nec obſtat, quòd pro delicto alterius nemo debet puniri, cap. non debet, & cap. damnum, extra de regu. iur. l. ſancimus, C. de pœnis, cum vulgaribus, quia pœnam iſtam patiuntur conſãguinei ob proprias culpas præſumptas à lege, quia præſumuntur, quòd iſti conſanguinei faueant foraſcitis, vt dixit Camill. in pragm. 1. de exul. nu. 79. & 80. & quia quotidiè practicàtur iſta materia, ſubijcere placuit
3 10. præſumptas culpas iſtorum. † Prima eſt, foraſciti indigent victu, quia non præſumuntur viuere de vẽto, l. fin. in fi. C. de alimen. pupil. præſtan. l. ſed ſi lege, §. quod autem, cum gloſ. erogaſſet, ff. de petit. hære. quem victum præſumuntur potiùs præſtare conſãguinei, quàm extranei, ratione affectionis, & ſanguinis, arg. l. cùm ſeruus extero, ff. mand. Aloia. de præſumpt. Reg. 1. præſump. 20. & 50. Ponta. in tractat. de alim. cap. 10. Secunda eſt, quòd iſti foraſciti quotidiè fugantur

I 2 à Cu-

à Curia,& occultentur, ità quòd non poſſunt vllo pacto inueniri, & quia infamia eſſet communis cum conſanguineis, ſi caperentur, ergo ab ipſis præſumuntur occultati, l. 1. & 2. ff. de libera. cau. faciunt notata per Blanc. in l. fin. num. 173. ff. de quæſt. Tertia, lex, & natura ipſa præſumit, quòd amor iſtorum conſanguineorum detineat foraſcitos in locis, vbi morantur,& hinc videmus, quòd in illis, vt plurimum graſſantur, & vt ceſſet iſta cauſa, poſſunt conſanguinei expelli, de quo amore præſumpto locutus fuit Alciat. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 36. Quarta, præſentia, & aſſiſtentia iſtorum conſanguineorum in Prouincia, vbi foraſciti graſſantur, reddit ipſos audaciores, prout de rixantibus dicit Bald. in l. ob hæc verba, de infa. Blanc. in d. l. fin. num. 236. Quinta, Curia, vt experientia docuit, ſemper eſt ſuſpecta, & timioſa, propter præſentiam iſtorum conſanguineorum, & multotiès retardat prouiſiones contra iſtos foraſcitos, propter iſtum timorem, & ſic indirectè fauent ipſis. Sexta, à communiter accidentibus docti fuimus, quòd conſanguinei iſtorum foraſcitorum, qui aliàs nec fodere, nec mendicare erubeſcebant, hiſce temporibus, non solùm effecti ſunt diuites, ſed pecuniam ad vſuram præſtant, quam habent à foraſcitis, & ideò videntes, quòd abſquè ſudore veſcentur pane, & abſquè pondere carne, fauent foraſcitis, & illos defendunt, arg. l. hæc autem, §. 1. ff. quib. ex cau. in poſſeſ. Alcia. de præſumptio. Reg. 1. præſumptio. 22. Septima, iſti conſanguinei, vt plurimum, ſunt viles, & pauperes, quibus deficit victus, & ideò de ipſis malum præſumendum eſt, Luc. de Pen. in l. 5. nu. 179. C. de Agri. & Cenſi. Octaua, clarum eſſet, quòd ſi conſanguinei voluiſſent, foraſciti recederent, & cùm poſſint prohibere, & non prohibent, delinquere videntur, l. iure prouiſum, cum gloſ. C. de fabricen. lib. 11. Nona, reſpicit filios, qui præſumuntur eſſe huiuſmodi naturæ, cuius ſunt patres, nam ex mala progenie mali deſcendunt, & ideò diſterrari poſſunt, vide Folter. in Conſt. 1. num. 85. Alcia. de præſump. Reg. 1. præſump. 24. Luc. de Pen. in l. 5. num. 171. C. de Agrico. & Cenſi. lib. 11. Decima. Præſumit lex, quòd iſti foraſciti ſaltim metu pœnæ conſanguineorum retrahantur à delicto, vt in patre pro filio dixit Bald. in l. ſancimus, C. de pęnis, Imol. in l. cùm filius, ff. de ver. oblig. Alex. in l. ſæpè, ff. de re iudi. Bar. cum Apoſt. Alex. in d.
4 l. iure prouiſum.† Ex quibus præſumptionibus licèt non poſſint conſanguinei damnari ad pęnam ordinariam de auxilio præſtito foraſcitis, tamen poſſunt aliqua pęna modica extraordinaria puniri, non ſolùm diſterratione, ſed carceratione, & alijs arbitrarijs pęnis, Hippol. in rub. C. de proba. nu. 230. cum ſequen. & in l. repeti, ff. de quæſt. latè per Felin. in c. Paſtoralis, §. penul. de offic. delegat. & ſuper hoc facit regulam Diaz in Reg. 370.
5 † Et non ſolùm iſti conſanguinei diſterrari poſſunt, ſed factioſi quoquè, etiam quòd non ſint conſanguinei foraſcitorum, quia iſti factioſi ſunt inquietatores pacis, prout in Ciuitate Therami Familiæ Flaſtorum, & de Marinis, In Montaneis Montorij Familiæ de Iannectis, & Sabatneijs, in Francauilla Familiæ de Barunjs, & Benedictis, & hoc probat Barba. in procem. clem. cum infinitis alijs allegatis per Ioan. Neuiz. in ſua ſylua,
6 lib. 4. nu. 177. & ità practicaui in Regno Siciliæ contra quoſdam factioſos Ciuitatis Girgenti, non ſolùm factioſi, ſed partiales quoquè, qui alteram factionem ſequuntur, quia iſti magis infeſtant, quàm factioſi, vt dicunt præfati Doct. & de iure communi poſſunt etiã expelli rixoſi, & iniurioſi, l. fin. vbi omnes notant, ff. de offic. procur. Cæſar. ſiuè vir, ſiuè fœmina ſit, Gramm. in Conſt. Quæ paſſim, nu. 1. prout contingit Tarquinio Su-

per-

perbo, l. 2. §. exactis, ff. de orig. iur. &
Alex. rixoſos in Ciuitatibus diuiſit,
Cæſar eos priuauit de legionibus,
quibuſdam ex illis vita priuatis, Fer.
ret. de antiqui. inſtau. tit. de tuto. exer.
Meretrices quoquè expelli poſſunt,
l. nullus, & ibi Caſtren. C. de ſum.
Trin. Affli. & Gramm. in d. Conſt. Itē
Lenones, vt in authen. de Leno. in fin.
Gramm. in d. Conſtit. Iodoc. in prax.
crim. cap. 91. Item Vſurarius publi-
cus, Affli. io Conſt. Vſurariorum, Luc.
de Pen. in l. deuotum, col. 2. C. de me-
tal. lib. 12. Item Vagabundi per prag.
1. de vagabundis, et per aliam nouel-
lam prag. et multæ aliæ perſonę enu-
meratæ per Luc. de Pen. in l. 1. C. de
metat. lib. 12. et ratio eſt, quia prædi-
ctę perſonę factis, et moribus inquie-
tant Ciuitatem, Bald. in d. l. fin. Iodoc.
in prax. crim. c. 63. n. 11. faciunt allo-
gata per Boer. in tract. de ſedit. 2. prę-
ſuppoſito, facit text. in l. 1. et 2. C. de
ſedit. Amici quoquè foraſcitorum vi-
gore vltimi banni in Cur. pr. Apr. fol.
6 127 † Secunda, quæ imponitur con-
ſanguineis non extractantibus, eſt pę-
na ducatorum mille, vt in d. pragm. 1.
7 de exul. circa fin. † Tertia eſt pœna
corporalis arbitraria Proregi, quæ in
eadem pragm. comminatur, & hoc eſt
mirum, quia quādo quis punitur pro
delicto alterius, nō poteſt puniri cor-
poralitèr, Bald. in l. ſi. C. nè filius pro
pa. cum alijs allegatis per Iaſ. in §.
actiones autem, nu. 73. & ſequentib.
Alias quoquè pęnas vidi in diuerſis
bannis Commiſſariorum, & quia po-
teſt alterari ſecundùm diuerſitatem
Regionum, & qualitatem foraſcito-
rum, crederem, quòd arbitrio Præſi-
dis poſſet imponi, & Prorex pœnæ
quantitatem reliquit arbitrio Caroli
Gambacortæ Gubernatoris, & Com-
miſſarij contra foraſcitos in Prouin-
cijs Aprutij, vt apparet in inſtructio-
nibus ſibi datis, & regiſtratis in Cur.
ſec. die 16. Octobris 1584. qui ali-
quando poterit etiam pęnam corpo-
ralem imponere contra non extra-
ctan-

ctantes, & etiā quando vltrà contem-
ptum fuiſſent forſan inculpati de au-
xilio præſtito prædictis foraſcitis, pro
ut ſeruari vidit Carau. contra quoſdā
de Terra Montis Corbini, vt ipſe te-
ſtatur in d. pragm. 1. num. 83. & cōtra
conſanguineos eorum foraſcitorum,
qui poſt publicationem infraſcripta-
rum literarum Regiarum commiſe-
rint compoſitiones, ſeù, vt dicitur, re-
captum Prorex impoſuit pęnam ho-
minibus fuſtigationis, & quinque an-
norum ad triremes, mulieribus verò
fuſtigationis, ſi non extractauerint
infrà terminum dierum 8. à die com-
miſſi delicti compoſitionis, quæ lite-
ræ fuerunt emanatæ die 21. Ianuarij
8 1586. vt in banno pri. fol. 128. † Et p
quot milliaria poſſint diſterrari, non
poteſt dari certa doctrina, ſed relin-
quitur ſimiliter arbitrio Præſidis, niſi
aliter Princeps mandauerit, prout
mandauit in d. pragm. 1. fieri per 30.
milliaria extrà Prouinciam, & prędi-
cto Carolo mandauit, quòd extractā-
dos confinaret in Ciuitate Salerni, ec
in allegatis literis Regijs extrà Pro-
uinciam in locis declarandis per ipsū
Proregem, & in Regno Siciliæ diſter-
rantur extra terram, in qua habitant.
Ego verò materiam iſtam extracta-
tionis practicarem, prout diffuſius di-
xi in quodam meo diſcurſu, quem
anno præterito confeci contra fora-
ſcitos, in quo videbis 10. cauſas, quæ
pariunt foraſcitos, & totidem reme-
9 dia. † Verùm ſi conſanguinei iſtorum
deſiderant remedia, nè extractent.
Primum erit, mortuis foraſcitis, quo-
rum conſanguinei ſunt, Bald. in l. om-
nes populi, nu. 16. ff. de iuſti. & iur. cū
alijs allegatis per Hippol. Marſi. in
Tract. bann. verſ. mortui num. 70. & in
ver. homines num. 21. tunc enim re-
patriare poſſunt. Secundum, ſi proba-
bunt, eſſe homines bonæ vitæ, & fa-
mæ, vel inimicos foraſcitorū, aut nul-
lam cum ipſis præter conſanguinita-
tis gradum portionem habere, Cara.
in d. pragm. 1. de exul. nu. 82. & ratio
eſt,

eſt, quia probatio iſta bonæ famæ, tollit præſumptionem malæ famæ, Felin. in cap. cum contingat, col. 9. de reſcripti. Boſſ. tit. de fauorib. defenſ. num. 13. Tertium, per conſignationē dictorum foraſcitorum ſunt liberati: vt dicitur in dictis literis Regijs. Quartum, ſi offerunt facere aliquod ſeruitium contra foraſcitos, dandus eſt eis aliquis terminus, vt in dictis literis, & inſtructionibus. Alium quoquè modum practicaui in Prouincijs Aprutij, nempè, quòd conſanguinei caueant, ne foraſciti intrent in Prouincijs, nec delicta committant, & cautione fracta fuit exacta pœna, immò quibuſdam reclamantibus non fuerunt exauditi à Prorege, prout fuit Doctor Lucas Marcellus de Scurrano. Sextum remedium erit, ſi probabunt, non eſſe in eo gradu consanguinitatis, in dictis pragm. bannis,
30 & literis Regijs expreſſo. Et de materia iſtius banni exfractationis vide Bal. in loco præalleg. & Nell. de ban. in 2. part. 2. temp. num. 41. cum ſequentibus.

S V M M A R I V M.

1 *Sub iſta quæſtione continentur centum ſpecialia.*
2 *Requiſita in modo ſcribendi.*
3 *Quarè Auctor pauper.*

1 TERTIO quæro, quot ſint ſpecialia exulum, & militaris poteſtatis. Quæſtio iſta erit ſatis vtilis, quia continebit centum ſpecialia, quæ elucidabunt totam materiam; ſuper quibus breuiter, & remiſſiuè loquar, quia adeò me occupant onera officij, quòd vix horas ad opus de nocte accommodare potui. Et requiſita in modo ſcribendi, & ſciendi, teſte Hugo. lib. 3. didaſcalico, deſiderant mentem humilem, ſtudium quærendi, vitam quietam, ſcrutinium tacitum, paupertatē, & terram remotam, quæ omnia his temporibus mihi deſunt, excepta paupertate, & nimirum; quia cum Caio Gracco reuerſo à Prouincijs, in quas cum Imperio à Populo Romano miſſus fuerat dicere poſſum. In
3 Regno Siciliæ verſatus tum quinquennio, in Prouincijs Aprutij, & Terræ Bari quatriennio. Triennio apud Samnitos, & per multos annos in iuriſdictionibus Columnenſium, & nemo dicere verè poterit, aſſem, aut eo plus me in muneribus accepiſſe, aut mea opera quempiam ſumptum feciſſe, ſed ſatis diues ſum, quia diuitias non deſidero, & meliora ſentio, & expecto, quæ refert Natta in lib. de pulchro, lib. 4. fol. 97. Scio etiam, me eſſe humilem, & ſcit ipſe Deus ſcrutator omnium. Sed, vt detractoribus aſſentiam, fateor, eſſe ſuperbum: verùm ſatis, ſuperquè ſatis ſecurus ſum, quòd mea ſuperbia nunquam nocuit.

S V M M A R I V M.

1 *Contra exules poteſt procedi ad modum belli, & militari modo.*
2 *Probatur de iure diuino.*
3 *Probatur de iure poſitiuo.*
4 *Practica iſtius ſpecialis.*

1 PRIMVM ſpeciale eſt, Præſes Prouinciæ dum eſt in perſequutione poteſt procedere cōtra exules ad modum belli, alio verò tempore debet procedere militari modo, vt in illis verbis poteſtatis (*Poſſiate, & debbiate procedere ad modum belli, & militari modo*) quod intelligo, prout diximus in Præd. Subſt.
2 q. 2. Iſtud Speciale probatur primò per Diuinam Scripturam, quàm per ius poſitiuum; legitur in Diuina Scriptura, bellum fuiſſe motum propter diuerſas cauſas, quas recitat Lucas de Penn. in l. 1. num. 23. cum ſequen. C. ne ruſti. lib. 11. Primò, propter latrocinia, & malefactores latitantes 1. Reg. cap. 24. Item, quando ſubditi

diti ſe rebellant 2. Reg.capit. 18. vbi totus Populus egreſſus eſt contra Iſrael,& 3. Reg.cap.10, Item contra illos,qui non patiuntur,Regnum eſſe quietum,Machab.2.c.14.vel contra eos, qui negant tranſitum innoxium,& impediũt liberum commercium,vt eo.lib.cap. 5. & Deutero. 2. propè fin.facit text.in c. notandum. 23.q.2.cum multis alijs allegatis per Luc.de Pen.in loco allegato, & per me in procem. quæ omnia grauant
3 exules. † De iure poſitiuo probatur iſtud ſpeciale per l.2.C.de his,qui latro. vbi militare auxilium mandat implorari contra iſtos,tenet Paris de ſynd.verb.latro,cap.1.nu. 2. Bar.in tract. qui ſint rebelles,ver. rebellando,num.21. & in quæſtione Lucanæ Ciuitatis,nu.18.Alciat.in l.quos nos hoſtes,§. 1.ff.de ver.ſign.Bart.in l.hoſtes,ff.de capt.& poſtli.reuer. Bal.in repetitione l.qui reſtituere, ff.de rei vendi.Cotes per Luc.de Pen. in l. 1.
4 C.vt armo.vſus,lib. 11.†Practica certa iuſtius ſpecialis dari nõ poteſt,quia cauſa,perſona,locus,tempus, qualitas, quantitas, & euentus illam variare poſſunt,l.aut facta,ff.de pœn.ſed in iſto modo procedendi duo erunt fundamenta vniuerſalia.Primum,tenetur Præſes ſeruare ſolemnitates iuris gentium, quas poſuimus ſub Præd.ſubſt.quæſt.3.Secundum, debet reijcere ſolemnitates iuris ciuilis,vt dixi in Præd.Quando,quæſt. 1. & in Prædica.quant.q.8.

S V M M A R I V M.

1 *Contra auxiliatores exulum poteſt procedi ad modum belli.*

2 *Quid ſit auxiliator, & quotuplex, remiſſiuè.*

1 SECVNDVM. non ſolùm contra foraſcitos procedi poteſt ad modum belli, & militari modo,ſed contra eorum auxiliatores, vt dixi c.Relatio,q.1. quod per multas rationes, & iura hoc fuit probatum:quibus addo text.in l.3.ff. de offi.præfect.vigi.vbi poteſtas præfecti vigilum extenditur ad receptatores,& ad alios auxiliatores, & expreſsè hoc probatur 2.Reg.cap.8.vbi fuit motum bellum per Dauid contra Syriam Damaſc., eo, quòd ferebat auxilium ad Deſertum,hoc idem firmat Luc.de Pen.in d.l.1. C. vt armor.vſus,lib.11.num.23.ver.10.con-
2 tra.† Et in d.q.videbis, quid ſit auxiliator,& quot ſint eius ſpecies,& de pœnis auxiliatorũ in 1.q.iſtius Præd.

S V M M A R I V M.

1 *Poteſtas militaris comprehendit Pyratas.*

2 *Arbitrium conceſſum contra latrones, extenditur ad Pyratas.*

1 TERTIVM.cõprehendit quoquè poteſtas Pyratas, qui graſſantur in mari,Bart.in l. 1.in fin.C.de claſſic. lib. 11.
2 † Quia arbitrium conceſſum contra latrones,extenditur ad Pyratas,vt in cap.Reg.Prouiſa iuris ſanctio, vide Corſet.in ſingul.ver.iuriſdictio,cum cæteris per me allegatis ſub eo.Præd. Relat.q.3.circa finem.

S V M M A R I V M.

1 *Extenditur poteſtas ad cauſas præteritas,& pendentes.*

2 *Extenſio iſta ſit quòad modum procedendi,remiſſiuè.*

1 QVARTVM.extenditur iſta poteſtas ad cauſas foraſcitorum præteritas, & pendentes, declarando, prout
2 fuit dictum in d. q. 3. vbi firmaui. † Quòd iſta extẽſio ſit quòad modum procedendi, non autem quòad pœnam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Comprehendit poteſtas incidentia,emergentia,& dependentia.*
2 *Vnumquodque probatur,remiſſiuè.*

1 QVINTVM. comprehendit
etiam incidentia, emergen-
tia,dependentia, & conne-
xa,Bart.in tractat. ad repri-
men.ver.ſummariè,num.20. Vrſil.in
2 Afflict.deciſ.227.† Et vnumquodque
iſtorum ad plenum probaui in 2. q.
ſub eo.Prædicamen.Relat.

SVMMARIVM.

1 *Mouere bellum,ſpectat ad Principem.*
2 *Poteſtas mouendi bellum,eſt dilatata ad Præſides.*
3 *Bellum exulum,eſt proprium bellum.*

1 SEXTVM.licèt ſpectet ad ſolum
Principem mouere bellum, &
arma,l.3 ff.ad l.Iul. Maie. & l.
1.C.vt armorum vſus, lib. 11.
Guid.Papa deciſ.191.num.3.& 4. ſi-
uè Princeps ſit temporalis, ſiuè Ec-
cleſiaſticus, cap. qui culpatur, §. fin.
iuncta gloſ.in ver. Princeps 23. q. 1.
quod mouere non debent, niſi pro-
uocati,& iuſtis ex cauſis, vt latè per
Lancell. in templo omni. Iud. lib. 1.
cap. 1.§.3.tit.bella prouocatus,& per
2 Guid.Pap.in d.deciſ.† Tamen vigore
iſtius poteſtatis hodiè poteſtas iſta eſt
dilatata ad Præſides Prouinciarum,
qui poteruut contra foraſcitos ſem-
per bellum mouere,abſquè licentia,
& vti prerogatiuis iſtius belli,quibus
minimè vti poſſent cum iuriſdictione
3 ordinaria.† Et eſt proprium bellum,
quia capti efficiuntur capiẽtis; & per
capita illorum vel indultantur ca-
pientes,ſi ſunt rei, vel gaudent præ-
mio,virtute Regiorum bannorum, &
iſtud bellum habet ſuas leges mili-
tares contentas in bannis,ſicuti cęte-
ra bella,& quando leges dicũt, quòd
manu militari poſſunt exequi ſenten-
tiæ,vel quid ſimile fieri,vt in l.qui re-
ſtituere,ff.de rei vindica. non intelli-
gas, quòd ſit proprium bellum, ſed
improprium, in quo capti non effi-
ciuntur capientis, & illud mouere
poſſet Præſes iuriſdictione propria,
& poteſtate iuris,prout magiſtralitèr
declarauit Luc.de Pen.in d.l.1.num.
2.vſquè ad 4.C.vt armorum vſus.

SVMMARIVM.

1 *Præſes efficitur Capitaneus guerræ per poteſtatem.*
2 *An ſint Præſides ſubiecti Comeſtabulo.*

1 SEPTIMVM. ex quo Præſes ha-
bet poteſtatem militarem,& po-
teſt mouere bellum contra fora-
ſcitos, efficitur per iſtam poteſtatem
Capitaneus guerræ,ſeù Magiſter mi-
litum contra eoſdem, ità ſentit Bart.
in l.qui reſtituere; paulò poſt princi-
pium,ff.de rei vendic.nam qui habet
poteſtatem mouẽdi bellum, Dux bel-
li dicitur, de quo loquitur tex.in l.
conuentionum,in fin.ff.de pact. & in
l.officium,ff. de re mili. Regens exer-
citum vocatur, & iſtud ſpeciale in
terminis probat Capy.in deciſ.27.nu.
3.cuius creatio ad ſolum Principem
ſpectat,vt dicit Capyc.in d.deciſ. nu.
8.& eius officium conſiſtit in decem,
quæ enumerat text.in c.ius militare,
diſtin.1.& aliqua in d.l.officium,& la-
tè per Luc.de Pen.in l.tribuni, C.de
milit.lib.12.& per Ferret.de antiqui.
inſt.tit.de arma.ſecula.mili.per totũ,
& cùm iſtud bellum cõtra foraſcitos
ſit proprium bellum,& dixi ſupra in
6.ſpec.ipſi quoquè Præſides propriè
Capitanei guerræ dicuntur,& ſic vo-
cauit Collaterale Conſilium Domi-
num Comitem Vgenti in pluribus
2 literis Regijs.† Et forſan dici poterit,
quòd ratione iſtius poteſtatis ſunt
ſubiecti Magno Comeſtabulo; quia
omnes Capitanei ad Guerram,& cũ-
cti Officiales belli M. Comeſtabulo
ſunt ſubiecti, Luc.de Pen.in l. tã col-

lato-

latores, in ſi. C. eo. ti. Capyc. in d. deciſ. nu. 4. quam dignitatem hodiè habet Illuſtr. & Excell. D. MARCVS ANTON Colūna Iunior in iſto Regno, Dominus meus, & de iſto officio vide Frec. de ſubfeu. lib. 1. de offic. Mag. Comeſt.

SVMMARIVM.

1 *Præſes poteſt vocare Barones, & conducere militiam.*
2 *Maiores à prouiſionibus generalibus ſūt excepti.*

1 OCTAVVM. Sequitur ex præcedenti, quòd vigore iſtius poteſtatis poterit Præſes vocare Barones Prouinciæ, vt clarius declarauit. Prorex Comiti Vxenti per inſtructiones, & banna, vt in Cur. pr. Apr. fol. 127. ac etiam conducere militiam, & alia neceſſaria facere pro exequutione iſtius belli, Capyc. deciſ. 27. nu. 4. Luc. de Pen. &
2 alij relati in præcedenti ſpec. †De iure verò communi eſſet ſecus, quia Maiores perſonæ à prouiſionibus generalibus ſunt exceptæ, l. item apud labeonem, ſ. hoc. edictum, ff. de iniur. Aff. in Conſt. Vt dignitatum, ſed inconſulto Prorege hoc nō facias, quia vidi aliquas literas reprehenſiuas cōtra Gubernatores Prouinciarum, ex quo conduxerunt aliquos milites cōtra foraſcitos.

SVMMARIVM.

1 *Contra foraſcitos Præſes habet merum Imperium.*
2 *Quæ ſit hodiè iuriſdictio Capitaneorum.*

1 NONVM. Sequitur ex prædictis, quòd Præſes contra foraſcitos habet merum Imperium, quia Magiſter militum merum Imperium habet, vt dicit Franch. in dec. 88. & eſt tex. in d. l. tàm collatores, ſ. quoniā verò, & ibi Luc. de Pen. num. 26. & in l. 1. & 2. C. de offi. magiſt. mili. vide Capyc. deciſ. 27.
2 per totam † Iuriſdictio verò Capitaneorum hodiè eſt determinata per pragm. 2. de milit. verſ. *(che i delitti, & diſordini)* & in d. prag. deſignatur noua militia, & dantur inſtructiones, quid autem importet habere Imperium merum, recurrendum eſt ad l. Imperium, ff. de iuriſdict. omn. Iud.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt Præſes prouidere ea, quibus indiget iſtud bellum.*
2 *Regulariter abſquè licentia Principis non poteſt impendi pecunia Fiſcalis.*

1 DECIMVM. Non ſolùm iuriſdictionem habet in exules, ſed habet quoquè poteſtatē prouidendi ea, quibus indiget iſtud bellum, vndè poterit impēdere pecuniam Fiſcalem, eam accipere ſub vſuris, remunerare, & alia facere, exceptis quibuſdam reſeruatis Principi, vt ſingulariter conſuluit Bald. cōſ. 3. part. 5. Iaſ. in d. l. 1. nu. 11. in 2. & 4. limit. & Comiti Vxenti fuit data poteſtas impendendi ducatos duomillia, ſeruitio iſtius belli, vt in Cur. pri. Apru. fol. 127. Probatur quoquè iſtud ſpeciale per ſupra notata in Præd. Situs q. 4. concl. 4. †Regula-
2 riter verò abſquè licentia Principis non poteſt impendere pecuniam Fiſcalem, Bald. in l. 1. C. de prēb. ſala. lib. 10. & Iaſ. in loco prēallegato.

SVMMARIVM.

1 *Præſes cum foraſcitis poteſt facere treuguam, non pacem.*
2 *Non poteſt indultare, ſed guidare.*

1 DECIMVM primum, Præſes ex quo eſt Capitaneus ad guerram contra foraſcitos, poterit cum illis treuguam

K fa-

facere,ſed non pacem,per notata ſu-
pra in Præd.Quant.q.2.l.conuentio-
num,in fin.iuncta gloſ. ff. de pact. &
ibi Bart. expreſsè notat, & Ang. &
Caſtr. ibi tenent contrarium, idcircò
diſtinguendum eſt, vt per Luc. de
Pen.l.tàm collatores, num.3.lib. 12.
quod aut expedit hoc fieri ad com-
modum,& honorem eius,cuius bellũ
geritur,& tenet, quòd actum eſt per
ipſum,aut non expedit,& non tenet,
arg.l.pactum procuratoris,C.de pact.
& l.qui fũdum,§.tutor,ff.pro empto.
aut verò eſt dubium, & tunc ſi bona
fide facit, nec vlla prius malæ geſtæ
rei eius culpa pręceſſit,valet treugua,
arg.l.cùm plures,§.1.2.& 3.ff. de ad-
2 miniſtr.tut.† Ex prædictis ergò appa-
ret,quòd Præſes non poteſt indulge-
re foraſcitis, benè tamen poterit il-
los guidare,quia primum eſſet facere
pacem, ſecundum verò treuguam,
Bart.& Bald.in d.l.conuẽtionum, cũ
dictis ſupra in d.q.2.ſub Pręd.Quant.
& ideò conſultus reſpondidi Guber-
natori Prouinciæ Aprutij, quòd cum
Familijs de Iannectis, & Sabatutijs
non poterat ipſe facere pacem, nec
interuenire,donec inter ipſos ageba-
tur,& conſulto de hoc Prorege,dedit
licentiam,& fuerunt guidatæ,& paci-
ficatæ,ſed pax iſta facta timore Curię
parum durauit,oportet extirpare iſtas
Familias,quia non ſolùm inquietant
Regnum,ſed Statum quoquè Eccle-
ſiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Contra deſeruientes in iſto bello Præſes habet iuriſdictionem.*

2 *Modicum delictum in bello eſt Capitale.*

1 **D**VODECIMVM.Contra mi-
lites deſeruiẽtes in iſto bel-
lo habet quoquè iuriſdictio-
nem Præſes, & contra alios
ſimilitèr,qui quoquo modo attinent
ad bellum,vt ſunt Alguzerij, Magi-
ſtri actorum,Scribæ, & Miniſtri Iuſti-
2 tiæ.† Quos etiam pro modico capi-
talitèr punire poterit, Capyc.deciſ.
27.num.2.vbi dicit, quòd in bellicis
pro quolibet etiam modico imponi-
tur pœna capitis,hìnc videmus,quòd
qui rem prohibitam à Duce fecit,aut
mandata nõ ſeruauit, capite punitur,
etiam ſi res benè geſſerit,l.3.§. in bel-
lo,ff.de re milit. & qui Ducem in pe-
riculo deſerit,vel non protegit, cùm
poteſt, illo occiſo capite puniendus
eſt,d.l.3.§ fin.Item ſi quis deſerat ex-
cubias Palatij Ducis belli,eadem pę-
na damnatur,l.qui excubias,ff.eo.tit.
& in ſumma omnis contumacia con-
tra ipſum Ducem commiſſa per mili-
tes,capitalis eſt, & omne minimum
delictum capitale efficitur, vt in d.l.
3.& Luc. de Pen.In d. l. tàm collato-
res,num.2.& audito per Alexãdrum,
Damonem, & Thimotheum Mace-
dones per vim cognouiſſe fœminas
quaſdam, ipſos ſine venia, & miſeri-
cordia vlla interfici pręcepit,vt refert
Ferret.de antiqui.inſtau.tit. de milit.
iuſt.num.13.Peſſenius Niger Roma-
norum Dictator necari iuſſit milites
decem,qui pullum gallinaceum abla-
tum cuiuſdam Prouincialis comede-
runt,reſtituto decuplo pretio d. Pro-
uinciali, & quibuſdam pro eis inter-
cedentibus interdixit ignem, & cibũ
coctum, vt ibi num.2. Alexander ob
deſertionem cuſtodiæ,Orſoratem in-
terfecit,alias pœnas refert Ferret.in
loco allegato,quas vide, vt ſcias pu-
nire milites noſtros, qui maiori pęna
digni ſunt,quàm foraſciti, loquor de
malis,nam iſti milites ſecuri graſſan-
tur in Terris, Foraſciti ſaltim cum
periculo in Campanea.

S V M M A R I V M.

1 *Præſes poteſt vti brachio militari pedeſtri,& equeſtri.*

1 **D**ECIMVM tertium. Contra
iſtos foraſcitos poteſt Præ-
ſes vti brachio militari, tàm
pede.

pedeſtri,quàm equeſtri,l.2.§.fin anté,
C.de his,qui latro.& in §. ſed etiam,
ꝓ vbertate,in authen.de mád. Princ.
& ità de facto fuit ſeruatum in Prouincijs
Aprutij, & obſeruauit Princeps,vt ſupra in d.q.3. ſub præd.Sicus,num.3.
& mihi conceſſa fuit iſta poteſtas per multos Preſides:cautius
erit,habere licẽtiam à Principe,quia non ſemper hoc approbat.

SVMMARIVM.

1 *Perſecutores exulum poſſunt portare arma prohibita.*
2 *Regulariter Præſes non poteſt concedere licentiam portandi arma.*

1 DECIMVM quartum. Poteſt Princeps pſecutoribus exulum dare licentiam portandi arma prohibita,vt in prag.7.de armis, quæ licèt loquatur ſolummodò de Capitaneo Campaneæ, & Socijs, ac de Fratribus iuratis, tamen idem dicendum erit in alijs, qui deſtinantur,ſeù conuocantur ad perſecutio-
2 nem iſtorum:† Nam licèt Præſes nõ poſſit concedere portationem armorum prohibitorum, vt firmauit Luc. de Pen.in l.1.num.45.C. vt arm. vſus lib.11.& prag.3.eo.tit.de arm. tamen ex cauſa poſſunt concedere, & nulla cauſa poterit eſſe magis neceſſaria, quàm iſta,Luc.de Pen.in d.l.1.Iſer. in Conſt.Caſtellanis, Caſſa.in Conſuet. Burgun.rub.1.nu.100.& ità obſeruatur, quia milites ad perſecutionem foraſcitorum vtuntur armis prohibitis.

SVMMARIVM.

1 *Pro delictis factis in Statu Eccleſiaſtico poteſt procedi ad modum belli.*
2 *An Iudex delicti teneatur remittere.*
3 *An delinquens extrà territorium puniatur pœna ſtatuti originis,remiſſiuè.*

1 DECIMVM quintum. Nõ ſolùm pro delictis commiſſis in Prouincia, ſed etiam pro delictis commiſſis in Statu Eccleſiaſtico vigore nouæ capitulationis factæ inter Papam,& Proregem, in qua diſponitur,quòd ſubditi Regis delinquentes in Statu Eccleſiaſtico perinde puniri poſſunt ab Officialibus Regijs, ac ſi deliquiſſent in Regno, & è contra ſubditi Eccleſiæ pro delictis commiſſis in Regno poſſunt puniri à Miniſtris Eccleſiaſticis, & vnus alteri tenetur remittere,vt apparet in ordinationibus contra foraſcitos in Cur.
2 3.fol.283.& ità ſeruatur.† Et hoc eſt ſpeciale,quia de iure communi Iudex delicti præfertur omnibus, & non ſolùm non tenetur remittere; ſed ab alijs petit remiſſionem, ſ.ſi verò qui comprehenſorum,in authen. vt nulli Iud.Bart. Bald. & cæteri in l.1.C. vbi de crim.agi.opor.Cyn.in authen.qua in prouincia,eo.tit.& iſta eſt communis opinio,Cæpol.in conſ.crimin. 58. nu.1.ver.& videtur dicendum,& non ſolùm procedunt prædicta, quando loca,& Officiales ſunt ſub eodẽ Præſide,ſeù Superiore; ſed etiam ſi dominia fuerint diſtincta, Cæpol.in eo. conſ.licèt de conſuetudine non fiant iſtę remiſſiones à Iudicibus non ſubditis eidem Superiori, Bald. & Caſtr. in d.l.1.C.vbi de crim.agi opor.Cępo. in eo.conſ.Gramm.deciſ.16. num. 3. cum allegatis per Clarũ in prax.crimi. q.38.verſ.ſed certè,& verſ.hoc tamẽ, vbi ex mente aliorum dicit,iſtam eſſe communem opinionem, tàm iuris ciuilis, quàm iuris canonici, & Couar. pract.qq.cap.11.nu.10.dicit,quòd iſta ſententia eſt communiter recepta à toto Orbe Chriſtiano in vſu, & praxi, quò verò ad alia Regna ſubiecta eidem Regi noſtro, diſponitur ꝑ prag. 3.& 6.vbi de delic.qu.con. quòd delinquentes tranſeuntes ad Regnum Siciliæ vltrà farum remittantur ad
3 ſuos Iudices competentes: † An delinquens extrà territorium puniatur pęna ſtatuti originis,Marſi.de bãnit.verſ.delictis,nu.88. & ità ſeruatur de tranſeuntibus ad Regnum Siciliæ citra farum. K 2 SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Exules abſquè licentia poſſunt capi, & perſequi.*

2 *De iure communi requirebatur licētia.*

1 DECIMVM ſextum. Abſque licentia, ex quo bellum eſt indictum contra ipſos, poſſunt capi, & perſequi, Bald. in l. 1. in fin. ff. de iuſt. & iur. Alex. ad Bart. in l. ſi quis, §. fin. ff. de adim. leg. Ang. in tract. malef.
2 ver. fama, num. 65. † ſed de iure communi requirebatur licencia, l. 1. & 2. C. quando lic. ſi iud gloſ. & *Doct.* in l. fin. C. de exhiben. reis, Hipp. Marſi. in tract. ban. in ver. capti, num. 51. & ad plenum de captura reorum Gomez in tom. 3. tit. de capt. reorum.

S V M M A R I V M.

1 *Pro retentione exulum nemo committit priuatum carcerem.*

1 DECIMVM ſeptimum. Retinens iſtos foraſcitos in domo vltrà 20. horas non committit priuatum carcerē, Alberi. in tract. ſtatu. q. 95. Foller. in pragm. de foriudicat. num. 24. & ideò dixi, quòd quidam de Fabritijs de Terra Roſciani, qui detinuerant quendam Tonnum Turris maioris publicum foraſcitum, nō poterant moleſtari: ex quo animo cōſignandi Curiæ eum receptauerunt: prout mihi conſignarunt, & ipſum trahere feci ad caudam equi per Terram Montis Odoriſij, & in partes diuidere, laqueo ſuſpenſo.

S V M M A R I V M.

1 *In omni loco exules poſſunt capi.*

2 *Captura debet eſſe cum certis conditionibus, aliàs ſunt reſtituendi.*

1 DECIMVM octauum. In omni loco, tàm profano, quàm Eccleſiaſtico, tàm in territorio ſubiecto Præſidi, quàm extrà, vſquè ad centum milliaria, & cum certis conditionibus poterit Præſes capere, & perſequi iſtos foraſcitos: vt in Præd. Vbi, q. 2. enormitas enim delicti operatur, vt non ſint ſecuri in aliquo loco, ſed poſſint vbiquè capi, & puniri, l. vnica, C. de rapt. virg. cum alijs allegatis per Marſ. in tract. ban. ver. atro-
2 cioribus, nu. 6. † Et ſi aliter capti fuerint, liberandi ſunt, dico in loco Eccleſiaſtico, c. ſæpè, de reſti. ſpoliat. Bar. in l. præſenti, §. 1. in fin. C. de his, qui ad Eccleſ. conf. Montel. in pra. arbitr. par. 6. q. 2. num. 20. & reſtituti, ſeù liberati non poſſunt ſtatim capi, nam debet eſſe libertas talis, quòd pro tūc difficilis ſit perſecutio, & captio, Bar. in l. 1. §. omnia, in fin. ff. de acquir. rer. dom. quem refert, & ſequitur Montel. in cit. loco.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſunt foraſciti contumelijs affici, & verberari.*

2 *Per capturam expirat licentia verberandi.*

1 DECIMVM nonum. Iſti foraſciti poſſunt cōtumelijs affici, dùm capiuntur, & impunè verberari, Bar. in l. nec in ea, ff. de adult. Felin. in d. c. quæ in Eccleſiarū, nu. 14. in fi. Cotes per Alex. ad Bar. in d. l. lit. d. & ſi ſe defendunt, occidi poſſunt, Bal. conſ. 62. Marſ. in tracta. Ban. ver. ab of-
2 fenſis, num. 22. † Sed poſtquàm capti ſunt, donec ducuntur ad Curiam, non eſt amplius licitum: quia per capturā expirat licentia iniuriandi, Marſi. in eo. tract. ver. capti, nu. 12. cum alijs allegatis per Feli. in c. cum iuramento, de homic. volunt. & ad quæ ſe extendat poteſtas iſta, quòd poſſint contumelijs affici, & verberibus cedi, vide Luc. de Pen. in l. 1. C. de priuileg. ſchol.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Etiam in bonis poſſunt deprædari exules.*
2 *Qualitèr intelligatur prædictum notabilis.*
3 *Cui ſint conſignanda reperta penes exules.*

1 VIGESIMVM. Non ſolum contumelijs affici poſſunt in per-
ſona, ſed in bonis quoquè, quę
2 penes ipſos repetiuntur, nam & de-
prædari, & impunè afferri poſſunt, &
efficiuntur capientis, Feli. in c. quæ in
Eccleſiarum, nu. 14. ver. no. a. de Cõſt.
Boſſ. in tit. ban. quid amit. num. 9. Bar.
in l. vt vim, nu. 2. ff. de iuſt. & iur. & l.
1. ff. de aleæ luſu, & alea, quem dicit
eſſe meliorem de iure Bal. in l. fi. num.
4. C. ſi cont. ius, vel vtil. pub. Marſi. de
ban. verſ. mortui, nu. 125. & ratio eſt,
quia in iſto bello, ſicut in alijs bona
hoſtium licitè capi poſſunt, Franc. de
Aret. in l. 1. ff. de acq. re. dom. Bar. in l.
naturalitèr, §. item quæ ex hoſtibus,
ff. eo. cum cęteris allegatis per Ferret.
de antiq. inſt. tit. de iuſt. & iniuſt. bel.
2 nu. 178. † Sed prædicta intelligas in
continenti, ſi deprędetur, & ſpolietur,
ſecus verò ſi ex internallo; quia tunc
nec furari, nec minus ſpoliari poteſt,
Caſtr. cõſ. 33. in fin. Felin. in d. c. Nell.
de ban. in 2. par. 3. temp. nu. 3. Marſil.
de ban. ver. incontinenti, num. 19. vbi
referens Bald. dicit, quòd derobans
bannitum mortuum, debet furca ſu-
ſpendi, ſicut famoſus fur, & ità obſer-
3 uatur. † Et boni milites reperta pe-
nès foraſcitos conſignant Præſidi, vel
Commiſſario, ad quos ſpectat æqua-
litèr ea diuidere inter capientes, ſe-
cundum perſonarum qualitates, c. di-
cat aliquis 23. q. 5. c. ius militare, diſt.
1. Bar. in d. §. item, quæ ex hoſtibus. Itē
intelligas in bonis mobilibus, non
autem in bonis immobilibus, *Bar. in*
eo. §. ſuper quibus aliqua dicemus
ſuo loco.

S V M M A R I V M.

1 *Foraſciti poſſunt impunè occidi.*
2 *Declaratur, qualitèr procedat.*
3 *De iure communi banniti non poſſunt impunè offendi.*

1 VIGESIMVM primum. Tàm vi-
gore poteſtatis, quàm Regiorũ
bannorum poſſunt iſti foraſci-
ti impunè occidi; quia effecti ſunt ho-
ſtes publici, Marſ. conſ. 11. cap. cum
homo, & ibi glo. 1. in fin. 23. q. 5. Doct.
communitèr in l. 1. & 2. C. quan. lic. ſi.
iud. Par. de ſyn. ver. latro, num. 2. & ob
publicam vtilitatem lege, & ſtatuto
id permitti poteſt; Doct. communiter,
& præſertim Bar. in l. omnes populi,
q. 3. & in l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. Af-
flict. in Conſt. Pœnam eorum; Cotes
per Iaſ. in l. ſi plagiarij, num. 2. ff. de
ver. oblig. Marſ. de bann. verſ. mortui,
num. 20. Boſ. tit. Banniti quid amittāt,
Cæpol. conſ. 8. & iſta eſt magis com-
munis opinio, Clar. in §. homicidium,
ver. plerunque, faciunt allegata ſupra
in 1. Spec. & pro regula hoc firmat Fe-
lin. in cap. quæ in eccleſiarum, num. 3.
de Conſt. vbi ponit multas limitatio-
nes, quòd homicidium permittitur
etiam aliquando à iure Diuino 25. q.
vlt. cap. occidit, Cotes per Marſi. de
2 ban. verſ. mortui, nu. 124. † Et prædi-
cta intelligas, donec ſunt in capiēdo;
nam poſtquàm capti ſunt, non poſſũt
occidi, quia nec in bello licito hoc li-
ceret, Marſ. in l. 1. nu. 7. de ſica. ſuprà
in ſpec. 19. & expreſsè firmat Alci. de
3 verb. ſigni. l. pupillus, §. 1. † De iure
verò communi banniti non poterant
impunè offendi, Bart. in l. vt vim, in
princ. ff. de iuſt. & iu. de cõmuni Clar.
in d. loc. quia dicto iure non ſunt ho-
ſtes publici, vt latiùs in ſpe. 63. & ibi
vide.

S V M M A R I V M.

1 *Occidentes exules, nec tenentur pœna æterna.*
2 *Non procedit, ſi ſtat vindicta.*

1 VI-

1 VIGESIMVM ſecundum. Et nõ ſolùm occidentes non tenentur pœna temporali; ſed nec pœna æterna, Felin. in cap. quæ in eccleſiarum, num. 14. de Conſt. cum allegatis per Carau. in prag. 1. de exul. num. 91. & licèt nonnulli tenuerunt, iſtos teneri pœna ęterna, quia ſtatutum in temporalibus, tantummodò poteſt diſponere, Marſi. in l. patre, vel marito, nu. 6. de quęſt. qui refert alios, quem ſequi videtur Foll. in pragm. de foriudi, num. 3. tamen prima eſt communis opinio, Carau. eo. in loco, & reſpondet fundamentis contrariæ opinionis in num. 83. & ratio poteſt eſſe, quia occiſores efficiuntur Miniſtri iuſtitiæ, & ideò pœnam non merentur,
2 cap. reos in fin. 23. quæſt. 5. † Et contraria poſſent habere locum, quando vindicta, ſeù cupiditate, & non zelo iuſtitiæ occiderent, Nell. in tractat. bann. in 2. part. 2. temp. quæſt. 11. Felin. & Carauit. in locis allegatis, *Boſ. vet. ban. quid amitt. num. 4.*

S. V. M M A R I V M.

1 *Poteſtas occidendi extenditur ad Clericos contra Laicos & è contra.*
2 *Per ſolam præſentationem banni debẽt caſſari acta à Curia Epiſcopali.*
3 *Requiſita in primo notabili.*

1 VIGESIMVM tertium. Poteſtas iſta occidendi foraſcitum extenditur ad Clericos contra Laicos, & ad Laicos contra Clericos foraſcitos. De primo Marſi. conſ. 11. per totum, & declarat, hoc procedere quòad pęnam tẽporalem, non quòad Irregularitatem, probatur quoquè, quia de iure diuino fuit permiſſum homicidium contra malos, & improbos, etiam per manus Sanctorum Patrum: Moyſes occidit Egyptium malignantem, cap. non inferenda 23. q. 3. Helyas manu, & igne diuinitùs impetrato multos morte affecit, cap. ea vindicta, verſ. inde eſt 23. q. 4. Verbis Petri Apoſtoli Ananias, & Vxor eius exanimes ceciderunt, & ſepulti fue-
2 runt, vt in fin. d. cap. † Et per ſolam præſentationem banni tenetur Curia Epiſcopalis deſiſtere à proceſſu inchoato, & caſſare omnia acta, Marſ. in fin. d. conſ. per Bart. in l. vbi pacta, nu. 10. C. de tranſ. De ſecundo Anto. de Nigris in cap. miſericordiam, nu. 21.
3 Marſi. in d. conſ. 11. num. 14. † Et intelligunt, duobus concurrentibus. Primum, quòd ignorent, occiſum fuiſſe Clericum, Secundum, quòd Clericus effectus fuiſſet incorrigibilis, & diſrobator ſtratarum, & Anto. de Nigris in d. c. refert, fuiſſe quẽdam indultatum per capturam cuiuſdam Clerici, qui erat Capud foraſcitorũ, & licèt Marſ. in rub. de fideiuſ. firmet contrarium in num. 118. tamen placet mihi prima opinio, & cum diſtinctione Carau. in d. pragm. 1. de exul. num. 113. reſponderi poteſt Marſi. & al. js eum ſ. quentibus, vel dicas, quòd opinio aliorum non conſiderat iſtas duas qualitates ſuprà poſitas.

S V M M A R I V M.

1 *An poſſint foraſciti occidi proditoriè, & cum armis prohibitis.*
2 *Firmatur opinio affirmatiua quòad proditionem.*
3 *Firmatur opinio affirmatiua quòad arma.*

1 VIGESIMVM quartum. Poteſt occidi foraſcitus etiam proditoriè, ſiuè cum armis prohibitis. De primo Nell. in tract. ban. 2. par. 2. temporis, q. 12. qui dicit, hoc eſſe verum, etiam de ſtricto iure, & Clar. in §. homicidium, verſ. ſed an licebit dicere, q. ità ſeruatur, & Foller. in prag. de foriud. firmat, quòd ſtatutum permittens occidi bannitos, ſemper fuit interpretatum à Sapientibus, vt liceret quoquè per pecuniam, & odium particulare, Contrariam opinionem, quòd non ſit licitum occidere proditoriè,

tenet

tenet Ang.ad Bar.in l.fin.C de delat.
lib. 10.qui dicit,ità fuiſſe practicatum
Peruſij,Marſ.ſing.16.& in rub.de ſic.
nu.12.cum cæteris allegatis per Ca-
ra.in pragm.1.de exul.num.32.& per
Boſ.tit.ban.quid amit.nu. 1. & Clar.
co.in lo.dicit,quòd prima opinio fuit
cõmuniter reprobata:ſed tene primã
2 duabus rationibus †Prima,quia ban-
na probant,in quibus dicitur,quòd ſit
licitum occidere omni meliori mo-
do,ergo etiam proditoriè, vt dixere
Cara.& Foller.in citatis locis. Secun-
da,quia iſti ſunt declarati proditores,
& proditorio modo occidi poſſunt,vt
ſupra in ſpec.88.in fin.& ità ſeruatur
in practica, de Armis prohibitis eſt
doctrina Nell.in tract.Bann.in 2.par.
2.temp.q.48.qui diſputat hoc ad par-
tes,& tandèm concludit, quòd eſt li-
citum occidere bannitum,etiam cum
armis prohibitis.tàm in eundo ad oc-
cidendum,quàm in redeundo, dum-
modò non adſit magnum interuallũ.
Contrariam opinionem tenet Foller.
in prag.de foriud.nu.17.Cara.in prag.
1.de exul.nu.103.rationibus, de qui-
3 bus per ipſos. † mihi placet prima
opinio,per verba generalia bãni: quę
permittunt,quocunquè modo,& for-
ma poſſe occidi, quæ generalitas cõ-
prehendit omnes modos excogitabi-
les,reales,& perſonales, directos, &
indirectos,glo.in ver.quomodolibet,
Clemen.2.de ſent.excõm.Marſ.conſ.
80.num.37.38.& 39.& denorant exu-
berantem voluntatem ſtatuẽtis,Dec.
conſ.137.num.1.circa medium,Pariſ.
conſ.25.num.18.vol. 2.& ideò non
ſunt reſtringenda, vt non ſit licitum
occidere cum armis prohibitis.& ſe-
cundùm iſtam opinionem bis fuit iu-
dicatum in Curia Epiſcopali Thera-
mi,in fauorem quorundam Vaſallo-
rum d.Curiæ, qui occiderunt banni-
tum cum armis prohibitis, & etiam
aſſociati ab alijs bannitis, & fuerunt
liberati.

SVMMARIVM.

1 *An ſubditus poſſit occidere ſuum Supe-
riorem bannitum.*
2 *Concordantur opiniones.*
3 *Idem diſponitur in Conſanguineis, & Superioribus.*

1 VIGESIMVM quintum.Subdito
quoquè licitum erit occidere
ſuum Superiorem bannitum, ſiuè ſit
ſubditus ratione patriæ poteſtatis, vt
filius,ſiuè dominicæ poteſtatis, vt ſe-
ruus, & vaſallus, aut ratione matri-
monij, vt vxor, vel ratione profeſſio-
nis,& ordinis,vt Monacus,Bar. in l.ſi
adulterium,§.liberto.ff.de adult.Co-
tes per Apoſt.Alex in d.l.idem Bart.
in l.minimè,ff.de relig.& ſumpt.fu-
ner.& iſta eſt communis opinio Clar.
in §.homicidium,ver.ſed hic quæro,
Contrariam opinionem tenet Foller.
in prag.de foriud.num.13.Carau.de
exul.prag.1.num.158.Marſ.de bann.
ver.læſæ Maieſtatis,num. 8. idem in
ſin.210.incip.iura ſanguinis, & per
multa iura,& rationes ſecundùm iſtã
opinionem conſuluit Cæpol.conſ.5.
& in num.26.dicit,iſtam eſſe veriorẽ,
2 & tutiorem,& videtur communis. †
Sed Feli.in cap.quæ in eccleſiarum,
num.5.de Conſt.concordat iſtas opi-
niones,dicens,quòd prima opinio te-
nenda eſt,facto homicidio, ſecunda
antè factum,quia negari non poteſt,
quin non ſit crudele,& impium occi-
dere prædictos;ſed prima ſeruatur de
facto,& vigore Regiorum bannorum
hoc eſt permiſſum ſub verbis genera-
libus,poſitis in illis,vt in pręced.ſpec.
3 † quod intelligas etiam in coniunctis
ratione ſanguinis, vt ſunt fratres, &
cæteri conſanguinei, ac etiam idem
dicas,licere Superioribus in ſubditos,
vt concludunt dicti Doctores.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus reſtitutus,ſed nondùm cancel-
latus poteſt occidi.*
2 *Materia reſtitutorum,remiſſiuè.*

1 VIGESIMVM ſextum. Si fora-
ſcitus,ſeù bannitus fuerit reſti-
tutus,ſed nondùm cancellatus à ban-
no,adhùc poterit impunè occidi, niſi
probaretur de ſcientia occiſoris; qui
ſciret,bannum fuiſſe remiſſum, Bald.
in l.labeo,§.1.in fin.ff.de pact.qui dat
cautelam,vt ſtatim facta ſolutione fa-
cias eum cancellari de libro bannito-
rum,idē Bald.in l.de ætate, §.ex cau-
ſa,ff.de interogat.acti.ſubdens, quòd
iſta eſt ipſa veritas;Iſtam opinionem
tenet Iaſ.in l.ſi crediroris,C.de fidei-
comm.& licèt nonnulli tenuerunt cō-
trarium,quos refert Iaſ.in dict.l.tamē
cum Bald.eſt communis opinio, de
qua teſtatur Boſſ. in tit. Bannit. quid
2 amit.nu.3.† Materiam reſtirutorum,
& quid recuperant reſtituri, vide
Maiſi.de bann.ver.reſtiturorum.

S V M M A R I V M.

1 *Homicidium exulum nō rumpit pacem.*
2 *Guidatus repertus cum foraſcitis poteſt occidi.*

1 VIGESIMVM ſeptimum.Homi-
cidium non rumpit pacem,nec
quòad pęnam banni, nec quòad pœ-
nam conuentionalem, ſiuè fuerit fa-
cta pax antè,ſiuè poſt bannum. De
primo Barr.in l.eleganter,§.fin. ff.de
pign.acti: idem Bart. Alex. & Iaſ. in
leg.qui ſeruum,ff.de verb.oblig.& in
hoc concordant omnes,Bald.in l. iu-
riſgentium,§.ſi paciſcar, ff.de pact.de
communi Iaſ.in d.l. qui ſeruum, nu.
5. De ſecundo; videlicèt de pace fa-
cta poſt bannum,Bart. in quæſtione
Lucanæ Ciuitatis, qui arguit ad par-
tes,& randèm concludit, quòd non
rumpatur pax,Iaſ.in l. conuētionum,
num.2.ff.de pact. & irà fuiſſe iudica-
tum Florentię dixit *Bald.*in d.§.ſi pa-
ciſcar,& ratio vtriuſquè eſt, quia of-
fenſio non dicitur fieri,vbi nulla pœ-
na reſultat,Corne.conſ. 104. nu.4. &
5.& conſ.175.num.5.in fin.vol.1.Ca-
2 ſau.in pragm. 1. de exul.num. 127. †
Et ſi inuenerit foraſcitum guidatum
in comitiua foraſcitorum non guida-
torum,poteſt eum occidere, & non
frangit guidaticum,Nell. in 2.part. 2.
temp.q.15.num.15.Foller.de foriud.
num.21.

S V M M A R I V M.

1 *Exules capti in iſto bello poſſunt venundari.*
2 *Statutum,quòd capiens bannitum efficiatur eius Dominus,valet.*

1 VIGESIMVM octauum. Cùm
iſtud bellum contra foraſcitos
iuſta ex cauſa indictū ſit,vt in 1. ſpec.
ſequitur,quòd foraſciti capti venun-
dari poſſunt, prout de captis in alio
bello hoſtium,dicit tex.in §.ſerui,cum
glo.Inſt.de iu.perſon l.transfugam,
cum glo.ff.de acquir. rerū dom. Fer-
ret.de anti.inſt.tit.de iuſt.& iniuſ.bel.
nu.176.quod intelligendum eſt, non
prout fit in bello hoſtili, ſed ſeruata
lege iſtius belli,quæ eſt poſita in duo-
bus bannis Regijs, vbi diſponitur, quod
capientes iſtos foraſcitos, ſi ſunt de-
linquentes,poſſunt indultari de ſuis
delictis,Sin autèm poſſunt vendere
capud, & gaudere præmio, ſeruatis
quibuſdam ſolemnitatibus, de qui-
bus ibi,& ego enumeraui in 3.q. ſub
Prædic.Quantitat.& ſic aliquo modo
verificatur,quòd capti efficiuntur ca-
pientis,ſaltim quòad commodum;nā
viuum eum tanquàm ſeruum retine-
re non poſſet,tot.tit. C. nè Chriſtianū
2 mancip.† Et ſtatutum, quòd capiens
bānitum,efficiatur eius dominus, va-
let,Felin.in c.cùm omnes, col. 2.de
Conſt.*Boſ.*in tit.ban. quid amittant,
num.9.in fin.

S V M M A R I V M.

1 *Odium exulum extenditur ad conſanguineos.*

1 VIGESIMVM nonum. Odium
iſtorum exulum extenditur ad
eorum

eorum conſanguineos, qui reſpectu ipſorum poſſunt diſterrari,& exulare debent,ſupra q.2.iſtius Prædic. & ibi enumerantur quædam aliæ perſonæ, quæ ſimilitèr diſterrari poſſunt pro bono regimine,& adſunt remedia ad euitandum diſterrum.

SVMMARIVM.

1 *Extenditur prædictũ odium ad amicos.*
2 *Declarantur prædicta.*

1 TRIGESIMVM. Affligit quoquè amicos ipſorum exulum; Nam Prorex mandauit Comiti Vxenri, vt ipſos exularet, vt in Cur. pri. *Aprut.* 2 fol. 159.† Verùm diſtinguendum eſt, quòd aut amicitia fuit contracta antè bannum,& non continuata poſt bannum,& iſto in caſu non loquitur bãnum,quia non debet pro delicto alterius prægrauari,cap.non debet aliquis,de regul. iur. in 6.pro qua opinione allegat ſex deciſiones Iaſ. in leg.ſi quis in ſuo,§.legis autem, C.de inoff.reſt.niſi in aliquibus caſibus,poſitis per Iaſ.ibi,& per gloſ.mag.in ſũma 1.quæſt.4.& niſi obſtarent amicis præſumptiones, recitatæ in queſt. 2. huius Prædic.aut amicitia eſſet continuata, vel cœpta poſt bannum, & poſſunt exulari,leg.vim paſſam, ſ mulierem,ff.de adult.Sarm.ſelec. interp. q.1.num.10.probáta magna,& intrinſeca amicitia, Marſi. conſ. 74. numero 14.

SVMMARIVM.

1 *Animalia bruta occaſione exulum patiuntur.*
2 *In enormibus animal brutum poteſt puniri.*

1 TRIGESIMVM primum. Animalia quoquè bruta ratione ipſorum exulum, quodammodò patiuntur;nam voluit Prorex,quòd pecudes poſſint reduci propè loca habitata,vt in illis Cuſtodes poſſint victum ſumere dietim,ad tollendum occaſionẽ iſtis foraſcitis,nè alentur pane illorũ, & nè ad eos accedant, vt in Cur.pri. 2 Aprut.fol. 127. & hoc eſt ſpeciale. † Quia licèt propter enorme crimen animal brutũ puniatur, c.mulier 15. q.1.Marſi.in prax.crim. §.diligentèr, num.167.tamen intelligitur, quando animal eſt contaminatum in delicto, tunc enim ſi non propter culpam, ſaltem propter memoriam facti punitur,d.c.& ratio iſtius Spec. eſſe poteſt, pro faciliori executione iſtius belli,& captura exulum, quorũ cauſa multa licita ſunt Capitaneo ad guerram, nam tempore belli, & neceſſitatis poſſet Eccleſiam incaſtellare, Luc.de Pen.in l.ſi diuina, C.de exact.tribut.lib.10. Capyc. deciſ. 27. num.6.faciunt dicta ſupra in ſpec.ro. hoc tamen fuit ſolùm permiſſum per quatuor menſes.

SVMMARIVM.

1 *In generali delegatione non venit confiſcatio bonorum.*
2 *Vigore poteſtatis an poſſint bona exulum confiſcari.*

1 TRIGESIMVM ſecundum. Licèt regularitèr in generali delegatione non veniat confiſcatio bonorum,niſi fuerit crimen læſæ Maieſtatis,Alex.conſ.13.num.5. vol. 6. Bald. in l.fin.ff.de offic.præfect.vigil. Cotes per Marſi.de bann.ver.bono. num.4. imò nec damnatio ad mortem operatur confiſcationem bonorum,niſi expreſsè in ſententia capitali publicentur,vel niſi expreſsè à banno, vel ſtatuto dicatur,Doct.in auth.bona damnatorũ,C.de bon.damn. Stepha. Aufrer.in deciſ.Thol.150.Marſi.in tract. bann.ver.confiſcata,num.2.& 3.& eſt communior opinio,Boſſ.in tit. bann. 2 quid amit.num.10.& 11.† Tamen vigore arbitrij conceſſi Præſidi per poteſtatem militarem, bona immobilia

iſtorum poſſunt confiſcari, Rolan. à Val.conſ.16.num.29.quia exules per poteſtatem militarem, & banna Regia effecti ſunt hoſtes publici, & rebelles, quorum bona ipſo iure Fiſco applicantur,pragm.1.de bon. prodir. & effecti ſunt verè foriudicati Regiæ Curiæ,ob lapſum 10.dierum, in quibus ſe non præſentarunt,ſecundùm formam eorundem bannorum, quo caſu deficientibus aſcendentibus, & deſcendentibus Fiſcus ſuccedit,vt in Cõſtitu.Foriudicatorum bona, etiam quòad bona exiſtentia extrà territorium, declarando, vt per Alex. conſ. 31.num.5.vol.1.Carau.in rit.132.vide Bart.cum Apoſt.in l.1.num.51.C. de ſumm.trin.& fid.cath.ſed Collaterale Conſilium noluit hoc concedere huſcuſquè.

SVMMARIVM.

1 *Domus exulum poſſunt deſtrui.*
2 *Hypothecata quoquè deſtrui poſſunt.*
3 *An domus communis deſtrui poſſit.*

1 TRIGESIMVM tertium. Odium iſtorum foraſcitorum nocet etiam rebus inanimatis, quæ delinquere non poſſunt,§.oportet autem, in authen.de man. Princip. nam domus iſtorum poſſunt deſtrui per Pręſidem, l.ſi is,cum quo, ff.comm.diu. cap.fęlicis,de pœn.lib.6.ibi fiant habitationes eius deſertę,vt non ſit,qui eas inhabitet,dentur cuncta eius ędificia in ruina, & ità ſeruat conſuetudo Italiæ,Boer. deciſ. 230. Nonnulli verò tenuerunt contrariam opinionem,per tex.in l.cætera, §.hoc Senatus,ff.de leg.1.& l.nutu, §.fin.de leg. 3.& dixit Anto.de Nigris in cap.Reg. nupèr apud Tranum, num.82. quòd iſta eſt veritas, ſed prima opinio ſeruatur de conſuetudine,immò eſt verior de iure, quia allegata pro alia opinione procedunt ſolummodò in contumacibus ſimplicibus, & non in graſſatoribus Campaneæ, rebellibus, & foriudicatis,Anto.de Nigris d.cap. qui ponit etiam practicam, vt capta informatione,quòd illa eſt domus foraſciti,inſtet Fiſcus,eſſe deſtruẽdam, & deindè pronuncietur,fore, & eſſe deſtruendam, faciunt etiam notata per Bart.in l.Atilheius,§.de eo,ff.de aqua pluui.arcen.& ità ſeruauit Carolus Gambacorta, qui deſtruit domum Iulij Cæſaris Roſalis in Terra Colõnellæ, & approbauit Prorex per literas Cancellariæ, vt in Prouinc. Aprut.fol.77.& tandèm Prorex mandauit Comiti Vxẽti,quòd Turres foraſcitorum Aprutij, & eorum Caporalium deſtrueret, vt in Cur. prim. Aprut.fol.127.ſed quia Principes nõ ſemper laudant deſtructiones domorum,dicerem, quòd prius certiorandus eſſet Prorex de valore domorum, & de cauſis, quibus mouetur ad deſtructionem earum, & ità fuit reſcriptum Gubernatori Prouinciæ Aprutij,qui prætendebat deſtruere domus foraſcitorum de Iãnectis,Sabatutijs, & aliorum, vt in Cur.pri.Aprut. fol.

2 55.† Nõ ſolùm proprias domus iſtorum liberas,ſed alteri quoquè hypothecatas,& venditas deſtruere poterit,Hippol.Bonac.in ſuis quæſt. crim. in ver.deſtructio domus, per tex.in l. Senatus,ff.ad Syllan. & quòd ità de facto ſeruatur,dixit Clar.in pract.cri-

3 min.q.82.ſtat.8.† Et communẽ quoquè domum cum alijs poterit demoliri, Philip.Franc in cap.fęlicis, de pœn.in 6.Ant.de Nigris in d.c. apud tranum,nu. 83. & an hoc ſit ſimplicitèr verum,vide Corſer.in ſing.ver.cõmunitas,Sed quando adeſt intereſſe Fiſci,cautius erit conſulere Principẽ.

SVMMARIVM.

1 *Domus receptatorum poſſunt deſtrui.*
2 *Declaratur,qualitèr procedat.*

1 TRIGESIMVM quartum. Domus etiam receptatorum deſtrui poſſunt,l.1.§.Domini, C.de his, qui

qui latr. & de pa. tenen. & iur. firman.
§. receptatoribus, iuncta gloſ. in ver.
deſtruatur, & Prorex mandauit Gu-
bernatori Prouinciæ Aprutij, vt de-
ſtrueret quandam palumbariam, exi-
ſtentem propè Amatricem, ſi erat ve-
rum, quòd ibi receptabantur Alexan-
der Paulinus, vnus ex exceptuatis, &
2 ſocij. † Quod intellige, duobus con-
currentibus, ſcientia receptantis, &
quòd potuerit prohibere, & non pro-
hibuit., gloſ. d. l. 1. ff. de recept. Marſ.
in l. 1. §. prætereà, num. 28. de quæſt.
Arn. in dial. 45. Aret. in §. fin. Inſt. de
iur. natu. gen. & ciui.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſunt cędi ſyluæ vigore poteſtatis.*
2 *Super prædictis conſulendus Princeps.*

1 TRIGESIMVM quintum. Dico
etiam, quòd Præſes Prouinciæ
vigore iſtius poteſtatis poſſet etiam
Syluas cędere, & aliquas domus, quę
forſan impedirẽt capturam iſtorum,
& aliqui Commiſſarij ità practicaue-
runt, moti forſan per conſ. Bal. 232.
vol. 4. & per deciſ. Capyc. 27. num. 7.
qui volũt, quòd tempore belli, & ne-
ceſſitatis poſſint deſtrui ędificia, & ca-
2 ſtra. † Sed quia hoc poteſt eſſe magni
pręiudicij, non fiat inconſulto Prore-
ge, & pro deſtructione ſyluæ Crudelis
voluit Prorex eſſe certioratus, vt r.
Aprut. fol. 192. & pendet relatio.

S V M M A R I V M.

1 *Occidentes exules gaudebunt præmio.*
2 *Quale ſit præmium.*

1 TRIGESIMVM ſextum. Non ſo-
lum impunè occidi, & contu-
melijs affici, tàm in perſona, quàm in
bonis poſſunt foraſciti, vt ſupra ex-
plicatum fuit, ſed occidentes gaude-
bunt quoquè promiſſo pręmio in bã-
nis Regijs, quibuſdam ſolẽnitatibus,
& requiſitis obſeruatis, contentis in
d. ban. & enumeratis ſub Præd. Quãt.
q. 3. quòd facere potuit Princeps ex
cauſa publica, & pro communi quie-
te, vt homines alliciantur propoſitis
pecunijs, ad extirpationem exulum,
Bart. Bald. & cæteri in leg. 2. per illum
text. C. quando lic. ſin. iud. ſe vindic.
Hoſt. & alij in cap. 1. de conſuet. Cotes
per Iaſ. in l. ſi plagij, ff. de verb. oblig.
de communi Clar. in §. homicidium,
2 ver. pleruũquè etiam. † Præmium autẽ
eſt ſecundùm d. bannum venditio ca-
pitis foraſciti capti, & etiam pecunia-
rium in aliquibus caſibus expreſſis in
d. banno, quos ſubijcere potius labo-
rioſum, quã vtile eſſet. Poteſt capiens
indultari, in aliquibus quoque caſi-
bus poterit, non vnũ, ſed plures reos
nominare, & indultantur, vt in d. bãn.

S V M M A R I V M.

1 *Exules non gaudent beneficio ſtatuto-
rum de iure communi.*
2 *Exules ob capturam exulum poſſunt in-
dultari, vigore poteſtatis.*

1 TRIGESIMVM ſeptimum. Licèt
banniti, & exules priuentur be-
neficio ſtatutorum, vt notatur in l. 1.
C. de hæred. inſtit. in tantum, quòd ſi
per ſtatutum, vel bannum debet dari
pręmium indicanti malefactorem, nõ
habet locum d. pręmium, ſi ſocius re-
uelauit ſocium, Ang. in l. 1. §. ſi ex ſti-
pulatione, ff. ad Syllan. vide Affict. in
Conſt. Si damna clandeſtina, num. 50.
2 & l. 4. in fin. ff. de cõdit. ob turp. cau. †
Tamen vigore Regij banni delinquẽ-
tes, & exules capiẽtes foraſcitos, poſ-
ſunt indultari, quibuſdam obſerua-
tis, quæ enumerantur in 3. quæſt. Prę-
dicamen. Quantita. hoc dixit Foller.
in declarationibus indultus. Card.
Pacec. col. 3. qui allegat alios, & ratio
eſt, quia bannum eſt fundatum in iu-
re publico, Ancharan. in cap. canonũ
ſtatuta, de cõſt. col. 68. Boſſ. in tit. ban.
quid amit. nu. 7. vbi ponit iſtam quæ-
ſtionem, & illam declarationem, pro
qua faciunt etiã dicta ſup. in Prædic.
qual. quęſt. 1. nu. 2. & inf. in ſpec. 63.

SVMMARIVM.

1 *Indultus fiunt parte non concordata.*
2 *Et in praeiudicium Baronum.*

1 TRIGESIMVM octauum. Indultantur delinquentes ob capturam foraſciti, vt in præcedenti ſpec.
2 etiam parte non concordata. † Et in præiudicium Baronum, quod facere potuit Princeps per viam generalis diſpoſitionis, iuſtis ex cauſis, Iaſ. in l. Barb. Phil. num. 24. & 30. ff. de offic. Præt. Anto. de Nigris in d. cap. miſoricordiam, numero 8. Carau. in prag. 1. de exul. nu. 171. Foller. in d. declar. & iſta videtur communis opinio, ex allegatis per Lancel. in templo om. Iud. lib. 1. cap. 1. §. 4. ver. ſtatuit contra ius, &ità ſeruatur de facto, ratione fauoris publici, Aym. conſ. 5. num. 4. Cotes per Feli. in cap. quæ in Eccleſiarum, nu. 27. de Conſt.

SVMMARIVM.

1 *Premium bannorum competit etiam Officialibus Curiæ.*
2 *De iure communi non competebat.*

1 TRIGESIMVM nonum. Premiũ competit etiã Officialibus, Famulis Curiæ, etiam ſalariatis, & alijs deſtinatis ad capturam foraſcitorum,
2 vt dicitur in Regijs bannis. † De iure communi erat ſecus, quia neceſſitate officij cogebantur id facere. Marſi. conſ. 10. nu. 44. Par. de ſind. ver. familiaris, num. 3. *Bal.* in l. 2. §. vtrum, & ibi Bar. ff. ad Syllan. Foller. de foriud. nu. 23. de communi Carau. in prag. 4. de exul. num. 12.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt eſſe homicidium punibile.*
2 *Et tamen competit premium.*

1 QVADRAGESIMVM. Poteſt eſſe, quòd homicidium ſit punibile, & tamen occidens foraſcitũ gaudet premio, nàm occidens bannitum in territorio alieno, non
2 euitat pœnam homicidij. † Et tamen meretur premium, ſtatutum, & pollicitum in banno, Bald. conſ. 434. vol. 5. Marſi. ſingu. 294. conſ. 32. & in leg. eiuſdem, §. transfugas, num. 3. ff. de ſic. & nota, quia eſt ſingulare.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas competit Præſidi, & ſucceſſoribus.*
2 *An de iure communi tranſeat ad ſucceſſores, remiſſiuè.*

1 QVADRAGESIMVM primũ. Competit poteſtas militaris Preſidi, & eius ſucceſſoribus, vt in illis verbis poteſtatis *(Quanto à tutt'altri futuri Gouernatori)* vt ſuprà in
2 præd. Ager. q. 1. cõclu. 2. † De iure cõmuni non tranſit ad ſucceſſores, Bar. in l. 3. §. 1. circa fin. ff. de dam. infect. quod intellige, & declara, vt per Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 68. quia non eſt opus inſiſtere ſuper hoc, cùm verba poteſtatis ſint clara.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt iſta poteſtas delegari in caſu neceſſitatis.*
2 *Regulariter non poteſt.*

1 QVADRAGESIMVM ſecundũ. Poſſunt Præſides poteſtatem iſtam delegare in caſu neceſſitatis, vt in l. 2. ff. de offic. eius, & ibi omnes Doct. & ex cõſuetudine iſtius Tribunalis, Carau. in r. t. 2. nu. 20. in 2. limit. & vtrumque caſum ſupra in q.
2 2. eiuſdem Præd. Ager. † Regulariter verò non poſſent, cùm ſit electa induſtria perſonarum dictorum Præſidũ, Gramm. conſ. 64. nu. 4. & 5. & in vot. 3. nu. 37. cum cęteris per me allegatis in d. q. 1. vbi etiam probaui, quòd nõ poteſt delegari, niſi Regijs Auditoribus, & ideò vide ibi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas concedit liberum arbitrium.*
2 *Quot modis dicatur liberum arbitrium, remiſſiuè.*
3 *Poteſtas liberi arbitrij non extenditur ad omnia.*

1 QVADRAGESIMVM tertium, Iſta poteſtas ſi ciuiliter intelligatur, concedit liberum arbitrium Præſidibus contra foraſcitos, vt diximus in Præd. ſubſtan. q. 2. & probatur hoc pluribus rationibus, Prima, poteſtas permittit, poſſe procedi de facto, ibi. *(Et vedendo che'l procedere, &c.)* & infrà probabimus, & qui de facto poteſt procedere, liberũ habet arbitrium, Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 19. in fi. & q. 7. nu. 69. vbi allegat Cotes. Secũda, ex quo poteſt Præſes procedere de facto, habebit manum Regiam, Bart. in tract. ad repri. ver. videbitur, circa fi. Cotes p Blanc. in tract. de comprom. q. 1. nu. 24. verſ. de facto, & manus Regia importat liberum arbitrium, l. 2. ibi, omnia, quæ manu Regis gubernabantur, iuncta glo. in ver. manu, quæ exponit, arbitrio, ff. de orig. iu. Doct. omnes, & præſertim Præceptor meus Camillus Plautius ff. de verb. oblig. in rub. Tertia, ſicuti à libero arbitrio non appellatur, Felin. in c. ſuper his, nu. 8. extrà de accuſ. licèt regulariter ab alio arbitrio appelletur, Fel. dicit ibi in nu. 7. & limitat ſeptem modis: ità quoq; negat appellationem poteſtas, ſaltim quoad effectum ſuſpenſiuum, per illa verba *(vi ordinamo, che per qualſinoglia prouiſione, &c.)* Quarta, Conceſſio manus militaris relinquit modum procedendi arbitrio illius, cui conceditur, Iaſ. in §. in bonæ fidei, nu. 46. Inſt. de acti. Bar. in l. præſenti, §. cum autẽ, C. de his, qui ad Eccl. conf. Quinta, qui habet poteſtatem mouendi bellum, prout eſt Præſes contra foraſcitos, liberum habet arbitrium, per ea, quæ ſingulariter voluit Bald. in conſ. 32. par. 5. per totum, poſſem etiã alijs modis probare iſtud ſpeciale; ſed quia ex infraſcriptis clarius apparebit,

2 omitto † Et nota, quòd plenum arbitrium dicitur multis modis, de quibus per Bald. in d. conſ. & liberum dicitur tribus modis. Quando poteſt præferri iniquum æquo. Quando nullo cogente imperio fit, ſed ſola volũtate, & Quando obſeruantiæ legum, & ſolemnitatum non eſt ſubmiſſum: vt dixit Bald. in l. 1. ff. de teſt. mil. in l. ſi quis maior, C. de tranſ. & in l. ſi in lege, ff. loc. poteſtas verò vltimum arbitrium liberũ dat, Bald. in loco præallegato, Bart. in leg. fideicommiſſa, §. ſi ſit, ff. de leg. 3

3 † Quod liberũ arbitrium licèt legibus nõ ſit ſubmiſſum, tamen non poterit tollere, aut lædere ius tertij, nec aliud facere, quod ſit cõtra æquitatem naturalem, Bald. in d. l. 1. circa fin. Bart. in l. filiusfamilias, ff. de don. Iaſ. in l. ſi ſic legatum, in fin. de leg. 1. de communi Menoch. de arbitra. lib. 1. q. 65. num. 6. & ratio eſt naturalis, quia quod tibi non vis, alteri, &c. & ideò de delictis tranſactis, ſeu præſcriptis non poſſet cognoſcere, quia eſſet tollere ius quæſitum parti, quod non poteſt, Bar. in trac. ad repri. verſ. videbitur, circa fi. Amæd. de ſindicat. nu. 146. cum ſequ. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 49. Vide Hipp. de Marſi. in tracta. de banni. ver. commiſſario, nu. 75. 76. Nec vigore iſtius arbitrij poterit facere, quod nõ conuenit bonis moribus, Lud. ad Guid. de Suzar. in tracta. de indit. & tort. queſt. ſed quid ſi, numero 97. & regulariter iſtud arbitrium non tollit ſolemnitates iuris gentium, vt latè ſcripſimus in Predic. Subſtan. quæſt. 2.

SVMMARIVM.

1 *Declarationi Præſidis etiam iniuſtæ ſtandum eſt.*

1 QVADRAGESIMVM quartũ. Iſtud liberum arbitrium importat, vt declarationi ipſius

P. æ-

Præſidis, ſiuè iuſtæ, ſiuè iniuſtæ, ſiuè dignæ, ſiuè indignæ ſtandum ſit, dummodò dolus malus abſit; ſecus, ſi non haberet liberum arbitrium, ſed aliud arbitrium ſimplex: Bart. in tracta. ad repri. ver. videbitur, & in leg. ſi ſic, vbi omnes, ff. de leg. 1. Iaſ. in §. in bonæfidei, nu. 14. de act. & ideò reijcere poterit appellationes foraſcitorum, Amæd. de ſind. num. 147. Montel. in prax. arbitrar. in 3. & vlt. part. 7. part. num. 48.

S V M M A R I V M.

1 *Non tenetur ad exactam diligentiam.*

1 QVADRAGESIMVM quintū. Ex quo Præſes habet liberum arbitrium, non erit in culpa, ſi non adhibebit illam diligentiam, quam adhiberet diligens paterfamilias, ad quam exactam diligentiam nō tenetur, vigore liberi arbitrij, gloſ. & Bart. in l. 1. ff. de ſol. Paris de ſind. in ver. Arbitrium, cap. 1. numero 17. ſecus ſi arbitrium non eſſet, leg. ſi conſtante, §. marito, ff. ſolut. matrim. ſed credo, quòd in materia tàm graui nō excuſaretur.

S V M M A R I V M.

1 *Magna Curia habet iuriſdictionem contra omnes.*

2 *Magna Curia non poteſt facere prouiſiones pro foraſcitis.*

1 QVADRAGESIMVM ſextum. Quamuis Mag. Cur. in toto Regno fundatam habeat iuriſdictionem contra omnes, & in ſpecie habeat ſub ſe omnes Barones, quorum appellatione ex communi vſu loquendi veniunt Principes, Duces, Marchiones, & Comites, vt in rit. 66. & ibi Carau. num. 15. & 16. & in eodem iuriſdictionem ordinariam habet, vt dixit idem Cara. in rit. 230. nu. 7. in tantum, quòd quotidiè facit prouiſiones ſuperſeſſoriales, & inhibitoriales Ordinarijs locorum, & Regijs Audientijs, primis, & ſecundis cauſis Baronum ſemper ſaluis, vt in prag. 2. vbi de delic. quis cō. pot. & ca. pud, domina, & fons aliarum Curiarū dicitur, Cauen. in rit. 1. & in rit. 52.
2 † Tamē pro foraſcitis non poteſt aliquam prouiſionem, nec inhibitionem facere, nec illis tenetur obedire Præſes, vt in illis verbis poteſtatis (*Ci ordinamo, che per qualſiuoglia prouiſione, etc.*) & ideò illis conſueuimus reſpondere. Nō admiſſæ, quia proceditur ad modum belli.

S V M M A R I V M.

1 *Clauſula, iuſtitiā faciat, quid importet.*

2 *Vigore iſtius clauſulæ Magna Curia nil poteſt facere pro exulibus.*

1 QVADRAGESIMVM ſeptimū. Licèt reſcriptum Principis, cū clauſula, iuſtitiam faciat, importet poteſtatem cognoſcendi, & decidendi cauſas, vt dixit Gem. in cap. quoniam, de immun. Eccleſ. lib. 6. Felin. in cap. 1. nu. 51. ver. & ſi dicatur, de
2 conſtit. & Arn. comm. 81. † Tamē poteſtas militaris mandat, quòd vigore iſtius reſcripti Magna Curia non poſſit prouiſiones expedire, nec quòd illis teneatur obedire Præſes, niſi in caſu, quo fuerint firmatæ propria manu Proregis, vt in illis verbis (*& in caſo, che la detta gran Corte*) & ideò inoleuit practica reſpondendi dictis prouiſionibus modo infraſcripto. Non admiſſæ, quia proceditur ad modum belli.

S V M M A R I V M.

1 *Exules non poſſunt appellare.*

2 *Dantur duo remedia Exulibus.*

1 QVADRAGESIMVM octauū. Sequitur ex præcedentibus, quòd iſti exules non poſſunt appellare, quod clarius probat vltimum

mum bannum, ibi, omni penitùs, & quacunquè appellatione remota; vt in Cur. pri. Apru. fol. 127. hoc tenet Iſer. in tit. de pac. ten. ſ. publici latrones, Paris de ſyn. ver. latro, nu. 6. circa medium, & eſt communis opinio, de qua teſtatur *Boer.* dec. 284. num. 17. quod declara, vt per Menoc. de arbit. lib. 2. q. 70. & ratione fauoris publici potuit Princeps tollere iſtam appellationem, *Aſſli.* in prælud. Conſt. Reg.
2 q. 10. † Duo remedia dantur inquiſitis, vt euitent præcipitoſas Commiſſariorum ſentẽtias, & executiones. Primum, implorent per viam ſupplicationis, & recurſus officium Proregis, qui conſiderata æquitate debet annuere tali petitioni; vt dixit Rom. cõſ. 325. num. 14. Cotes per Marſi. de ban. ver. nullitas, nu. 13. & ità pluries fuit obtentum me exiſtente Commiſſario, & Regio Conſultore, maximè à Baldaxare Cornacchia de Ciuitella, & alijs. *Secundum*, dicãt de nullitate, nam clauſula, appellatione remota, non tollit beneficium dicendi de nullitate, vt per multa tenet Marſi. de banni. verſ. nullitas, num. 9.

S V M M A R I V M.

1 *Magna Curia Vicaria non poteſt bannitum per Præſidem extrahere à bãno.*

1 QVADRAGESIMVM nonum. Magna Curia Vicariæ non ſolùm non poteſt facere prouiſiones pro foraſcitis carceratis penès Præſidem, ſed abſquè licentia ſpeciali Principis non poterit bannitũ per eum extrahere à banno, & ſi fecerit, erit irritum, & inane, *Aſſlict.* in Conſt. Cordi nobis, num. 9. qui dicit, extare Capitulum Regni Caroli 2.

S V M M A R I V M.

1 *Non tenetur Præſes reddere rationem.*
2 *Poteſt ſindicari, quando Principi placet.*

1 QVINQVAGESIMVM. De his, quæ facit vigore iſtius poteſtatis non tenetur Præſes reddere rationem, nec ſtare ſindicatui, quia ſuo arbitrio relicta ſunt, Marſi. in l. quæſtionis modum, num. 65. ff. de quæſt. Caſſa. in Conſuet. *Burg.* rub. 1. §. 5. in tex. allarbitrage, num. 35. *Aret.* in §. præterea, num. 2. de act. cum allegatis per Montel. in prax. arbitr. part. 5. nu. 29. quod intellige, niſi fuerit in dolo, vel in lata culpa: nam tunc tenetur, & ab eo appellari poteſt, ratione exceſſus, *Amæd.* de ſind. num. 147. in fin. *Alex.* conſ. 47. nu. 8. lib. 1. Bart. ad reprim. verſ. videbitur, num. 6. Paris de ſind. verſ. arbitrium, cap. 1. nu. 16. Bart. in l. ſi qua pœna, in fin. cum allegatis ibi in apoſt. ff. de ver. ſig. & 29. caſus, in quibus præſumitur dolus ponit Luc. de Pen. in l. 1. C. de agri. & cẽſ.
2 lib. 11. † Et hiſce temporibus Principes ſunt faciles ad ſindicandum huiuſmodi Officiales, quod facere poſſunt, quãdocunquè ipſis placet, Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci, ff. de offic. proconſ. & forſan non eſſet ponere os in Cælum dicere, quòd ijdem Syndicatores, qui per Proregem deſtinãtur contra iſtos Præſides, finito officio poſſent etiam ipſos ſindicare de commiſſis, & omiſſis, vigore poteſtatis militaris, quam habent vti Præſides, & ſub nomine dignitatis, ſed hoc pro nunc non firmo, quia omnes *Syndicatores* quærelas reſpicientes, poteſtatẽ iſtam remittunt ad Proregem, & ideò curent vti legibus, prout debent, quia ſic procedendo meliorem vitam faciunt, quam *Patres Prædicatores*, vel alij Religioſi, Hoſtien. in proœm. ſuæ ſummæ, in 4. col. quem, & alios refert Marſi. de bannit. verſ. Iudex, in fin. & Inno. in c. qualiter, & quando, de accuſ. cum cæteris allegatis per Marſi. de bannit. verſ. *Iudice*, nu. 246. dixerunt, quòd nec redargui poterit, quia ſuo arbitrio omnia relicta ſunt.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Præſes poteſt iura tranſgredi.*
2 *Cui ſit permiſſa iſta trāſgreſſio iurium.*

1 QVINQVAGESIMVM primū. Vigore militaris poteſtatis poteſt Præſes iura tranſgredi contra foraſcitos, Innoc. in cap. 1. de conſt. quem omnes ſequuntur, vt dicit Marſi. in tract. Bannit. ver. atrocioribus, num. 5. Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci, quæſt. 11. de offic. proconſ. Afflict. deciſ. 391. nu. 10. Gramm. dec. 36. num. 2. qui allegat alios, & in numero 12. dicit, quòd in iſto Regno Proreges ſemper extiterunt in iſta poſſeſſione, Cotes per Caſſa. in Conſuet. Burgun. rubr. 1. §. 5. in text. allarbitrage, nu. 6. etiam ſi iurauerint ſeruare ſtatuta, Paris de ſynd. verſ. latro, cap. 1. nu. 5. & ſi dices, quòd iſta tranſgreſſio eſt permiſſa de iure communi, per text. in l. aut facta, §. fin. ff. de pœn. & l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui nota. infa. ſentit Bart. in conſtitu. ad reprimen. verſ. multorum; reſponde, quòd de iure communi poterant iura tranſgredi, liquidato maleficio in pœnis imponendis, vt purà ſi delinquens erat furcis ſuſpendendus, per Ciuitatem trahi poterat, Luc. de Pen. in l. 1. num. 19. C. de deſert. lib. 12. vel beſtiis ſubijci, gloſ. in l. ſciendum, ff. arbit. fut. cæſa. quam ſingularē dixit Rom. in l. 2. circa fin. C. qui teſt. fac. poſſ. Marſi. de bānit. verſ. atrocioribus, num. 14. Sed vigore iſtius poteſtatis poſſunt etiam iura tranſgredi circa modum liquidandi maleficium in procedēdo ex abrupto, & hoc ſentit poteſtas in illis verbis (*Non ſolo per le impoſitioni delle pene, ma per la forma del procedere, &c.*) in tātum, quòd ſpecialitas conſiſtit quòad procedendū, non autem quòad condemnandum, Cataldi. de ſindica. num. 54. & 57. Amæd. in eod. tract. num. 142. Anto. de Nigris in cap. iuris cenſura, num. 6. & ideò non poterit condemnare abſoluendum, nec ex ſola fama, & indicijs reū punire, vt dicit Anto. de Nigris in d. c. & Cataldi. n. 56. & iſtā declaratio-
2 nem ponit Roma. conſ. 248. † Et aduerte, quia iſta tranſgreſſio iurium eſt permiſſa maioribus Magiſtratibus, nō autem minoribus, & Poteſtatibus terrarum, vt ſingularitèr dixit Marſi. in prax. crim. §. diligentèr, num. 176. Iaſ. in §. ex maleficijs, num. 15. de actio. Marſil. de bannit. verſ. atrocioribus, & ex alijs allegatis per Rolan. à Vall. in cōnſ. 70. num. 25. lib. 1. iſta videtur eſſe communis opinio.

SVMMARIVM.

1 *Præſes debet eſſe ſeuerus.*
2 *Seueritas laudatur cum temperamento.*

1 QVINQVAGESIMVM ſecundum. Sequitur, quòd Præſes ſeuerus eſſe debet cōtra iſtos exules, & vltimum bannum dicit, rigorosè procedendum eſſe, & plenè probat Luc. de Pen. in l. 3. C. de his, quæ publi. collat. lib. 10. Caſſa. in loco præalleg. num. 8. & Patres dixerunt, iſtos nulla miſericordia dignos eſſe; imò miſericordia cum eis vti, iniuſtitia eſſe dicitur, cap. eſt iniuſta, cum gloſ. 23. q. 5. & ſeuerus Iudex, integer dicitur, vt per Luc. de Pen. in d. l. 3. & non ſolùm eſt vtilis ſeueritas iſta, ſed neceſſaria, & quaſi de præcepto legis, quia ex ſeueritate ſolus offenditur, qui punitur, ſed ex remiſſione offenduntur lex, Rex, & grex, vt dicebat Cardi. Ægidius Sedis Apoſtolicæ Legatus. Item propter lenitatē Rex contēnitur, lex deſpicitur, & grex inficitur, ſed propter ſeueritatem Rex honoratur, lex ſaluatur, & grex ſeruatur, & iuſtū eſt, vt quos timor Dei à peccato non reuocat, ſaltim coerceat ſeueritas, c. cùm in cunctis, extra de electio. Nec crudelitas eſt perdere tales homines facinoroſos, c. non eſt crudelis 23. q. 5. c. lege, cum ſequen. 23. q. 8. cap. ipſa pietas, ſecundùm Tulliū

2. te-

2. retho. eſt, per quam iudiciaria poteſtas, vel vindicta, in aliquē diſtrictius
2 exerceetur. Sed cum temperamento
vti debet Præſes ſeueritate, cap. non
fruſtra 23. q. 5. quia Dei non poterit
euitare ſagittas, & vulnera, c. accuſatio 2. qu. 7. & ſæpiùs videtur, quòd
crudeles, & ſanguinei homines mala
morte moriuntur, & breui tempore
poſſident terram, ſententia Dei, vt dicit Ferret. de antiqu. inſtau. tit. de iuſt.
& iniuſt. bell. nu. 185. vbi ponit exitū
nonnullorum iſtorum crudelium, &
propter crudelitatem poſſent etiam
remoueri ab officio, l. 1. C. de offi. præ.
fec. Vrb. Iaſ. in l. apertiſſimi, C. de iud.
& tandèm nil eſt in vita deterius, quā
vti nimia crudelitate, quæ homines
reddit ſimiles feris, vt dixit idem
Ferret. tit. de non ponen. exer. in diſcri. fortu. nu. 34.

S V M M A R I V M.

1 *An poſſit procedi abſquè voto Auditoris.*
2 *Quem Conſultorem eligere debet Præſes.*
3 *Author electus Conſultor Regius.*

1 QVINQVAGESIMVM tertiū. Poteſt Præſes procedere abſq; voto Auditoris, ſeù alterius
contra foraſcitos, vigore iſtius poteſtatis, vt ibi (*è parendoui neceſſario*) &
licèt hoc etiam ſit de iure communi,
quia conſilium nō eſt neceſſitatis, ſed
vtilitatis, l. conſilium, de reg. iu. cum
allegatis per Menoc. de arbitr. lib. 1.
q. 23. & ſuper hoc formauit quæſtionē Scala in ſuo tract. de conſi. ſapien.
lib. 1. cap. 20. qui arguit ad partes, referens Doctores vtriuſquè opinionis,
& tandèm concludit, quòd tale conſilium non eſt neceſſarium, ſed vtile.
Duo alia conſilia reperio in iure. Cōſilium neceſſitatis, de quo in c. Matheus, in fin. de ſimo. cum gloſ. & perfectionis, de quo in glo. in cap. ad aures, de æta. & qualit. quę exemplificat
in cap. Euangelij, vis perfectus eſſe
vende omnia, quę habes, & da pauperibus: & de omnibus iſtis conſilijs loquitur Felin. in cap. 1. de Conſt. tamē
quicquid ſit de iure communi, Præſidi dati ſunt Auditores, cui aſſiſtere
debent, & omnia cum voto eorum
agere, vt in prag. 7. de offic. Sacri Reg.
Conſ. & in pragm. 8. de offic. iuſt. & an
acta ſine conſilio iſtorum ſint nulla,
vide Bartho. de Capua in ſing. 131.
Sed hodiè Præſes eſt neceſſitatus vti
voto in poteſtate militari, vel Auditoris, vel alterius, quia ſic Prorex mādauit per literas Regias 23. Nouembris 1585. vt in Cur. pri. Aprut. fol.
102. & cùm conſilium iſtud ſit neceſſitatis, non poteſt omitti, Montel. in
prax. arbitr. in 4. lit. nu. 7. cū ſequen.
Scala in terminis in tract. de conſ. ſa-
2 pien. lib. 1. cap. 28. † Et licèt electio
Cōſultoris relinquatur arbitrio Præſidis, tamen ex quo loquitur per verbum, videbitur, quod arbitrium boni
viri denotat, Bart. in tractat. ad reprimen. verſ. videbitur, Ang. conſ. 292. in
facto præſupponitur, Rom. conſ. 58. ſi
volumus, & Dec. in l. ſi paſcenda, C.
de pact. tenetur eligere potiùs Auditorem, quàm alium, quia ità faceret
bonus vir, & ità fecit Princeps, nominando prius ipſum, tantò magis, quia
de ipſo multum cōfidit lex, vt latius
3 ſupra q. 3. in Præd. Agere. † Et Prorex
reſcripſit Comiti Vxenti, vt pro Conſultore vteretur meo conſilio, durante ſindicatu, donec non aderant quærelæ criminales, & ſic obſeruaui, inuitis æmulis, vt in Cur. pri. Aprut. fol.
127. & ſtatim finita conſulta Regia
fui vocatus ad Audientiā Terrę Bari.

S V M M A R I V M.

1 *An teneatur ſequi conſilium Cōſultoris.*
2 *An Conſultor habeat iuriſdictionem.*
3 *Materia Conſiliariorum, remiſſiuè.*

1 QVINQVAGESIMVM quartū. Sequitur ex prædictis aliud ſpeciale, quòd ex quo Princeps

ceps mandat Præſidibus vti voto Au-
ditoris, quòd tenentur ſequi conſiliũ
ipſorum, ſecus verò ſi non mandaue-
rit, quia non teneteotur ſtare cõſilijs,
eis datis, Bart. in l. ſi conuenerit, nu. 4.
ff. de re iud. Innoc. in cap. ſi pro debi-
litate, de offi. deleg. plenè per Scalam
2 in d. tract. c. 2. † Et licèt neceſſitentur
Præſides vti conſilijs Auditorum, nõ
propter hoc ipſi habebunt militarem
iuriſdictionem l. conſiliarios, C. de aſ-
ſeſſo. iunct. gloſ. rub. de offic. aſſeſſ. ſed
ſolùm ſuper concluſa cauſa conſiliũ
tradunt, & iuris conſilium habent,
Cuman. conſ. 145. & ideò nec termi-
nos ſtatuere, nec teſtium depoſitiones
publicare, nec aliud decretũ proprio
nomine facere poſſunt, vt dicit idem
Cuman. cum alijs allegatis per Scal.
in eo. lib. cap. 17. quod ſeruat nũc Iu-
ſtiſſimus Carolus Gambacorta, qui
ſolet dicere, quòd pro ſtultis haben-
di ſunt, & poteſtate priuandi, qui non
vtuntur conſilijs ſuorum Sapientum,
& fuit dictum l ſet. in vſi. feu. tit. hic fi-
nitur lex deinde, &c. col. 4. nam pro
veritate conſilium datum eſt, cui fa-
uet Deus, cap. deniquè 7. quæſt. 1. &
ſpernẽtibus conſilia multa mala con-
tingunt, de quibus per Ferret. de an-
tiq. inſtau. tit. 1. num. 30. cum ſequen.
3 † Et materiam iſtorum Conſiliario-
rum, ſeu Sapientum ponit Scala in d.
trac. vbi facit quatuor libros de conſ.
ſapien. Spec. de requiſit. conſi. per
totum.

S V M M A R I V M.

1 *Cõtra foraſcitos poteſt procedi de facto.*
2 *Quid importet clauſula, de facto.*
3 *Manus Regia quid poſſit.*
4 *Clauſula, ſummariè.*

1 QVINQVAGESIMVM quintũ. Poteſtas militatis permittit, poſſe procedi de facto con-
tra foraſcitos, vt ibi (*Et vedendo, che'l procedere per la via iuridica ſole cauſa-
re impedimento, &c.*) vult ergo, quòd
non procedatur via iuris, ergò via fa-
cti, l. & ſi ſine, ſ. ſed quod Papinianus,
ff. de mino. l. cùm prætor, ff. de iudi. &
hoc quoquè probatur, quia iſti ſunt
hoſtes publici, & diffidati ab iſta le-
ge, contra quos de facto procedi po-
teſt, Marſi. in tract. bannit. num. 8. ver.
atrocioribus, & latius ſupra quæſt.
1. Præd. ſubſt. quia qui poteſt proce-
dere manu militari, de facto procede-
re poterit, l. qui reſtituere, ibi manu
militari, iuncta gloſ. ff. de rei vend. vbi
2 Alber. Bald. & cæteri. † Et licèt iſtud
verbum, de facto, plura ſignificet, de
quibus per Bart. in tract. ad reprimen.
ver. videbitur, in fin. Blanc. in tract. de
compromis. ver. de facto, num. 24. Ca-
noni. in clem. ſæpè, de ver. ſign. tamen
reiectis omnibus, duo tantùm ſubij-
ciam, quę elucidant poteſtatem, & ſu-
per vnoquoquè illorum faciam vnũ
ſpeciale, dictio enim, de facto, impor-
tat, quòad rẽ attinet, quòd poſſit pro-
cedi abſquè cauſæ cognitione, & ma-
nu Regia, vt nunc dicam. Præſes cùm
poſſit procedere de facto, manum Re-
giam habebit contra foraſcitos, Bart.
Blãc. & Canoni. citati in ſpec. 20. Par.
3 de ſind. ver. latro, cap. 1. † Quę manus
Regia regularitèr omnia poteſt, l. 2. in
prin. ff. de orig. iur. & præſtãtia, ac pa-
tientia manus Regiæ conſiſtit in mul-
tis, quorum 27. enumerat Lancel. in
tẽp. om. Iud. lib. 1. cap. 1. §. 4. per mul-
ta capita poſſem recenſere 30. caſus,
qui ponunt impotentiam iſtius ma-
nus Regiæ, & Principis, ſed eos vide-
re poteris in eo. temp. ſub. §. 3. per to-
tum, ſub §. 4. tit. de impoten. Imper. cũ
4 pluribus ſequen. † Et vigore iſtius
clauſulæ poteſt ſummariè procedi, ꝙ
clarius dixit Prorex in vltimis ordi-
nationibus datis Comiti Vxenti, vt in
Cur. pri. Aprut. fol. 127. circa princi-
pium, probatur, ibi (*Suole cauſar impe-
dimento alla preſta, & buona eſpeditione,
&c.*) & licèt iſta clauſula plura ſigni-
ficet, de quibus per Canoniſtas in
clem. ſæpè, de verb. ſign. Bar. ad repri-
men. ver. ſummariè, cum alijs allega-
tis

tis per Celſ. Vgo. in trac. clau. ſub tit. de clau. reſcrip. in clauſ. ſummariè, cũ ſequent. Maran. in ſpec. diſt. 9. tamen quòad propoſitum noſtrum attinet, duo operatur. Primum, quòd poteſt contra foraſcitos abbreuiari dilatio, Bar. in eo. loc. nu. 3. Canoni. in d. clem. ſæpè, Vgo in d. loc. clau. 7. hinc ſumpta eſt practica Commiſſariorum, qui dant dilationes ad horas, quod nunquàm laudaui, nàm dilatio non debet eſſe adeò breuis, vt tollat defẽſiones, vt dicit Apoſtil. ad Bart. eo. in loco, in lit. b. & ideò dixit Amæd. de ſind. nu. 144. poſt Cynũ in proœm. ff. § itaquè, quòd vigore arbitrij non poteſt Iudex in vna die expedire totum proceſsũ: hoc idem tenent multi relati per Apoſt. ad Feli. in c. ſuper his, num. 8. de accuſ. quod intelligas procedere, quando Iudex in tàm breui tempore non poteſt eſſe inſtructus, vt per multa declarauit Menoc. de arbitr. lib. 1. q. 42. nu. 9. & in iſta abbreuiatione termini conſiſtit illa aliqualis cauſæ cognitio, de qua dictum eſt ſupra in 21. ſpec. Secundum, operatur d. clauſula, ſummariè, vt poſſint omnes exceptiones requirẽtes altiorem indaginem reſeruari ad merita cauſæ, ſiuè facti ſint, ſiuè iuris intricati, Capy. deciſ. 10. nu. 19. *Bat.* & cæteri in l. nam & poſteà, ff. de iureiuran. materia eſt in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Affli. deciſ. 12 & 63. glo. in Cõſt. Legitimè, & non tenetur pronũciare Præſes ſuper huiuſmodi exceptionibus, nec per proceſſum ad vlteriora cenſetur pronunciaſſe, niſi partibus auditis fuiſſet ſuper exceptionibus plenè cognitum, Iaſ. in l. 2. num. 46. ff. ſi quis in ius voca. Arct. conſ. 107. col. 2. Rom. conſ. 141. col. 2. Contar. in repet. l. ſi momentaneę, C. ſi de momen. poſſ. fuerit appell. lim. 13. num. 30.

S V M M A R I V M.

1 *Vigore poteſtatis poteſt procedi abſquè cauſæ cognitione.*

2 *Declaratur, qualitèr intelligitur.*

1 QVINQVAGESIMVM ſextum. Præſes vigore poteſtatis poterit procedere abſquè cauſæ cognitione, Bar. in conſ. 82. incip. pũctus, per l. ictus fuſtium, ff. de his, qui not. infam. Felin. in cap. 1. nu. 88. de conſt. Socin. ſeni. conſ. 121. nu. 4. verſ. poſtremo, lib. 3. cum cæteris allegatis in Apoſtil. ibidem, ſed prædicta contrariantur his ſupra recitatis ſub Pręd. ſubſt. q. 3. vbi probauimus, communem opinionem eſſe, quòd liberũ arbitrium non tollit cauſæ cognitionem, quia eſt ſolemnitas iuris gentiũ, quæ omitti non poteſt, & ideò Doct. laborant pro concordia iſtarum opi-
2 nionum. † Menoch. de arbitr. quæſt. 19 nu. 1. & 10. diſtinguit, quòd aut arbitrium eſt regulatum, & ordinatum, aut liberum, & abſolutum. Primo caſu requiritur cauſæ cognitio, & ità procedant allegata in d. Præd. ſubſt. & eſt communis opinio, Amæd. de ſind. num. 145. Secundo verò caſu, eſt pœnitùs ſublata d. cauſæ cognitio, & ità procedat conſ. Bart. & aliorum, quos refert Menoch. idem in d. num. 10. verùm iſtá diſtinctio mihi non placet: quia ſi eſt vera communis cõcluſio, quòd cauſæ cognitio ſit de iure gentium, liberum arbitrium eam tollere non poterit, quia nec Imperator poſſet tollere, vt per Capyc. deciſ. 69. num. 35. & dictum fuit ſupra in cit. q. Cotes allegat Lancell. in temp. omn. Iud. lib. 1. cap. 1. §. 3. tit. contractus iuriſgentium obſeruare, & ideò placuit mihi ſemper opinio Petr. *Benintend.* concluſ. 31. num. 3. cum qua videtur reſidere Menoch in loco allegato, & eſt, quòd cauſæ cognitio ſcrupuloſa tollitur per liberum arbitrium, ſed aliqualis cauſæ cognitio neceſſaria eſt, comprobo iſtam opinionem, quia licèt Princeps non poſſit ſtatuere contra ea, quæ ſunt iuris gentium, tamen ex naturali cauſa poteſt ea diſtinguere; interpretari, & in parte tollere, ſecundùm communem opinionem, Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum, num.

66.verſ.ſed hic eſt benè aduertendũ,
de conſt. cæteros allegat idem Lan-
cell.in loco alleg.§.4.tit.ſtatuit contra
ius naturale, & in quibus cõſiſtat iſta
aliqualis cauſæ cognitio, non poteſt
dari certa doctrina, ſed ex infraſcrip-
tis ſpecialibus clarè apparebunt exẽ-
pla,& ad ſaturitatem vide Marſi. de
bannit.verſ.ſententia,§.6.num.42.

S V M M A R I V M.

1 *Contra iſtos exules pœna eſt accele-
randa.*
2 *Declaratur dictum notabile.*

1 QVINQVAGESIMVM ſepti-
mum. Non ſolùm ſummariè
procedi poteſt, ſed poſt pro-
ceſſum pœna eſt acceleranda contra
iſtos foraſcitos, vt in poteſtare ibi (*ſuol
cauſar impedimento.*) & aliquãdo dila-
tione pendente ad ſedandum tumul-
tum publicum, Par.de ſind.ver.latro,
cap.1.num.5.& 6.& ideò malè faciũt
Iudices, qui gratificantes differunt
executionem pœnæ, vt criminoſi gra-
tiam habere poſſint, Clar.in prax.cri-
min.q 97.in fin.& dixit Luc. de Pen.
in l.3.C.de lucr. aduoc. lib. 12. quod
ſi ad Superiorem citius peruenerit
culpa delinquentium, quàm vindicta,
hoc ipſo præſumitur negligentia, ra-
tio eſt, quia atrocitas criminis impor-
tat, vt ſtatim reus poſſit furca ſuſpen-
di, Marſi.de bãnit.ver.expectatur, nu-
mero 41.& iſta acceleratio aliquando
iubetur, aliquãdo perſuadetur, & ali-
quando prohibetur, declarat Luc. de
Pen.in l. 5. numero 14. C. de metat.
lib.12.& per prædicta dixi in Regia
Audiẽtia Aprutij, quòd Doctor Qua-
trarius de Quatrarijs Commiſſarius
in cauſa, vt ſedaret tumultum publi-
cum, ortum in Terra Fonticulorum
ob homicidium commiſſum in perſo-
nam Baronis d.Terræ, benè proceſſit
ad torturam cuiuſdam, nam licèt non
haberet poteſtatem, ex quo erat val-
dè periculoſum differre pœnas,& nõ
facere aliquam demonſtrationem, li-
citè poterat, non tãtùm torquere, ſed
alia pœna quoquè punire reos, con-
ſtito ſibi de veritate, vt dixit Par.de
ſind.ver.latro, cap.1.num.3.& fuit di-
ctum Bar.in l.1.ff.de offic.eius, Car-
2 rer.in §.circa, numer. 73.in prax.†Sed
aduerte, vt acceleres expeditionem,
ſed non fulmines, ſicut ſagittæ, ne di-
caris Iudex baliſtarum, prout dicun-
tur in Thuſcia, vt refert Marſi.de ban-
nit.ver.ſententia,§.6.numero 42. vbi
multa bona contra Iudices præcipi-
tantes ſententias.

S V M M A R I V M.

1 *Ordo iuris eſt neceſſarius.*
2 *In iudicio militari non eſt neceſſarius.*

1 QVINQVAGESIMVM octauũ.
Licèt regularitèr ordo iuris in
iudicijs ſeruandus ſit, cap.
qualiter,& quãdo il t.de accuſa. cap.
cùm dilecta, de reſcrip. Doct.in l.pro-
latam, C.de ſenten. quod multis mo-
dis limitat Marſ.de bannit.in verſ.iu-
2 ris ordine.†Tamen in iſto iudicio mi-
litari iſte ordo non eſt neceſſarius, ra-
tione arbitrij, Inn.in cap.qu ntauallis,
de iu.iur.Bald.in l.fin.3.q C. de con-
trahen.empt.Marſ.in lo.præalleg. nu.
8.& ratio eſt, quia per poteſtatem iſtã
ſunt ſublatæ ſolemnitates iuris ciui-
lis, vt ſupra q.3.ſub Prędſubſt.& in q.
1.numero 3.in *Præd.* Quando, vndè
ſequitur, quòd omnia acta ordinato-
ria, prout ſunt litis conteſtatio, publi-
catio, & alia, non ſunt neceſſaria in
iſto iudicio, vt d.q.1.concluſ.3.Sed cũ
temperamento prædicta intelligenda
ſunt, nam aut loquimur de ordine iu-
ris poſitiui,& procedunt allegata, per
rationem ſupradictã, aut verò loqui-
mur de ordine iuris gentium, quo iu-
re quędam ſolemnitates,& certus or-
do requiruntur, vt in Præd.Subſt.q.3.
num.3.& iſte ordo non poteſt omitti,
quia ea, quę iuris gentium ſunt, tolli
non poſſunt, gloſ.in l.fin. vbi omnes,

C.ſi cont.ius,vel vtil.pub.& eſt communis opinio,Lancell.in templo omni.iudic.lib.1.c.1.§.4.ver. ius naturale,& gentium non tollit,& de iſto ordine loquitur Bal.in c.1.§.ad hæc,de pac.iur.fir.quem allegat Marſi.de bānit.ver.iuris ordine,nu.11. qui dixit, quòd ordo iuris debet ſeruari, etiam ab illo,qui habet liberam poteſtatem procedendi.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitates iuris ciuilis in actis probatorijs,& deciſorijs ſunt ſublatæ.*

1 QVINQVAGESIMVM nonum. Ex præcedenti ſequitur aliud, quòd licèt probationes, & condemnatio,vel abſolutio omitti nō poſſint,quia iuris gentiū ſunt, Amed. de ſindic.num.14.cum cæteris ſupra allegatis in q.3.in Prædic.Subſt.& eſt communis opinio,Vant.in tract. nullit.ex defect.proceſſ.Tamen quædam ſolemnitates, quas deſiderat ius ciuile in iſtis actis probatorijs, & deciſorijs,omitti poſſunt,vt ſupra q.1.num. 6.& 7.in Prædicam.Quando.

SVMMARIVM.

1 *De iure communi fabricatio proceſſus eſt neceſſaria.*
2 *In iudicio militari non eſt neceſſaria.*
3 *Cautela circa hoc.*

1 SEXAGESIMVM. Licèt de iure communi proceſſus ſit fabricandus,in tantum,quòd ſi ſententia abſq; eo fuerit data,ipſo iure erit nulla,maximè ſi ab ea fuerit appellatum, gloſ. Innoc.& cæt.in cap. quoniam contra, de probat.& eſt cōmunis opinio, Caſſa.in tit.de præſumpt.Vant. in tractat. 2 nullit.ex defect.proceſſ.num.14.†Tamen vigore iſtius poteſtatis fabricatio proceſſus non eſt neceſſaria, quia eſt ſolemnitas iuris ciuilis, quæ remiſſa eſt,Rom.conſ.248.cum alijs ſupra allegatis in 1.q.conclu.2.& 3. ſub Prædic.Quant. & ideò ſcriptura non erit neceſſaria,Bar.in tracta.ad reprimen. ver.figura,num.21.Marſi.Sing.266. & de ban.ver.atrocioribus, num. 15.cū allegatis per Menoch.de arbitr.lib.1. quæſt.60.qui dicit, iſtam eſſe veriorē opinionem,reiecta opinione gloſæ in ſcriptis,Clemen.ſæpè,de ver.ſignif.& idem Menoch.in quæſt.23.eo.lib. nu. 8.dicit, quòd in iudicijs arbitrarijs omnis proceſſus, ſi ſieri poteſt, amo-3 ueatur.† Sed ad euitādas fraudes aliquorum prauæ voluntatis, tutior erit opinio,quòd non omittatur totalitèr proceſſus, ſed breuitèr regiſtrentur omnia acta:vt quando opus erit, poſſit Præſes documentis publicis demonſtrare quod fecit, & hoc dicit Blanc.in tract. de compromiſſ. quæſt. 1.numero 24.circa medium,Foller.in prax.crim.verſ.fiat conteſt. lit. circa fin.

SVMMARIVM.

1 *Abſquè indicijs quis non poteſt torqueri.*
2 *Contra exules poteſt inchoari à tormentis.*
3 *Declaratur,qualitèr procedat.*
4 *Materia torturæ,remiſſiuè.*

1 SEXAGESIMVM primum. Licèt de iure communi non poſſit deueniri ad torturam, abſquè indicijs, quia à tormentis non eſt inchoandū, etiam ab eo, qui habet liberum arbitrium, vt dixit Plot.in l.ſi quando, num.636.C.vndè vi, & ità omnes affirmant,Menoch.de arbitr. q. 84. lib. 1.de communi reſtatur Clar. in prax. 2 crim.quæſt.64.ver.dixi etiam.†Tamē contra iſtos exules poteſt inchoari à tormētis,duplici ratione.Prima, quia malæ conditionis,& famę ſunt,Marſi. in l.1.num. 38. de quæſt. qui allegat alios,Menoch.in d.quæſt.num.7.& 8. 3 † Et circa hoc aduerte, quòd ex quo Fiſcus ſe ſūdat in iſta qualitate, quòd ſit malæ conditionis,& famæ, illam pro-

probare debet, Bald. conſ. 17. num. 2. lib. 1. Dec. conſ. 13. num. 7. & ideò ad minus debet probare, reum eſſe diffamatum, quòd eſt graſſator Campaneæ, nam talis diffamatio orta à perſonis fide dignis, vel iuncta cum alia præſumptione, ſufficit ad torquẽdum, Ludo. in addit. ad Guid. de Suza. quęſt. 93. in tract. de indit. & tort. vel vigore arbitrij probationibus perſuaſiuis, aut minus concludentibus credi poteſt, licèt aliàs de iure communi illis non eſſet credẽdum, Bald. in l. ſolam, in fin. C. de teſt. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 25. & per vnicum teſtem, etiam quòd non ſit omni exceptione maior; poteſt foraſcitus torqueri, vt dixit idẽ Ludo. in citato loco nu. 97. Secunda ratio eſſe poteſt, quia foraſciti vigore Regiorum bannorũ hodiè effecti ſunt verè foriudicati Regiæ Curiæ, ex quo ſe non præſentarunt in decem dies in illis ſtatutos, quo caſu cum peruenerint in fortijs Curiæ, abſquè alijs indicijs poſſunt torqueri, Marſi. in d. l. 1. nu. 1. Brun. in tract. de indic. & tort. quæſt. 5. 2. part. num. 7. Afflict. in Cõſt. Pœnam eorum, num. 20. Boer. decis. 163. de communi Foller. in prax. cri. in 3. par. 3. part. ver. & ſi confitebũtur,
4 nu. 8. Non intendo † tractare hic materiam torturæ, quia ſuper ea ſunt facti plures tractatus, ſi vis ſcire, qualitèr reus ſit examinandus, vide Brun. de indit. q. 5. 2. par. nu. 56. Requiſita, vt inferri poſſit, & genera tormentorum, Marſi. in l. 1. de quæſt. Ordo inferendæ, Guid. de Suza. in citat. loc. numero 22. Indicia per eoſdem, & materiam ponit Gomez. tom. 3. cap. 13.

SVMMARIVM.

1 *An ex indicijs indubitatis quis poſſit condemnari.*
2 *Diſtinctio Auctoris.*

1 SEXAGESIMVM ſecundum. Ex indicijs indubitatis poteſt condemnari foraſcitus, quia, vt plurimũ committunt delicta in ſyluis, & locis occultis, cadauera eijciunt in flumine, & à communitèr accidentibus delicta iſtorum non ſubijciuntur oculis teſtium, & ideò non requiritur probatio delicti in genere, vt ſingularitèr dixit Franc. Caſon. in tracta. de tormen.
2 cap. 2. numero 4. † Sed aduerte, quòd quæſtio iſta, vtrum poſſit ex indicijs indubitatis quis condemnari, eſt ſatis quotidiana, & Doctores ſuper ea cõfusè loquuntur, & ideò duæ fuerunt opiniones, & ambæ communes. Prima affirmatiua, quòd poſſit condemnari, etiam ad pęnam ordinariam, ſi delictum eſt occultum, quam tenent Bald. Saly. & cęteri in l. fin. C. de accuſar. Roma. conſ. 7. Cotes per Boer. deciſ. 164. numero 5. teſtatur de cõmuni Carrer. in pract. crimi. in text. argumentis, num. 2. fol. mihi 43. Clar. q. 20. verſ. ſcias tamen, circa fin. & ſecundũ iſtam opinionem bis fuiſſe iudicatum refert Boer. in cit. loc. Alia fuit opinio negatiua, quòd non poſſit condemnari pęna ordinaria, ſed extraordinaria, quam tenet Afflict. in Conſtit. Summo periculo, num. 10. & 11. & ceteri relati per Anton. de Nigris in cap. Regni ad peruerſorum, num. 26. & eſt ſimilitèr communis, vt dicit Boſſ. in tit. de commit. numero 34. & 47. Viu. cõclu. 56. Carrer. in prin. prax. caſ. 3. fol. 11. num. 8. Mihi autem videtur, quòd ſint faciendi tres caſus. Primus, in delictis ordinatorijs, & non occultis, & in iſto caſu concludendum eſt, nõ poſſe puniri pęna ordinaria, ſed extraordinaria, Iudicis arbitrio, Tiraquel. in tract. de pęn. leg. temp. caſu 27. vbi allegat ferè omnes, qui tenent hanc ſententiam, & ſecundùm iſtam procedunt allegata in ſecunda opinione ſupra recitata. Secundus eſt, in delictis occultis, quæ oculis ſubijci non poſſunt, vt ſunt delicta carnis, & tunc ex indicijs indubitatis poteſt puniri pęna ordinaria, quia quæ liquidò probari nõ poſſunt, argumentis probantur, l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re milit.

Boer.

Boer.6.deciſ.num.4.& ità procedunt allegata pro prima opinione. Tertius caſus eſt, in delictis occultis, quæ tamen poſſunt oculis ſubijci, vt ſunt delicta facta de nocte, in domo, & ſimilia, & tunc ſimilitèr temperanda eſt pęna, & ideò Boſſ.in loc.alleg.nu.47. dixit, ſecundam opinionem habere etiam locum in occultis intelligendo delicta occulta modo prædicto. Sed Sarmien.ſelec.interpr. qu. 1. diſputat iſtam quæſtionem, & concludit, quòd aut debet ordinariè condemnari, aut pęnitùs abſolui, vide etiam Gomez. tom.3.cap.13.nu.35. & an tortus negatiuus poſſit condemnari, breuitèr dico, quòd ſi extabant indicia dubitata, abſoluendus eſt, Gramm. deciſ.8. num.9.Boer.deciſ.163.nu.8.de communi Clar.q.64.ver.illata reo, ſi verò indicia indubitata, vel plena probatio; licèt diuerſę fuerint opiniones, tamen poteſt reus condemnari pœna extraordinaria, & ità ſeruatur de facto, Cæpol.conſ.22.num.18. Gramm. in d.deciſ.num.7.Boſſ.in tit.de inquiſit.num.30. Bald.in l.fin.C. de proba. Cotes per Afflict.in Conſt. Humanitate, num.29.ſed aduerte, ne formes interrogatoria reo ſuper indicijs indubitatis, quia ſi fuerit negatiuus, illa euacuaret.

S V M M A R I V M.

1 *Exules effecti ſunt hoſtes publici.*
2 *Quid amittant exules.*

1 SEXAGESIMVM tertium. Per iſtã poteſtatẽ exules effecti ſunt hoſtes publici, vt ſupra q.1.nu.2. Præd. Qualitat.& hoc eſt magni momenti, quia de iure communi Bannitus non eſt trãsfuga, & hoſtis, ſed ſolùm illius Ciuitatis, à qua bannitus eſt, Bart. in quæſtione Lucanæ Ciuitatis, num. 32. & in nu.29. dixit, quòd nequiſſimum eſſet dicere, quemlibet contumacem eſſe transfugam, & hoſtem, idem Bar. in tract. qui ſint rebelles, ver. rebellãdo, ſentit Alcia.in l.quos nos, num.9. de verb.ſignif.& iſti vocantur latrunculi, & prędones in l.hoſtes, ff.de capt. & poſtlim.reuer. ſequitur, quòd non amittunt ea, quæ iuris cõmunis ſunt; ſed tantùm perdunt beneficia inducta à ſtatutis illius Ciuitatis, Bart. in dictis Quæſt.& Tracta.Rom.conſ.459. in prin. Cyn.in l. 1.C.de natur. liber. faciunt allegata per Cæpol.in conſ.8. & ex deductis per Marſ.in tracta. de bannit.ver.exules, nu.2.videtur, quòd
2 iſta ſit communis opinio.† Sed cùm vigore poteſtatis effecti ſint hoſtes publici, & Regis, ſequitur, quòd non ſolùm amittunt beneficia inducta per ſtatuta municipalia, ſed ea quoquè, quæ ſunt iuris communis, Bart. in d. q.nu.26.Marſi.& alij in locis citatis, & perindè habentur, ac ſi eſſent mortui, de iure communi, *Afflict.* in Cõſt. Pœnam eorum, nu.46. & eſt communis opinio, de qua teſtatur Boſſ.in tit. ban.quid amittant, num. 10.11.& 12. quem vide, quia in iſta materia benè loquitur.

S V M M A R I V M.

1 *Exules ſunt excluſi ab indultis generalibus.*
2 *Effectus atrocitatis delicti, remiſſiuè.*

1 SEXAGESIMVM quartum. Semper cenſentur excluſi huiuſmodi foraſcti ab indultis generalibus, ſi de ipſis ſpecialis mentio non fuerit facta, vt in cap.Regni, incip. Prouiſa iuris ſanctio, Bar.in l.auxilium, ff.de minor.faciunt allegata per Marſi.de bãnit.verſ.lęſæ Maieſtatis, nu.60.† Atro-
2 citas enim delicti operatur iſtum effectum, & alios, quos enumerat idem Marſi.in eo.tract.ver.atrocioribus, nu. 4.cum ſequent.

S V M M A R I V M.

1 *Exules effecti ſunt verè foriudicati Regia Curia.*

2 Spe-

2 *Specialia forindicatorum, rebellium, reorum leſæ Maieſtatis, remiſſiuè.*
3 *Terminus banni quando incipiat currere.*
4 *Publicatio bannorum vbi debet fieri.*

1 SEXAGESIMVM quintum. Exules noſtri temporis effecti ſunt
verè forindicati Regiæ Curiæ, diffidati, & rebelles, vigore Regiorum bannorum, ob lapſum decem dierum, in
quibus ſe non præſentauerunt, & iſte terminus fuit ſtatutus, tàm foraſcitis præteritis per banna, vt in bann. 1.
Aprut. fol. 22. & 89. quàm etiam præſentibus, & futuris, ſi intra decem dies
à die patrati criminis non ſe præſentant, ſeruata forma Regiorum bannorum, vt in ban. pri. fo. 160. vndè ſequitur, quòd omnia ſpecialia inducta in
odium foriudicatorum, rebellium, proditorum, & reorum leſæ Maieſtatis poſſent repeti contra iſtos, ad notata in l. 1. ff. de leg. 1. & poſſem enu-
2 merare centum alia Specialia. † Sed quia eſſet potiùs fatigoſum, quàm
vtile, remitto me ad locum, vbi tractantur, & præcipuè ad Bar. in d. tract.
qui ſint rebelles, Afflict. in Conſt. Pœnam eorum, Capyc. in deciſ. 130. nu.
54. ponit 57. Specialia criminis leſæ Maieſtatis, & 27. ponit Mõtel. in prax.
arbitr. part. 4. num. 315. Anton. de Nigris ponit in cap. Regni apud Tranũ,
latè per Luc. de Pen. in l fin. C. de dolat. lib. 10. & in l. 1. C. de petit. bon.
ſubl. eo. lib. remiſſiuè per Hippol. Bonacoſ. in ſuis quæſt. crimi. verſ. proditor, in quibus locis habebis Specialia
rebellium, proditorum, & reorum leſæ Maieſtatis; quibus nominibus ſunt
etiam notati iſti foraſciti, d. q. 1. in
3 Præd. Qualit. † Sed dubitatum fuit in Reg. Aprut. Audien. quando incipiat
currere terminus decem dierum ſtatutus foraſcitis ad ſe præſentandũm.
Ego dixi, quòd per vltimum bannum regiſtratum in bann. 1. fol. 160. terminus iſte quòad præſentes foraſcitos
curtit à die publicationis bannorum, & quòad futuros currit à die, quo cęperunt ire per Campaneã delinquen-
4 do, vt clarè dicitur in dictis bannis. † Similitèr fuit dubitatum, vbi debeat
fieri publicatio iſtorum bannorum, ad hoc vt liget, & dixi, quòd bannum
quòad quædam contenta in eo inducit commodum, vt putà pręmium capientibus bannitos, & alia, & hoc in
caſu, facta publicatione in Ciuitate Neapolis ſtatim ſuum operatur effectum, Bart. in l. omnes populi, nu. 37.
ff. de inſt. & iur. hanc quæſtionem in terminis poſuit Alex. Roman. in commentar. pragm. de blaſphemia, nu. 57.
vbi dubitat, an pragmatica nõ publicata in Prouincijs liget homines Regni, & concludit, quòd ſi fuerit publicata in Ciuitate Neapolis, & in eius
Tribunalibus, non erit neceſſe publicari per Prouincias, quia ibi ſunt procuratores, & agentes Vniuerſitatum,
Baronum, & particularium quaſi totius Regni, & ideò quod publicatur in M. C. non oportet inſinuari per Regnum, & Prouincias, hoc idem firmat
Foller. in declaratione indultus Cardinal. Pacec. num. 26. & per prædicta conſului, quòd Iulius Cæſar Roſales
capud foraſcitorum poterat indultari; quia reſpectu publicationis factæ Neap. erant elapſi decem dies, licèt
reſpectu publicationis factæ in Prouincijs non eſſent elapſi, & ità fuit executum. Quædam alia contenta in
eodem banno inducunt incommodũ, & quòad iſta publicatio debet fieri ad minus in qualibet Ciuitate Metropolitana Prouinciæ, vt innoteſcat omni
Prouincię, authen. vt factæ nouæ conſtitu. latè per Boſſ. in tit. de rapin. nu. 24. ſed cõſidera doctrinam Alex. quia
eſt generalis.

S V M M A R I V M.

1 *Reuocantur ſecuritates conceſſæ exulibus Status Eccleſiæ.*

1 SEXAGESIMVM ſextum, Saluiconductus, & Securitates hactè-
nus

nus conceſſæ per quoſcunquè Officiales e xulibus,alijſquè delinquentibus Starus Eccleſiæ,reuocatæ ſunt,& quòd in poſterum concedantur, omninò prohibentur per Proregem: & è cõtra Põtif.reuocat ſaluuſcõductus, & ſecuritates exulibus,& delinquentibus Regni conceſſas, & prohibet in poſterùm concedi, vt legitur in ordinationibus contra foraſcitos nouitèr initis inter Põtif. & Proregẽ *16. Augusti* 1585.in Cur. 3. fol. 283. & hoc idem fuit diſpoſitum in anno 1566. per Pium Quintũ Pont.Max. & Proregem D.Perafan,vt in pragm.3. de perſequen.malefac.

S V M M A R I V M.

1 *Contra foraſcitos captos non eſt opus nouo proceſſu.*

2 *Declaratur,qualitèr procedat.*

1 SEXAGESIMVM ſeptimum. Sequitur ex prædictis aliud ſpeciale,quòd cùm foraſciti per banna ſint declarati veri forindicati, ſi peruenerint ad manus Curię, non erit opus nouo proceſſu, ſed ſola executione,*Bal.*in l.qui reſtituere, nu. 3.& in fi.repetitio.& ibi *Ang.*ff de rei vin. dic.l.2.C.de his,qui latr.cum alijs allegatis per Boſſ. in tit. banniti quid amit.num.18.& practica erit, vt fiat recognitio, ſiuè per confeſſionem ipſius, ſiuè alio modo: qua facta exequitur ſententia,vt docet *Angel.*in l. inter ſtipulantem,§.1.ff.de ver.oblig. *Arn.*comment.42. de iure communi erat ſecus, nam ordinariè procedendum erat,Bart.in l.diuus Hadrianus, nu.4.ff.de cuſt.reor.cum allegatis per Lancell.in ſuo breu.lib.1.c.9.§.3. tit.
2 de contum.num.4.5.& 8.† Sed quicquid ſit,foraſcito dãdus eſt terminus ad dicendum cauſam, quarè non debeat ſententia foriudicationis exequi, & ità in terminis firmat Foller. de foriud.num.36.*Arn.*Epithom.87. qui allegat alios,& faciunt adducta per Clar.in prax.crim.q.44. verſ. ſed nunquid,cum ſequenti,& ità ſemper obſeruatum fuit in Reg.*Aprut. Aud.* & in iſto Tribunali Campaneæ.

S V M M A R I V M.

1 *Præſes tenetur circumire Prouincias.*

1 SEXAGESIMVM octauum. Reſidentia Præſidum regularitèr eſſe debet in Reg.*Audien.* ſed vigore iſtius poteſtatis tenetur circumire Prouincias, vt in illis verbis *(andar diſcorrendo,&c.)*quod intellige,prout per quatuor cõcluſiones declaratum fuit ſub Præd.vbi q.1.& quid ſit reſidere,& quotuplex ſit reſidentia, vide Luc.de Pen.in l.5.numero 15. C. de metat.lib.12.

S V M M A R I V M.

1 *Auditores an poſſint diſcedere ab Audientia.*

1 SEXAGESIMVM nonum. Ex prędicto ſequitur aliud ſpeciale, quòd licèt *Auditores* non poſſint diſcedere à Regia Audientia, abſquè licentia in ſcriptis *Proregis*;& neceſſitate vrgente,eſt neceſſarium, quòd proponatur in Tribunali coràm Gubernatore,& concludatur expedire ex cauſis propoſitis,quòd accedat,vt in prag.8.de offic.iuſt.imò hodiè etiã neceſſitate vrgente non poſſunt diſcedere,obſtantibus nouis literis,fol. 102.quæ licentia etiam de iure communi debet eſſe expreſſa,& non tacita,Corſetr.in ſin.ver.licentia, Tamen vigore poteſtatis poterit vnus ex *Auditoribus* circumire Prouincias ſimul cum Præſide contra foraſcitos, vt poſſit eius conſilio criminales queſtiones terminare,vt dicit poteſtas in illis verbis, *(è parendoui neceſſario)*cũ ſequentibus,& clarius apparet in Inſtructionibus datis Carolo Gambacortæ,ſed tempore vacationis poſsũt

itinerare *Auditores* ſine licentia, & eis debetur ſalariū, Roman. ſing. 453. quod intelligo, per Prouinciam, non extrà, quia in hoc repugnat cōmiſſio, & tempore peregrinationis cum licentia Proregis ſimilitèr debetur ſalarium, vt in d. ſing. Bald. in l. ſi ea cōditione, C. de cond. inſert. Et quando non exeunt de reſidentia, & fuerunt delegati à Superiore, non poſſunt petere dietas, ſed contenti eſſe debent de mercede ordinaria, Gugliel. de Ludoui. ſingul. 32. ſed malè hoc obſeruatur.

S V M M A R I V M.

1 *Creatio Alguzeriorum fit à Præſide, Audientia, & Aduocato Fiſcali.*

2 *In bello exulum fit à Præſide.*

1 SEPTVAGESIMVM. Creatio Alguzeriorum, ſiuè Nuntiorum, fiebat à Præſide, & *Auditoribus*, cum interuentu *Aduocati* Fiſci pro eius intereſſe, vt in pragm. 6. cap. ltē, quòd ſtatuatur, de offic. iuſtit. prout etiam hodiè fit, & licèt pragmatica indefinitè loquatur, & non exprimat, ad quos ſpectet creatio iſtorū, & per hoc aliqui voluere, quòd ſpectet ſolummodò ad Gubernatorem, & Aduocatum Fiſcalem, tamen illa dictio, Item, repetit in oratione indiffinita præcedētia, cum qualitatibus præcedentibus, prout communitèr concludūt Doct. teſte Alex. conſ. 117. lib. 1. num. 2. cir. ca fin. ſed in præcedenti cap. loquitur pragm. de Gubernatore, & Auditore, 2 ergo ijdem cenſentur repetiti. † Sed dico, quòd abſque interuētu iſtorum Preſes pro cauſis foraſcitorum, & eorum executione poterit creare Alguzerios, cùm ſit Delegatus Principis, l. fin. vbi gloſ. & *Bald.* C. de ſportul. eſt text. in cap. Paſtoralis, §. item cùm totum, de offic. deleg. & iſta eſt communis opinio, *Abb.* ibi, & ſeruatur de cōſuetudine, Bart. in tract. ad reprimen. ver. per nuntium, qui dicit, quòd etiā infames eligi poſſunt, & numerus iſtorum non excedat quindecim in Prouincia Aprutij, & Terræ Laboris, in alijs decem, cap. Reg. prouiſum eſt pro meliori, & non ſint de Prouincia, glo. in d. cap. & continuò ſint pœnès Commiſſarium, vt in cap. vniuerſis præſentis.

S V M M A R I V M.

1 *Præſes poteſt creare Actuarios, & Scribas in Tribunali Campaneæ.*

2 *Declaratur.*

1 SEPTVAGESIMVM primū. Poterit quoquè Præſes eligere Actuarios, & Scribas in Tribunali Campaneæ, eadem ratione, de qua in præcedenti ſpeciali, Marſ. de bannit. ver. Iudice, num. 244. & ex iuſta cauſa poteſt eos mutare, Bald. in d. l. 1. & ſo. lo iuramento probatur ſuſpitio iſtorum, Io. Vinc. de Ann. in ſing. 489. alioquin, quod vnus incœpit: alius nō poteſt proſequi, Bald. in l. 1. qu. 17. ff. de offic. conſul. latè per Par. de ſind. 2 ver. arbitrium, num. 4. † Sed hoc non obſeruatur, quia Commiſſarius Campaneæ, & Præſides Prouinciarum eligunt *Actuarios* de illis, qui ſunt in Audientia, vel in M. C. V. & aliquando ipſemet Prorex nominat Actuarios, & ad iſtos Actuatios multa ſpectant, de quibus in ea. prag. 6. de offic. iuſt. & per Carau. in ritu 35. cum alijs ſequent. ſed quia eorum nihil obſeruant, tacebo. Hodiè aſſumūtur Actuarij ab *Audientijs*, ad quos ſpectat actitare, non ſolùm quando negotia ſunt Tribunalis, ſed ſi proceditur vigore commiſſionis Sacri Conſilii, vel alterius Curiæ, Io. Vinc. de An. ſin. 4. & nō ſolùm *Actuarios*, ſed Commiſſarios quoquè deſtinare poterit, & aduertat, quòd petenti certus Commiſſarius dandus non eſt, Io. Vinc. de *Ann.* ſing. 280.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *De exceſſibus Alguzeriorum, & Commiſſariorum cognoſcit Præſes leuato velo.*

1 SEPTVAGESIMVM ſecundum. De exceſſibus iſtorum Alguzeriorum, & Commiſſariorum cognoſcit Præſes, leuato velo, & abſquè proceſſu, eoſquè etiam corporali pęne punire poterit, Bald. in l. fin. in fin. C. de ſport. Marſi. de bannit. ver. Iudicet, num. 169. etiam ex officio, Maran. in ſpec. verſ. inquiſitio, nu. 160. & cognoſcit tàm actiuè, ſi ipſi delinquunt, quã paſſiuè, ſi ipſi offenduntur, ſi contemplatione officij offendunt, aut offenduntur, Boer. deciſ. 9. Cara. in ritu 49. num. 14.

SVMMARIVM.

1 *An Præſes poſſit grauare ſubditos hoſpitijs, & alimonijs.*

1 SEPTVAGESIMVM tertium. Licèt Præſides, eorumque Milites non poſſint ſubditos grauare hoſpitijs, & alimonijs, l. obſeruare, vbi Bal. ff. de offic. Præſ. & §. illud autem, in authe. de man. Prin. tamen poſſunt in aliquibus caſibus recitatis ſuprà q. 2. Præd. Habitus.

SVMMARIVM.

1 *Nemo tenetur obuiare delicto.*
2 *Quilibet tenetur capere foraſcitos.*

1 SEPTVAGESIMVM quartum. Licèt de iure ciuili nemo teneatur obuiare delicto, & alium defendere, nec malefactorem in flagranti capere, ſecundùm communem opinionem, de qua teſtatur Cagn. in l. culpa caret, num. 10. ff. de Reg. iur. & procedit etiam in acclamando, & reuelan-
2 do.† Tamen quilibet tenetur capere iſtos foraſcitos, vt in prag. 1. de exul. & in pragm. de perſequen. malefa. propter atrocitatem criminis, vt in terminis dixit Marſi. in trac. Bannit. ver. atrocio. num. 2. maximè; quia proditores vocantur per Principem in poteſtate, quos quilibet capere tenetur, & ſi non capit, vel non clamat, vt capiatur, grauiſſimè punitur in perſona, & in rebus, quando id ſine periculo facere poterit, Iſer. in Conſt. Pęnã eorum, in vlt. col. Afflict. in Conſt. Iuſtitiarij non per Kalendas, num. 6. in fin. & eſt cap. Reg. incip. frequens, & ineffrenata, verſ. & vt metu pœnæ, & tex. in l. 2. ver. ſin autem, & ver. tribuni, C. de his, qui latron.

SVMMARIVM.

1 *An ſubditi poſſint cogi ad capturam foraſcitorum.*

1 SEPTVAGESIMVM quintum. Licèt non poſſint cogi ſubditi ad capturam foraſcitorum, per tex. in §. his inſupèr, in authen. vt nulli iudi. pragm. 1. de dam. cland. cum alijs allegatis per Luc. de Pen. in leg. 1. C. nè ruſticani, lib. 11. tamen poterunt cogi in quatuor caſibus, recitatis ſupra quæſt. 3. ſub Prędicam. Situs, & ibi vide, & ex aliqua iuſta cauſa ſubditi tenentur ſequi Præſidem per triginta dies, proprijs expenſis, leg. tàm collatores, §. ſin autè, ff. de re milit. Amæd. de Clar. aqu. ſing. 109. quod facit pro Commiſſarijs Campaneæ, qui petunt ab Vniuerſitatibus tot homines.

SVMMARIVM.

1 *Modus militaris eſt neceſſarius.*
2 *Obſeruantia in contrarium.*

1 SEPTVAGESIMVM ſextum. Iſte modus militaris eſt neceſſarius, in tantum, quòd non poterit Præſes alio modo procedere contra foraſcitos, vt in illis verbis poteſtatis (*Et debbiate procedere ad modum belli*) Verbũ

enim, debet, neceſſitatem importat, quando profertur à Principe in ſubditum, gloſ. l. ſæpè, vbi omnes, ff. de offic. Præſ. Afflict. in Conſt. *Pœnam* eorum, nu. 15. ver. 7. dicit, Rom. conſ. 150. Marſi. conſ. 51. nu. 61. & in conſ. 60. num. 4. & 5. & cùm iſte modus ſit datus pro forma, ſeruandus eſt, Bald. ſuper feud. in tit. de mili. vaſ. qui contu. eſt, num. 2. quia mandata diligentèr ſunt cuſtodienda, l. diligentèr, ff.
2 mand. Par. conſ. 136. nu. 6. vol. 4. † Sed non obſeruatur, & proceditur aliquando ordinariè, vt Præſidi, & Conſultori videtur.

S V M M A R I V M.

1 *Poteſtas tollit omnes alios modos procedendi contra foraſcitos.*
2 *Declaratur, qualitèr procedat.*
3 *Differentia inter modum procedendi ex proceſſu informatiuo, & modo militari.*

1 SEPTVAGESIMVM ſeptimum. Sequitur ex præcedenti aliud ſpeciale, quòd poteſtas iſta tollit omnes alios modos procedendi contra foraſcitos, nam ſi neceſſitat procedere ad modum belli, ergò non alio modo, l. cùm prætor, ff. de iud. cum allegatis per gloſ. fin. in fin. cap. non nè, extrà de præſumpt. & facit pro hoc communis reſolutio Doctorum, quòd per pœnam impoſitam per ſtatutum cenſetur ſublata pœna iuris communis, niſi aliud appareat de intentione ſtatuētis, & licèt nonnulli tenuere, quòd vtraquè pœna infligi poſſit, quos refert Anto. de Nigris in Præludijs cap. Reg. num. 47. Bald. in l. data opera, num. 19. C. qui accuſ. non poſſ. tamen vera opinio eſt, quòd pęna ſtatuti ſolummodò locum habeat, & ita obſeruat totus Mundus, Alber. in tract. de quæſt. ſtatu. q. 8. & in practica obſeruandum erit, Caſtr. in l. 1. §. dixerat
2 aliquis, ff. de publ. † Verùm prædicta intelligenda ſunt in inquiſitionibus formandis, nō autem inceptis, & formatis; quia ſi iudicium fuerit cęptum ordinariè, non poterit Præſes procedere ad modum belli, quia eo modo, quo incipit iudicium, finiendum eſt, gl. mag. in l. proindè, §. ſi. ff. ad l. aquil. *Ant.* de Nigris in cap. ſi cum ſceleratis, nu. 56. qui dicit, habuiſſe de facto in Reg. Aud. & quòd approbatum fuit à Collat. Conſ. & ità bis fuit iudicatum in iſto Tribunali. Primò, in cauſa cuiuſdam Mutij Gobbi de Alāno inquiſiti de furtis, & tentato aſſaſſinio in perſonam Magnifici Capitanei eiuſdem Terræ, contra quem fuit proceſsū ordinariè, mox cauſa introducta in Reg. Aud. ſuperuenerunt noua indicia, pro quibus poterat torqueri, fuit dubitatum de modo procedendi, & per prædicta fuit reſolutum, procedendum eſſe ordinariè, datis defenſionibus. Et ſuccedente ſimili caſu in perſonam Ioannis Marię Collislongi, inquiſiti de delictis Cāpaneæ, cùm ei ordinariè fuiſſent datę defenſiones, conſului, non poſſe procedi ampliùs ad modum belli; crederem etiam, quòd in leuibus delictis non teneretur Præſes ſeruare iſtam formam, etiam ſi intauerit, *Bald.* in l. obſeruare, §. proficiſci, num. 15. ff. de
3 offic. procon. † Et ex iſto ſpeciali colligitur differentia inter modum iſtum militarem, & proceſſum informatiuum: nam iſte eſt neceſſarius, ille verò voluntarius, quia eſt in poteſtate Iudicis procedere de præeminentia, vel ordinariè, vt in c. Reg. ſi cum ſceleratis, vbi notat *Anton.* de Nigris, & cap. iuris cēſura, & c. prouiſa iuris, & ratio differentiæ eſt, quia procedere ex proceſſu informatiuo committitur poteſtati Iudicis, & non omne, quod poteſtati ipſius committitur, neceſſitati iuris ſubijcitur, leg. nō quicquid, & l. 1. C. quomodò, & quando *Iudex*, ſed iſta poteſtas loquitur per verba neceſſitatiua, vt dixi.

SVM.

S V M M A R I V M.

1 *Præſes poteſt deſtinare Commiſſarios ad capturam informationum.*
2 *Electio iſtorum fit cauſa cognita.*

1 SEPTVAGESIMVM octauum.
Deſtinant Præſides Commiſſa-
rios ad capturam informationum, tã
ad inſtantiam partis, quàm ad inſtan-
tiam Fiſci, & ità ſeruat conſuetudo
generalis Reg. antiqua, licèt dubium
ſit de iure, vt dicit Carau. in rit. 157.
2 num. 11. † *Sed* in electione iſtorum
maximam curam debent habere Præ-
ſides; quia regularitèr pro defectu, &
neglectu ipſorum; ſi dolo, vel negli-
gentia deliquerint, tenentur, Roman.
conſ. 338. Bald. in leg. ad ſimilitudi-
nem, C. de Epiſc. & Cler. Bart. in l.
nullus, & in l. neminem, C. de decur.
lib. 10. In tantum, quòd ignorantia nõ
excuſantur, ſi ſunt negligentes in ele-
ctione ipſorum, Felin. in c. poſtulaſti,
num. 7. & 8. de for. comp. Bar. in l. nè
quid, ff. de incen. rui. & naufr. de com-
muni Lancell. in ſuo templo, lib. 1. c.
15. 3. ver. pro Officialibus ſuis, quem
vide, quia benè declarat prædicta, &
pro deſtinatione iſtorum Commiſſa-
riorum adeſt pragm. 1. de commiſſa.
non deſtin. & 4. de offic. iuſtitiarij, &
pragm. 31. tit. ſequen.

S V M M A R I V M.

1 *Contra foraſcitos poteſt procedi ex officio.*

1 SEPTVAGESIMVM nonum. Cõ-
tra iſtos foraſcitos poteſt proce-
di ex officio, quia capitalitèr veniunt
puniendi, l. 3. & l. congruit, ff. de offic.
præſ. cum alijs allegatis per Maran. in
ſpec. verſ. inquiſitio. nu. 176. ac etiam
contra eorum ſocios, & in num. 178.
& ibi ponit 64 caſus, in quibus pro-
cedi poteſt ex officio; & quia hoc non
habet difficultatem, vide ibi, & Anto.
de Nigris in cap. vt delatas, & in cap.
nè tuorum; tantò magis, quòd iſti ſunt
inquietatores pacis, quos quilibet de
populo accuſare poteſt, Bart. in l. 1.
num. 13. ff. de iur. fiſ. & in leg. arbiter,
ff. de recep. arbitr. Montel. in prax. ar-
bitr. part. 4. num. 889.

S V M M A R I V M.

1 *Foraſcitis denegatur beneficium Conſtitutionis Humanitate.*
2 *De facto non obſeruatur.*

1 OCTVAGESIMVM. Poterit
Præſes denegare iſtis foraſci-
tis beneficium Conſt. Humanitate,
quæ regularitèr mandat, reos habili-
tari ſub cautione, præterquam in de-
cem caſibus ibi expreſſis, & alios po-
nit Foller. in prax. crim. verſ. examin.
liber. ſub fideiuſ. Paul. Ghirlan. in
tract. de relax. carc. tit. de fideiuſſ. reo.
Marſ. in tract. de bannit. verſ. capti, &
iſtud Speciale probat *Ant.* de Nigris
in c. prouiſa iuris ſanctio, num. 6. *Affl.*
2 in Conſt. Super inciſionibus, col. 8. †
De facto non obſeruatur, nam eſt in
poteſtate Præſidis ipſos habilitare.

S V M M A R I V M.

1 *Foraſciti non poſſunt componi.*
2 *Regularitèr componuntur omnes, qui ratione, vel lege non prohibentur.*

1 OCTVAGESIMVM primum.
Non poſſunt huiuſmodi fora-
ſciti admitti ad compoſitionem, vt eſt
cap. Reg. nè peruerſo, & ibi latè per
*A*nt. de Nigris, & per Afflict. in Cõſt.
Intentionis, in 2. gloſ. num. 60. & Pro-
rex noluit admittere ad compoſitio-
nem Octauium Vulpem, inquiſitum
de armatione per Campaneam, qui
me referente fuit relegatus per quin-
quennium, vt in lit. Cancell. vltimo
2 *A*uguſt. 1585 prim. *A*prut. fol. 91. † Li-
cèt regularitèr omnes componi poſ-
ſint, qui ratione, vel lege non prohi-
bentur, Luc. de Pen. ponit hanc regu-
lam

lam in l.1.num. 36. C. de deſert. lib.
12. vbi ad plenum tractat materiam
compoſitionis,& *Anto.*de Nigris in
cap.Regni ad peruerſorum.

S V M M A R I V M.

1 *Auxiliatores exulum non poſſunt com-*
poni.
2 *Obſeruantia Regiæ Audientiæ.*

1 OCTVAGESIMVM ſecundum.
Nec receptatores , auxiliato-
res, & quoquo modo fautores iſtorũ
foraſcitorum componi poſſunt,vt in
pragm.5.de compoſ.& aduerte,quòd
receptare,frequẽtiam actuum requi-
rit , quia receptare eſt frequentèr re-
cipere,ſicuti latitare,frequentèr late-
re,& vocitare, frequentèr vocem da-
re , vt magiſtralitèr declarat Luc. de
Pen.in l. 1.num.4.cum ſequen.C.de
deſert.lib.12.& licèt propriè loquen-
do hoc poſſet eſſe verum, tamen om-
nes tenent communitèr, quòd etiam
ſi ſemel tantùm, ſeù vna vice recep-
tauit,dicatur receptare,& punitur, vt
dixit Ant.de Nigris in cap. licèt con-
2 tra,numero 7.in fin. †Et iſtud Specia-
le ſeruatur in Audient.*Aprut.* quòad
veros receptatores , quò verò ad vi-
ctum præſtantes non ſeruatur , nam
iſti componuntur quotidiè.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio à foraſcito an poſſit extorque-*
ri ſimulatè.
2 *Concordantur opiniones.*

1 OCTVAGESIMVM tertium.
*L*icitum erit *Præſidi* ſimulare ,
& cauſa veritatis indagandę e xulibus
aliquid promittere ad extorquendam
confeſſionem;Felin.in capi a.1.no.de
præſumpt.qui refert,quòd Papa *Ale-*
xander III. dùm haberet prę manibus
Epiſcopum Simoniacum, promiſit ei
in ſecreto , quòd ſi publicè fateretur
delictum ſuum,diſpenſaret cum eo,&
ſtatim cùm ille confeſſus fuit , coràm
Cardinalibus depoſuit eum. Felin.in
cap.accedens,num.3.vt lit. non con-
tes.cum allegatis per Cagn. in l. ea
eſt natura,num.16.de reg.iur. & licèt
nonnulli tenuere, quòd talis confeſ-
ſio tanquàm extorta per dolum, non
valet,& quòd fides ei data, eſt ſeruã-
da , vt dixit Par.de ſindic. in verſ.ſal-
uiſconductus,in fin.*Ant.*de Nigris in
c.multorum,nu.13.qui allegat alios ,
cum quibus eſt communis opinio,
Cagn.in d.l.num.19.& ſupra q.2.ſub
2 Prædic.Quantit. † Tamen opiniones
iſtæ diſtinctione concordabuntur , q
aut promiſſio fuit incerta,vt putà fa-
ciam,& dicam, prout ſunt promiſſio-
nes quorundam iſtius Regni,& vide-
bis,quòd tecum mitius agam,& tunc
procedat prima opinio, quia iſtis ca-
uillationibus , & ſimulationibus vti
poteſt Iudex in d.c.afferte ,& Cagno.
in eod.nu.16.aut verò promiſſio fuit
certa,vt putà ſi dicatur,cõfitearis de-
lictum,quia promitto tibi parcere, &
ſeruanda erit fides , & ità procedat
communis opinio,ſed forſan iſta cõ-
munis opinio poſſet etiam limitari ,
vt non habeat locum in diſrobatori-
bus ſtratarum,& foraſcitis,quia cùm
iſti ſint proditores , vt dicit poteſtas,
potuerunt etiam decipi , quia dolus
cum dolo compenſatur, l.viro, cum
concordantijs in gloſ.ff.ſolu.matri.

S V M M A R I V M.

1 *Poteſtas militaris eſt inſerenda in actis.*
2 *Non procedit in iudicio militari.*

1 OCTVAGESIMVM quartum .
Licèt *Delegatus* debeat inſe-
rere in citationibus,indultis , & pro-
ceſſibus poteſtatem ſibi delegatam ,
cap.cùm in iure,vbi Abb. & Felin. de
offic.deleg.Bar.in l.2.ff. ſi quis in ius
voc.Maran.in ſpec.diſt.5.& num.55.
2 l.1.C.de mand. Princ. † Tamen Præ-
ſes non neceſſitatur hoc facere , ſed
ſufficit ſimplicitèr allegare d.poteſta-
tem,

tem,cùm notorium ſit,Prçſides habe-
rè poteſtatem militarem, & ideò non
requiritur eius probatio,l.1.vbi gloſ.
notabilis,C.qui,& aduer.quos, & in
terminis ità tenet Foller.in pragm.de
foriud.num.26. nec opus fuit de po-
teſtate certiorare M.C.V. quia Prin-
ceps teſtatur in poteſtate, denunciaſ-
ſe,cui aſſertioni ſtàdum erit,cap.cùm
à nobis,vbi Abb.& Felin.de teſt.Lan-
cell.in temp.lib.1.cap.1.§.4.tit.aſſer-
tioni ſolæ Imperatoris.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas militaris eſt priuatiuè quòad alios.*
2 *Poſt ſententiam foriudicationis non eſt locus remiſſioni.*

1 OCTVAGESIMVM quintum.
Præſes habet poteſtatem mi-
litarem contra foraſcitos, etiam pri-
uatiuè quòad alios,in tantum, quòd
non ſolùm non tenetur remittere,ſed
poſſunt ab Ordinarijs locorum pete-
re remiſſiones, qui neceſſitantur re-
mittere dictos foraſcitos,non obſtan-
te pragmatica præuentionis, vt con-
cluſum fuit ſub Præd.Qualit. in q.3.
quam vide, quia ad partes diſputata
2 fuit iſta quæſtio.† Et ratio eſt, quia
poſt ſententiam foriudicationis Re-
giæ non eſt amplius locus remiſſioni.
Ioan.Vincen.de An.ſing.56.qui alle-
gat alios,& ſigillat iſtam opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Foraſciti poſſunt renunciare defenſionibus.*

1 OCTVAGESIMVM ſextum.
Poſſunt iſti foraſciti renuncia-
re ſuis defenſionibus,Ange.in l.caſto-
dias,ff.de pub.iud.Par.de ſindic.verſ.
latro,cap.2.nu.7. Montel.in prax. ar-
bitr.part.4.numero 453.Marſi.in tra-
cta.bannit.ver.atrocioribus, numero
6.licèt regularitèr reus non poſſit re-
nunciare ſuis defenſionibus, gloſ.&
Doct.in leg.pactum inter hæredem,
ff.de pact.cum allegatis per Iaſ.in leg.
iubemus,numero 7.C.de iud.& idem
Iaſ.in leg.ſi quis in conſcribendo,nu.
18.C.de pact.firmat hoc pro regula
cum quinque limitationibus.

SVMMARIVM.

1 *Corpora damnatorum conceduntur petentibus.*
2 *Non obſeruatur in iudicio militari.*

1 OCTVAGESIMVM ſeptimum.
Licèt corpora,Cineres,& Oſſa
condemnatorum, qui furca fuerunt
ſuſpenſi,vel alitèr dilaniati cognatis,
& alijs petentibus non ſint denegan-
da ad ſepulturam,l.1.2.& 3. ff.de ca-
dauer.quia carere non debent Eccle-
2 ſiaſtica ſepultura. † Tamen cadauera
iſtorum debent ſemper manere ſu-
ſpenſa, vt eorum conſpectu cæteri
terreantur, & ſolatium ſit cognatis
interemptorum,l.reſpiciendum,§.fa-
moſos,vbi Bart.notat,ff.de pœn.Par.
de ſindic.verſ.latro,c.2.nu.7. & ſolus
Princeps poſſet dare licentiam, Caſſ.
in Conſuet.Burgun.rub.1.5.5.in tex.
duprince,nu.4.& 5. ſed hoc non ob-
ſeruatur, quia aliquando conceduntur
ad ſepulturam,tàm per Præſides,
quàm per Auditores.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatis foraſcitorum denegatur audientia.*
2 *Regularitèr ſecus.*

1 OCTVAGESIMVM octauum.
Aduocatis iſtorum foraſcito-
rum poteſt denegari audientia, & in-
terdici officium,l.per omnes, C.de
defenſ.ciuit.Caſſ.in Conſuet.Burgun.
rub.1.5.5.in tex.pour.nu.3.Marſi. in
tract.bannit.ver.atrocioribus,num.6.
2 & 7.† regularitèr verò teneretur Præ-
ſes in adeundo facilem ſe præbere

Ad-

Aduocatis,& omnibus,l.obſeruandũ, ff.de offic.Præſid.& dare reo Aduocatum,& Procuratorem, expenſis Curiæ ex officio,ſi eſt pauper, & miſerabilis perſona,vt in Conſt. Lege præſenti,& per Foller.in pract.crim. ver. fiat conteſtatio litis,nu.26. quid autẽ importet negare audientiam? vide Marſ.remiſſiuè de bannit.ver.Iudice, num.227.

SVMMARIVM.

1 *Exules poſſunt interrogari de ſocijs.*

2 *Regulariter ſecus.*

1 OCTVAGESIMVM nonũ.Poſſunt iſti exules interrogari de ſocijs mandatoribus,receptatoribus, & auxiliatoribus, l.penult. C.de ferijs, text.ad literam in l. Diuus Hadrianus,ff.de cuſt.reo.Marſi.conſ.22. nu.16.Brunus de indic.& tort. q.3.p.
2 partis,num.22.† Regularitèr verò eſt ſecus,quia delinquens non poteſt interrogari de ſocijs,l.fi.C.de accuſ.vbi ponuntur alij caſus, & eſt communis opinio,Clar.in prax.crim.q.21. verſ. dictum ſocij criminis.

SVMMARIVM.

1 *Declarationes duorum foraſcitorum, quam probationem faciant.*

2 *Qualiter intelligatur.*

1 NONAGESIMVM.Declarationes duorum foraſcitorum,etiã quòd ſint ſingulares,& de actibus diuerſis,faciunt plenam probationem, etiam quòad condemnandum, prag. 5.de recept.licèt in pragm.1. de perſequen.maleſa.& in prag. 1. de exul. eſſet diſpoſitum, quòd tres declarationes foraſcitorum erant neceſſariæ, de iure verò communi teſtes ſingulares quòad plenam probationem non faciunt fidem,Doct.in l.fin. C.de accuſ cap.ſi teſtes.§.iuriſiurandi 4.q. 3. Ancha.conſ.277.num.5. nec minus ſocij criminis, etiam quòd tres ſint, Blanc.in tract.de indic.nu.385.Spec. in tit.de teſt.§.r. verſ. item quòd eſt, Marſi.in tract.de bannit.ver.Ipſe Maieſtatis,ſed ſolummodò faciunt indicium ad torturam, Boer. deciſ. 319. cum allegatis per Clar.in prax.crim.
2 quæſt.21.verſ.ſed pone. † Sed Cara. in pragm.1.de exul.num 72. cum ſequenti,intelligit iſtud Speciale, duobus concurrentibus. Primum, quòd ſint factæ in tortura.Secundum,quòd ſint repetitæ,parte abſente, & citata, vel parte præſente,& vtrumque eſt de iure communi, nam cùm ex proprio delicto deponentes effecti ſint infames,non debent admitti in teſtes cõtra alios,ſine tortura, Marſil.in prax. crimin.§.diligentèr,nu.60. cum duobus ſequen.Caſſ.in Conſuet.Burgun. rub.1.in tex.corporel, num.14. Clar. in d.q.21.verſ.ſcias etiam, qui etiam dicit,quòd ſeruandum eſſet id,quod ſeruatur,vbi ius dicitur, & de repetitione eſt clarum, quia teſtibus non repetitis parte citata, non poteſt deueniri,nec ad torturam, nec ad condemnationẽ,Marſ.in ea.pract. §.nonne videndum,nu.28.& 29.Gramm.conſ. crim.15.de communi Clar.d. prac.q. 45.verſ.cæterùm,& q.21. verſ. item quæro,ſed,ni fallor, in propoſito noſtro poteſtas militaris reijcit iſta duo, nam dato,quòd ſint infames, adhùc probant ſine tortura, ſi infamia deſcendit ex iure ciuili, ſecus ſi ex iure gentium, Bart.in leg. filiusfamilias, num.6.ff.de donat. quia poteſtas iſta tollit defectus iuris ciuilis,& ideò infamiam, torturam, & ſimilia, ità fuit dictum in præd.Quando,q.1.nu. 8.& repetitio non eſt neceſſaria in iſto iudicio militari,Crauet.in conſ. 198.in fi.Foller.in prax.crim.ver. & ſi confitebuntur,in 3.part.3.par.nu.41.& 42. & ver.repetantur teſtes,in prin.cum cæteris allegatis in d. q. 1. & fundamenta Cara.procedunt de iure communi in delictis ordinarijs,nõ autem in exceptis,& in iudicio militari,vide Ant.de Nigris in cap.frequens.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In iudicio militari non fit acceptio perſonarum.*
2 *Declaratur, qualitèr intelligatur.*

1 NONAGESIMVM primũ. Præſes non debet eſſe perſonarum acceptor, ſed ità magnum iudicare debet, vt paruum, vt in illis verbis poteſtatis *(ſenza riſguardo di perſone)* eſt tex. in c. in iudicijs, de reg. iur. in 6. & c. nouit. de iudicijs, Deuter. c. 1. & in c. 16. dicit, iudicent Populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinẽt, Lucæ c. 20. & plura per Paul. c. 2.
2 ad Roman. † Verùm intelligas iſtud ſpeciale cum tali diſtinctione, aut loquimur in his, quæ ſunt de mera iuſtitia, & tunc neque apud Deum, neque apud hominem debet eſſe acceptio perſonarum, aut in his, quæ fiunt ex mera gratia, & tunc, & apud homines, & apud Deum fit acceptio perſonarum, nam plus facit gratiam vni, quàm alteri, Bart. & Caſt. in l. 1. ff. de poſtulan. cum cæteris allegatis per Lancell. in temp. lib. 1. cap. 1. §. 3. tit. perſona. non accep. hinc eſt, quòd cũ plures ſint Auditores æquè idonei, poterit Præſes eligendo gratificari cui voluerit, citrà iniuriam aliorum, & cum eo circumire Prouincias.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio militari nõ fit acceptio ætatis.*
2 *An minor poſſit puniri.*
3 *Dantur plures limitationes.*
4 *An minores poſſint torqueri.*

1 NONAGESIMVM ſecundum. Licèt de iure communi fiat acceptio perſonarum circa ætatem, videlicet, an ſint infantes, proximi infantiæ, vel puberes, vt in leg. aut facta, §. in huius rei, ff. de pœn. & licèt ſtatutum pœnale non comprehendat minores, Ang. Caſtr. & Alex. in l. vbi, ff. de eden. in terminis Foller. in prag. de foriud. nu. 36. tamen vigore iſtius poteſtatis Præſes non debet in puniendis exulibus eſſe acceptor ætatis, vt in illis verbis *(ſenza riſguardo di*
2 *perſone, ne di età, &c.)* † Sed quia hoc non eſt ſimplicitèr verum, idcircò pro reſolutione videndum erit, an minor poſſit puniri, ſuper qua quæſtione Doct. confusè loquuntur: Ego verò duabus concluſionibus eam dilucidabo. Prima, infans, & proximus infantiæ non poſſunt puniri, quia non habent animum, intellectum, nec iudicium rationis. De infante eſt text. cum gloſ. in l. infans, ff. ad l. Corn. de ſic. l. impuberem. ff. de furt. l. 5. verſ. ſed ſi infans, ff. ad l. aquil. talis enim ætas quicquid videt ignorat, l. 1. C. de fal. moner. cap. illud relatum 15. q. 1. De proximo infantiæ eſt text. in §. pupillus, Inſt. de inut. ſtip. cũ ſimilibus, & dicitur infans vſquè ad ſeptem annos, l. ſi infanti, C. de iur. delib. gloſ. l. 1. §. pueritia, ff. de poſtulan. gloſ. ordinaria, quę enumerat ętates in procem. ſexti, ver. perfecta. Proximus infantię dicitur maſculus, vſquè ad decem annos, & dimidium, glo. in l. pupillũ, ff. de reg. iur. glo. l. 1. ff. de noua. gloſ. §. in ſumma, inſt. de oblig. quæ ex del. naſc. & licèt ſuper hoc variæ fuerint opiniones, tamen iſta eſt communis, & tenenda in iudicando, & conſulendo, vt dicit Gomez varia. reſolutio. to. 3. c. 1. ſub num. 57. & prædicta procedunt, etiam ſi infans, & proximus infantiæ dicantur doli capaces, Augu. ad Ang. de malef. verſ. ſcientèr, doloſè, &c. in 2. add. glo. in l. impuberem, ff. de furt. cum cæteris allegatis per Gomez. in cit. loco, & ratio ſecũdùm iſtos, quia eſt præſumptio iuris, & de iure, quòd iſti non poſſint delinquere, & ideò non admittitur probatio in contrarium, miraculosè verò, & iudicio Dei legitur in Greg. in 4. lib. Dialog. cap. 19. quem refert Luc. de Pen. in l. omnes, C. de delato. lib. 10. 3. colu. infantem quinque annorum propter eius aſſiduam blaſphemiam

O fuiſſe

fuiſſe raptum à Diabolo de manibus
patris,ea enim, quæ nutu Dei agun-
tur,non ſunt ſub aliqua lege, vt in
cap.duæ 19.q.2. Secunda concluſio.
Minor impubes proximus puberta-
ti,vel pubes minor 25.annorũ,quia
doli capaces præſumuntur,l.pupillũ,
ff.de reg.iur.§.in sũma, inſt.de oblig.
quæ ex del.ratio eſt, quia in illa æta-
te reputantur capaces iuris natura-
lis,in quo non eſt tolerabilis igno-
rantia,& ideò ſcire debent, delictum
eſſe prohibitum de iure diuino,& na-
turali, quia ex ipſo inſtinctu naturæ
perſuadetur, quòd nemo faciat alte-
ri,quod ſibi non vult,l.1.ff.de furt. l.
venia, C.de in ius voc. & ibi Doct.l.
probrũ, ff.de verb.ſig. Pubes dicitur
maſculus poſt decimum quartum
annum completum,fęmina poſt duo-
decimũ,§.1.ver.& ideò, inſt.qui mo.
tut. fin. cum alijs vulgaribus. Proxi-
mus pubertati dicitur maſculus à de-
cimo cum dimidio, vſque ad quartũ
decimum,fœmina à nouem annis cũ
dimidio,vſq;ad duodecimum,gloſ.in
§.pupillus,in ver.infanti,inſt.de inut.
ſtip.gloſ.in l.pupillum, ff.de reg.iur.
& iſta eſt cõmunis opinio, de qua te-
3 ſtatur Gomez in d.loco † Limita iſtã
concluſionem, vt non procedat in
delictis,quæ conſiſtunt in omittẽdo,
vel negligendo,l.2.C.ſi aduer. delic.
l.minor,C.de his,quibus vt ind. Co.
tes per Gomez.eo.in loco, nu.59.li-
mita ſecundò,vt non procedat in de-
lictis carnis,vt eſt adulterium,& ſtu-
prum, quia propter ætatem cenſen-
tur incapaces illius delicti, l. ſi mi-
nor,vbi glo.ordinaria,ff.de adult.cap.
1.de delict. puer. niſi malitia ſupple-
ret ætatem, cap.à nobis, cap.de illis,
& cap.fin.de ſponſ.impub.vt in caſu,
quem refert Greg. in dialog. & gloſ.
cap.1.20.quæſt.1. de puero nouem
annorum, qui nutricem ſuam graui-
dauit,tertiò limita, vt non teneantur
pęna ſtatutaria, vel à conſuetudine
inducta,quia ex delicto, quod eſt pu-
nibile per ſtatutum, vel conſuetudi-
nem,& non de iure communi,vel le-
ge Regia,quę quòad nos eſt ius com-
mune, non poſſunt puniri, cap.2.de
delict.puer.Rom.ſing.fin.Gomez in
d.loco,num. 16. vtputà in extractio-
nibus frumẽtorum, & in quibuſdam
bannis emanatis per Officiales, vlti-
mò limita, vt non poſſint pęna ordi-
naria,ſed extraordinaria puniri, leg.
auxilium,§.in delictis,ff.de mino. vbi
omnes,notat Gomez in eo. loco, nu.
4 62.† Et in caſibus,in quibus minores
poſſunt delinquere,& puniri,poſſunt
etiã torqueri,videlicet minores qua-
tuordecim poſſunt terreri, l.1. §.im-
puberi,ff. ad ſillan.Anan.in cap.1.de
delict.puer.ſed non torqueri,l.de mi-
nore,ff.de quæſt. maiores verò qua-
tuordecim torqueri poſſunt, vt dicũt
allegata iura,& Doct.ſed aduertendũ
eſt,quòd in his, quæ ſiũt ad ordinem
iudicij requiritur curator, in his au-
tem,quæ pertinent ad inquiſitionem
veritatis non requiritur, & ideò cau-
tus debet eſſe Iudex,vt aliquem actũ
non faciat contra minorem; niſi dato
eidem,& proceſſui curatore, ſed in
executione torturæ non facias inter-
uenire curatorem, quia eius auctori-
tas non eſt neceſſaria, cùm reſpiciat
inquiſitionẽ veritatis,& iſta eſt com-
munis practica,Marſi.in l.1.de quæſt.
8.requiſi.& in l.de minore,nu. 55.ff.
de quæſt.Gomez in d.cap.1.num.67.
& Ang.de malef.verſ. comparuerunt
dicti inquiſiti,& confitentur totum
ver.nec non ſis benè cautus.

S V M M A R I V M.

1 *Probatio delicti in genere de iure communi eſt neceſſaria.*
2 *In iudicio militari ſecus.*

1 NONAGESIMVM tertium.Li-
cèt probatio delicti in genere
neceſſaria ſit,tàm ad torquendum,
quàm ad condemnandum reum,Bar.
in l.fin.ff.de quæſt.num.5. l.1. §.item
illud,ff.ad ſillan. & ità ſemper faciũt

Pra-

Pracici Aſſeſſores, Clar. in prax. crim.
quæſt. 4. & licèt ipſe dicat in quæſt.
64. ver. debet autem Iudex, quod ho-
dierno tempore non ſeruatur, tamen
malè faciunt non obſeruantes, quia
delictum in genere eſt fundamentum
2 inquiſitionis.† Sed quicquid ſit, con-
tra foraſcitos non requiritur proba-
tio delicti in genere, quia ſolent ab-
ſcondere cadauera, eijciendo in flu-
mine, vel in mare, ità in terminis di-
xit Frãc. Caſoa. in tract. de torm. cap.
2. numero 4. ſubdens, quòd ſi reus cõ-
fiteatur, occidiſſe aliquos ignotos, cõ-
demnabitur, licèt non conſtet de ca-
daueribus, & ità ſemper fuit ſeruatũ
in iſto Tribunali, dummodò conſtite-
rit, reum graſſatum fuiſſe per Campa-
neam, nam licèt graſſatio ſimplex nõ
inducat pœnam mortis: tamen ſi con-
feſſus fuerit, commiſiſſe aliqua deli-
cta in Campanea, poterit damnari ad
mortem, licèt non conſtet de delicto
in genere.

S V M M A R I V M.

1 *An in iudicia militari poſſit procedi die-*
bus feriatis.

1 NONAGESIMVM quartum.
Contra foraſcitos poteſt pro-
cedi diebus feriatis, ſiuè feriæ ſint in-
ductæ ad vtilitatem hominum, ſiuè in
honorem *Dei*, vt ſuprà qu. 2. Prædic.
Quan. quod intellige, & declara, vt
nõ omnes actus explicari poſſint, nec
ex omni cauſa, ſed quidam actus, &
neceſſitate vrgẽte, declarat Menoch.
de arbitr. lib. 1. quæſt. 30. & licèt hoc
non ſeruetur in praxi, tamen ità ob-
ſeruandum eſt à Iudicibus, Deum ti-
mentibus, Clar. in prax. crimin. q. *64.*
ver. quæro, an tortura, & in q. 97. ver.
quæro etiam.

S V M M A R I V M.

1 *Factioſi poſſunt diſterrari.*
2 *An poſſint cogi ad pacem.*

1 NONAGESIMVM quintum.
Et quia ex partialitatibus, &
inimicitijs, quæ vigent in aliquibus
Ciuitatibus, & Terris iſtarum Prouin-
ciarum Aprutij, & præſertim in Ciui-
tate Therami, Montorij, Francauillæ,
Montaneæ Roſeti, & in alijs Terris
nutriuntur iſti foraſciti, nam factioſi
propter inimicitias quærũt amicitias
iſtorum, illos defendunt, fouent, auxi-
liantur nummis, armis, & propria vi-
ta, etiam contra Curiam, vt experien-
tia docet; poterit Præſes huiuſmodi
factioſos, vel diſterrare, vt ſupra q. 2.
iſtius Præd. vel illos cogere ad pacem
ex ſuo officio, Bart. in l. congruit, in
fin. ff. de offic. Præſ. Bald. & Moder. in
l. quidam æſtimauerunt, ff. ſi cer. pet.
Maran. in ſpec. ver. inquiſitio, nu. 164.
& hoc, ſi ipſi cõſtaret, quòd turbaretur
2 Ciuitas ex dictis inimicitijs. † Alio-
quin verò Præſes poſſet ſuadere pa-
cem, ſed non cogere, Bald. in l. 1. §.
quies. ff. de offic. præfect. vrb. cum in-
finitis allegatis per Vulpel. in tracta.
de pace, q. 3. nu. 3. & quia paces iſto-
rum fuerunt millies factæ, potius ip-
ſos exularem, ſaltim principaliores,
& magis ſuſpectos, Vulpel. in loco ci-
tato, num. 10. & quatenus voluerit il-
los cogere ad pacem, aduertat ad cõ-
fectionem inſtrumenti pacis, vt ſit be-
nè formatum, & faciat ipſos promit-
tere pro familiaribus, ſocialibus, &
adhærentibus, Bal. in l. 1. num. 7. C. de
Epiſc. & cler.

S V M M A R I V M.

1 *Exules effecti ſunt infames.*
2 *Barone contumace ſuſpenditur iuriſ-*
dictio.

1 NONAGESIMVM ſextum. Cũ
igitur iſti foraſciti effecti ſunt
ob inceſſum per Campaneam, & ſic
ob cauſam criminalem verè banniti,
& foriudicati, vigore Regiorum ban-
norum, ſequitur, quòd effecti ſunt in-
fames, & interim non poſſunt eſſe Iu-

dices,nec cæteros actus exercere in-
2 famibus prohibitos.† Et ideò ſumpta
eſt practica,quòd *Barone* contumace
ſuſpenditur iuriſdictio, & Illuſtriſſi-
mus Vicerex conſtituit Capitaneum
pro exercitio iuriſdictionis.Iſtud ſpe-
ciale eſt ſumptum de verbo ad ver-
bum à ſing.52.Ioan.Vinc.de *Ann.* &
ideò pluries conſului, quòd Baroni-
bus bannitis Prouinciarum *Aprutij*
poteſt ſuſpendi iuriſdictio, an autem
pendente inquiſitione poſſit Officia-
lis ſuſpendi,vide Ioan.Vinc. de Ann.
ſing.370.diſpoſitio eſt, aut accuſatur
de crimine commiſſo extrà officium,
& pendente inquiſitione retinet offi-
cium, & adminiſtrationem, aut de
commiſſo in officio,& retinet officiũ,
ſed ei interdicitur adminiſtratio,
Franch.deciſ.8.vide Afflict.in Conſt.
Statnimus, vt Magnæ, not.14.num.
2.& 4.

SVMMARIVM.

1 *Exules an poſſint allegare declinato-riam fori.*
2 *Fallit in duobus caſibus.*

1 NONAGESIMVM ſeptimum. Iſti foraſciti,ex quo effecti sũt
veri contumaces vigore Reg.ban. nõ
poſſunt allegare declinatoriam fori,
& litis pendentiam,*Afflict.*deciſ.133.
cum cæteris allegatis per Ioan. Vinc.
2 de Ann.ſingul. 120.† Quod fallit in
duobus caſibus. Primò reſpectu Ba-
ronis, qui non obſtante contumacia
ſui vaſalli ſuo nomine poteſt petere
remiſſionem, per notata per Capyc.
deciſ.9.& per Boer.deciſ. 114. cæte-
ros allegat Ioan.Vinc. de Ann. in d.
loco, & ità obſeruatur in Reg. Au-
dient.Secundò fallit in Clerico,vt te-
net ex mente *Afflict.*idem Io.Vin. &
de Clericatu M.C.V. & hodiè etiam
Reg.*Audient.*ſummariè cognoſcunt,
Franch.deciſ. 189.vigore ritus, ſed ſi
ab Ordinatio fiat fides,quòd eſt Cle-
ricus,ſtatim remittitur, quia ipſi cre-
ditur.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio militari poteſt imponi nouum genus pœnæ.*
2 *Comes Vxenti priuauit quendam Aqui-lanum oculis.*
3 *Iuſtificatur ſententia Comitis.*

1 NONAGESIMVM octauum. Contra iſtos foraſcitos poteſt
Præſes imponere nouum genus pœ-
næ,nempè obtruncare manus, & erue-
re oculos,vigore vltimarum ordina-
tionum,& bannorum in Cur.1.*Apru.*
fol.159.& fuit practicatum (vt audi-
ui)per Dominum Aguirrem tempo-
re, quo erat Commiſſarius Campa-
2 neæ.† Et quia Comes Vxenti priua-
uit oculis Ioãnem Baptiſtam de Flo-
reauãte Ciuitatis Aquilæ, inquiſitum
de ſuſpenſione burſarum in furcis af-
fixis,ordine d.Comitis in platea ipſius
Ciuitatis, ex quo iſte caſus non erat
comprehenſus in banno, nolui ſub-
ſcribere ſententiam, licèt tunc eſſem
Conſultor Regius apud ipſum, ordi-
ne Excellentiſſ.Proregis, vt apparet
in dictis ordinationibus, & dicebam,
quòd ex quo non erat caſus conten-
tus in banno,non poterat ipſe impo-
nere nouum genus pęnæ, & incon-
ſuetum, quia pęnæ impoſitio eſt in
legis poteſtate,& non in arbitrio Iu-
dicis, l.1.§.ſin autem, ff. ad turpill.
Iſer.in tit.quæ ſint regal.ver.& bona
committentium,num.73.Par.de ſyn-
dic.tit.de offic.ſyndic.ver.an ſi pote-
ſtas condemnauit,Cara.in rit.41.nu.
3 12.& 16.† Pro ſententia Comitis eſt
tex.in c.19.in fin.Deutero.quem alle-
gat Iacob.Ardiz.in ſumma feud. in
4.par.2.par.principalis,cap.153.ver.
item punit,qui dixit,puniri oculo eũ,
qui dixit falſum teſtimonium, prout
fuit iſte Io.Baptiſta cognominatus, *il
gran diauolo*; & ideò dixit Boſſ.in tit.
de iniur.nu.38. quòd dicens Officia-
li,quòd iuſtitiã facit venalem, ſi non
probat,punitur pęna mortis, allegat
§.ex diuerſo,& ibi glo.in auth. vt iu-
dic.ſine quoquo ſuffrag.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In bannis Regijs adſunt alia ſpecialia.*
2 *Vltimum bannum fuit duraturum per quatuor menſes.*

1 NONAGESIMVM nonum. Licèt hodiè *Aduocatus*, & Procurator Fiſcalis creari debeãt à Principe, tamen in aliquibus caſibus poſſunt ab alijs Officialibus Regijs ſimilitèr creari, *Afflict.* in Conſt. Iuſtitiarios, §. præſes, num. 6. 7. & 8. & crederem, quòd in iſto iudicio militari poſſet Præſes hoc facere, quia de iure Regni hoc ipſi erat permiſſum per Conſt. Beneficium, in fin. quam allegat *Bartho.* de Capua in rit. itẽ, quòd Procurator Fiſcalis, nu. 1. quem nota, quod intellige, quãdo iret per Prouinciam, & Aduocatus, & Procurator Fiſcalis reſiderent in Audientia, melius erit conſulere *Principem*, multa alia ſpecialia leguntur in Regijs Bannis in Cur. 1. Aprurij fo. 127. Nempè, quòd Turres Campaneæ, quæ non ſunt foraſcitorum clauderentur, talitèr, quòd non remaneat apertura, ſub pœna deroccationis, & triẽnalis exilij Domino; quòd nemo poſſit extrahere panem a Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & Locis, abſquè licentia Capitanei, & Officialium de regimine, ſub pœna trium annorum ad triremes contrauenientibus, & Officialibus priuationis officij, & relegationis per
2 triennium † Hæc, & alia leguntur in dicto banno, quæ referre nolui, quia bannum durauit ſolũmodò per quatuor menſes, & dicuntur ſpecialia, quia impediunt liberum commerciũ, contra pragm. 15. ſub tit. de baronibus, l. dudùm, C. de contrahen. empt. faciunt allegata per *Anto.* de Nigris in cap. Regni grauamina.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas militaris eſt fauorabilis.*
2 *An poteſtas iſta extendatur.*

1 CENTESIMVM, & vltimum. Poteſtas iſta licèt ſit pęnalis, & iuris communis correctoria; eſt tamen fauorabilis, & non odioſa, quia emanata eſt ad extirpationem delinquentium, ob fauorem publicum, vt dixit vltimum bannum 6. Iulij 1586. *(per beneficio uniuerſale di queſto predetto Regno)* Iaſon in leg. cùm quidam, numero 26. ff. de lib. & poſth. Anton. de Nigris in cap. Regni ad hoc, vt noſtrorum, numero 150. Deci. in leg. 2. numero 3. ff. de reg. iur. Marſil. in prax. crimin. §. aggredior, numero 58. cum ſequen. Bartol. & cęteri in l. 2. C. quando lic. ſine ind. Moder. in capit. quæ in Eccleſiarum, de Conſt. Iaſon conſ. 133. lib. 1. numero 4. *Afflict.* in Conſt. Pœnam eorum, ſub numero 15. Marſil. de bannit. verſ. annis, numero 5. & verſ. Ciuitate, numero 17.
2 ex quo ſpeciali † poſſet inferri ad multa, quia cùm poteſtas iſta ſit inducta ad publicam vtilitatem, extenditur ad alios caſus, vbi eſt ſimilis ratio, *Alex.* conſ. 34. numero 9. volu. 5. & conſ. 68. volu. 3. Iaſ. in l. centeſimis, §. fin. ſub numero 14. ff. de verb. oblig. quod intellige, vt ſupra in Pręidicam. Relatio. quæſt. 1. numero 2. ſed in tàm anguſto tempore non potui reformare quod ſcripſi, nec ea ad opus accommodare. Et demùm Bari Prouinciæ regimini Regius *Auditor* conſtiturus, ne ſolicitudo operis intentionem animi ab his, quæ officij ſunt me auertat: finẽ impono, & Lectores rogo, vt opus opere, non lingua caſtigent: nam ego, qui prudentiorum omnium iudicio me lubens ſubmitto, correctiones omnes ęqui, boniquè conſulam.

FINIS.

INDEX
PRÆDICAMENTORVM AC QVÆSTIONVM TRACT.
Ac Pract.
D. IOANNIS GRANDIS.

1. Subſtã-tia fol. 3.	1	Quid eſt Bellum Exulum.	3
	2	Qualiter intelligantur verba illa ad modum belli,& militari modo.	6
	3	De ſubſtantia eorundem.	8
2. Quantitas f. 9.	1	Quanta ſit poteſtas iſtius belli cõtra exules.	10
	2	Quanta pro exulibus.	13
	3	Requiſita indultus,	16
3. Qualitas fo. 23.	1	Qualitates grauantes exules.	24
	2	Qualitates neceſſariæ in iſto bello.	26
	3	Qualitates neceſſariæ ex parte procedentis.	29
4. Relatio fol. 33.	1	An Bellum illud extendatur ad auxiliatores exulum.	33
	2	An ad incidentia, & emergentia.	37
	3	An ad cauſas pendentes,& præteritas.	38
5. Vbi fo. 40.	1	Vbi reſidere debeat Præſes.	40
	2	Vbi exules inquiri poſſunt.	42
	3	Vbi exulum ſententiæ ſunt exequendę.	43
6. Quando fol. 44.	1	Quando poſſit procedi ad modum belli.	44
	2	An diebus feriatis.	47
	3	De executione capitalis ſententiæ.	47
7. Situs f. 48.	1	An Præſes teneatur circumire Prouincias.	48
	2	An alios deſtinare poſſit.	49
	3	An ſubditos cogere poſſit ad capiendum exules.	51
8. Habitus fo. 53.	1	De habitu, & qualitate Præſidis.	53
	2	An ſubditi poſſint grauari alimonijs.& hoſpicijs.	55
	3	An aliquid doni accipi poſſit.	57
9. Agere fol. 59.	1	Cui ſit conceſſa poteſtas militaris.	59
	2	An ſit delegabilis.	61
	3	Quibus poſſit delegari.	61
10. Pati fol. 63.	1	De Pęnis Foraſcitorum.	64
	2	De pœnis eorum conſanguineorum.	67
	3	De ſpecialibus Belli exulum.	70

INDEX
ET LOCVPLES,
Et fidelis in Tract. ac Pract.
D. IOANNIS GRANDIS.

AVTHORE MILITE D. MARTIO Fellio Aueanenſi V. I. D.

ABSENS quòd non poſſit condemnari, lim. 8. modis remiſſiuè nu. 1. 10
Abſentes exules bellum patiuntur ſicut præſentes num. 1. eod.
Abſentes rei quæ feriuntur pœna de iure communi & quomodò contra eos procedatur nu. 2. eodem
Abſentium reorum in cauſis quomodò procedatur de conſuetudine Italiæ num. 3. eod.
Abſentes in exules qualitèr procedatur in Gallia num 4. eod.
Abſentes de iure canonico qua plectantur pœna, & qualitèr in eos procedatur num 5. eod.
Abſentium cauſa qualitèr ſint ventilandæ de iure Regni numero 6. 11
Abſentes in exules quomodò ſit procedendum vigore bannorum num 7 eod.
Actuarij, & Scribæ creantur à Præſide in iudicio militari, & declaratur, quomodò procedat num. 1. & 2 ſpec. 71. 96
Acta contra latrones diebus feriatis fieri poſſunt, n. 2. & quid de iure communi nu. 1. 47
Acta ordinatoria, quæ ſint n 5. 44
Actio qualitèr accipiatur n 1. 59
Aduocatis foraſcitorum denegatur audientia nu. 1. quod ſecus eſt regulariter n. 2 ſpec. 88. 103
Aduocatis regularitèr nõ denegatur audiẽtia. eod.
Agere dicitur qui vtitur aliqua poteſtate n. 2. 59
Alguzerij creantur à Præſide, Auditoribus, & aduocato Fiſcali n. 1 ſpec. 70. 98
Alguzerij in bello exulum creantur à Præſide num. 2. eod.
Alguzeriorum exceſſus cognoſcuntur à Præſide, leuato velo nu. 1 ſpec. 72. 99
Animalia bruta occaſione exulum patiuntur num. 1. ſpec. 31. 81
Animalia bruta in enormibus poſſunt puniri numero 2. eod.
Appellare non poſſunt exules n. 1. ſpec. 48. 86
Appellare licet non poſſint exules ſubuenitur tamen eis duobus remedijs n. 2. 87
Arbitrium liberum quot modis dicatur n. 2. & plura de hoc n. 1. & 3. ſpec. 43. 85
Arbitrium liberum ſolemnitates iuris ciuilis, non iuris gentium reſecat nu. 2. 8
Arbitrium conceſſum contra latrones, extenditur ad pyratas nu 2 ſpec. 3. 71
Arma probibita perſecutores exulum portare poſſunt num 1. ſpec. 14. 75
Arma prohibita portandi licentiã regularlter Præſes concedere nequit n. 2. eod.

Au-

INDEX.

Auctoris intentio n. 3. 2
Auctor quarè pauper n. 3. 70
Auctor electus fuit Cõſultor Regius Comitis Vxenti nu. 3. ſpec 53. 89
Auctoris diſtinctio, an quis ex indicijs indubitatis poſſit condemnari n. 2. ſpec. 62. 94
Auditores ſunt Præſidis Collegæ n. 1. 62
Auditores an poſſint diſcedere ab Audientia, numero 1. ſpec. 69. 97
Auxilium in delictis quot modis conſiderari poteſt num. 3. 37
Auxilium malefactoribus quot modis præſtatur num 5. 38
Auxilium iure ſceleratis prohibetur n. 8. 65
Auxiliator quid ſit, et quotuplex n 2 ſpec. 2. 71
Auxiliatorum pœna eſt arbitraria n. 9. 65
Auxiliatorum cauſæ ſunt dependentes, ſeù emergentes à cauſis exulum n. 8. 36
Auxiliatorum dependentia, & incidentia habent relationem ad delictum n 2 34
Auxiliatores non comprehenduntur in diſpoſitione pœnali, & perſonali, etiam quod ſit fauorabilis num. 2. 34
Auxiliatores comprehendit militaris poteſtas, numero 5. 36
Auxiliatores quòd militaris poteſtas comprehẽdat, ſpeciale eſt num eod.
Auxiliatores comprehendit ſtatutum loquens de turbatoribus pacis nu. 6. eod.
Auxiliatores comprehendit lex loquens de rebellibus & reis læſæ Maieſtatis n. 7. eod.
Auxiliandi modi differunt n. 4. 38
Contra Auxiliatores exulum poteſt procedi ad modum belli n. 1. ſpec. 2. 71

B.

BAnniti de iure communi non poſſunt impunè offendi nu. 3. ſpec. 21. 77
Banniti non incedentes per Campaneam, non comprehenduntur in poteſtate n 7. 65
Bannitus ſuperior an poſſit occidi per ſuum ſubditum, & è contra n. 1. 2. & 3. ſpec. 25. 79
Bannitus conſanguineus an à conſanguineo poſſit occidi, & è contra num. 3. eod.
Bannitus reſtitutus non cancellatus poteſt occidi n. 1. ſpec. 26. 80
Bannitum mortuum derobans, debet furca ſuſpendi, ſicut famoſus latro n. 2. ſpec 20. 77
Bannitorum reſtitutorum materia remiſſiuè num. 2. ſpec. 26. 80
Bannorum terminus quando incipiat currere num. 3. ſpec. 65. 96
Bannorum publicatio vbi debet fieri n. 4. eod.
Banna Regia continent alia ſpecialia præter 100. enumerata num. 1. ſpec. 99. 109
Bannum vltimum fuit duraturum per ſpatium 4. menſium num. 2. eod.
Baricelli, & Milites poſſunt proprijs impenſis creari per Magiſtratus, proprio nomine regentes numero 4. 50
Barones an teneantur remittere vaſallos exules Præſidi numero 2. 29
Barones non poſſunt cognoſcere de bello moto, vel mouendo nu. 3. 30
Barones remittunt vaſallos exules nu. eod.
Baronum negligentia in non puniendo vaſallos quanto tempore inducatur nu 4. 31
Barones non poſſunt creare Baricellos Campaneæ num. 1. 49
Barones proprijs impenſis poſſunt n. 4. 50
Barones poſſunt vocari à Præſide in bello exulum num. 1. ſpec 8. 73
Barone contumace ſuſpenditur iuriſdictio numero 2. ſpec 96. 108
Bellum exulum quid ſit nu. 4. 4
Belli exulum cauſa fuit eorum exceſſus num 2. in Procem. 2
Bellum exulum eſt propriũ bellum nu. 3. ſpec. 6. 72
Bellum ex cauſis indicitur nu. 8. 4
Bellum mouere, & ſuſcipere ad Principem ſpectat n. 10. eod. & num. 1. ſpec 6. 72
Bellum mouendi poteſtas eſt dilatata ad Præſides numero 2. 72
Belli modus explicatur num 8. 11
Belli modo procedens debet eſſe Præſes n. 1. 29
Belli modo proceditur tempore pugnæ, & perſecutionis numero 1. 44

C

CApitaneorum quæ ſit hodiè iuriſdictio num. 2. ſpec. 9. 73
Capientes exules conſequuntur præmium n 11. 18
Captura exulum in omni loco eſt permiſſa, cum quibuſdam conditionibus, aliàs reſtituendi ſunt, numero 1 & 2. ſpec. 18. 76
Capere exules quilibet tenetur nu. 2 ſpec. 74. 99
Capti exules indebitè, & poſteà liberati, non poſſunt ſtatim capi, nam talis debet eſſe libertas, quòd pro tunc ſit difficilis perſequutio numero 2. ſpeciali 18. 76
Captura facit ceſſare licentiam verberandi, numero 2. ſpec. 19. eod.
Capere exules an ſint cogendi ſubditi numero 1. & 4. 51. 52
Carcerem priuatum nemo committit per exulum retentionem nu. 1. ſpec 57. 76
Cauſæ cognitio eſt ſolemnitas iuris gentium n. 7 8
Cauſæ cognitio non requiritur in iudicio poteſtatis militaris, & quomodò procedat, declaratur nu. 1. & 2 ſpec 56. 91
Caroli Gambacortæ Iuſtiſſimi Iudicis dictum num. 2 ſpec. 54. 90
Cautela per Præſidem non conficientem proceſſum in iudicio militari num 3. ſpec. 60. 93
Citatio eſt ſolemnitas iuris gentium ſecundùm communem opinionem nu 8. 9
Clauſula, iuſtitiam faciat, quid importet numero 1. ſpec. 47. 86
Clauſulæ, iuſtitiã faciat vigore M. C. V. nihil pro exulibus poteſt facere nu. 2. eod.
Clauſula, de facto, quid importet nu. 2. ſpec. 55. 90
Clauſula, manu regia, quid importet nu. 3. eod.
Clauſula, ſummariè, quid importet nu. 4. eod.
Confiſcatio bonorum non venit in generali delegatione num. 1. ſpec 32. 81
Confiſcari an poſſint bona exulum vigore poteſtatis num. 2. eod.
Confeſſio à foraſcitis an poſſit extorqueri ſimulate nu. 1. & concordantur opiniones n. 2. ſpec. 83. 102
Conneſtabulis dignitatem in Regno Neapolitano habet

bet Excellentiſſimus D. MARCVS ANTONIVS Columna iunior D meus n 2. ſpec 7. 72
Comeſtabulo omnes Capitanei ad guerram, & cuncti Officiales belli ſunt ſubiecti n. eod.
Commiſſariorum exceſſus cognoſcuntur à Præſide, leuato velo nu. 1 ſpec. 72. 99
Commiſſarios poteſt deſtinare Præſes ad capturam informationum n. 1. ſpec. 78. 101
Commiſſariorum electio fit cauſa cognita n 2. eod.
Comes Vxenti priuauit quendam Aquilanum oculis num. 2. ſpec. 98. 108
Comitis ſententia iuſtificatur n. 3. eod.
Componuntur omnes, qui lege, vel ratione non prohibentur n. 2. ſpec 81. 101
Componi non poſſunt auxiliatores exulum n. 1. quid ſeruetur in Regia Aprutij Audientia numero 2. ſpec. 82. 102
Conſanguinei exulum qualiter puniantur n. 2. 67
Conſanguineus an poſſit ſuum conſanguineum bannitum occidere n 1 & 3. ſpec. 25. 79
Conſanguinei exulum pœna pecuniaria plectuntur num. 6. 69
Conſanguinei exulum pœna corporali feriuntur numero 7. eod.
Conſanguineorum remedia, nè exfractent n 9. eod.
Contra Conſanguineos exulum 10. enumerātur præſumptiones num. 3. 67
Conſultor quis eligendus ſit per Præſidem vigore poteſtatis n. 2 ſpec. 53. 89
Conſultoris conſilium an teneatur ſequi Præſes in iudicio militari n. 1 eod.
Conſultor an habeat iuriſdictionem n. 2. ſpec. 54. 90
Conſiliariorum materia, remiſſiuè n. 3. eod.
Corpora damnatorum regulariter conceduntur petentibus nu. 1. ſpec 87. 103
Corpora damnatorum non conceduntur petentibus vigore poteſtatis n. 2. eod.

D

DEus contra malefactores videtur crudelis, rigidus, & cruentus n. 1. In proœm. 2
Defenſiones ſunt de iure gentium n. 6. 8
Delinquentibus indulgere in totum, de Regalibus eſt num. 4. 14
Delictum præſcriptum non poteſt puniri n 5. 64
Delictum modicum in bello eſt capitale n 2. eod.
Delictum occiſi an debeat eſſe tale, quod importet mortis pœnam, ſi occidens vult ex eo indultari num. 19. 21
In Delictis maritimis ſeruanda eſt conſuetudo numero 6. 40
Delinquens extrà territorium an puniatur pœna ſtatuti originis, remiſſiuè n. 3. ſpec. 15. 75
Delicti atrocis effectus, remiſſiuè n 2. ſpec. 64. 95
Delicto nemo tenetur obuiare n. 1. ſpec. 74. 99
Delictum in genere commiſſum eſſe de iure communi de neceſſitate debet probari n. 1. ſpec 93. 106
Delictum in genere eſſe commiſſum non eſt neceſſe probari in iudicio militari n. 2. 107
Delegari poteſt Militaris poteſtas Auditoribus, & Aduocato Fiſcali n 1. & 2. 62 63
Delegati nō poſſunt poteſtatem militarem delegare num. 3. 63
Delegatio quād ſit prohibita electa induſtria perſonæ, multis modis limitatur, remiſſiuè n. 4. 62
Diffinitio omnis in iure eſt periculoſa n. 2. 4
Diffinitionis materia potius ad Philoſophos, quàm ad Doctores ſpectat num. 1. 3
Diffinitio belli exulum n. 4. 4
Diffinitionis membra qualibet ſuum debent habere miniſterium num. 5. eod.
Diffinitio belli conſtat ex genere, & differentiis numero 19.
Diffinitio omnis debet conſtare ex genere, & differentiis numero eod.
Diffinitionis belli duæ ſunt differentiæ n. 15. eod.
Diffinitio belli eſt cauſalis num. 16. eod.
Diffinitio quotuplex ſit nu. 17. eod.
Diffiniuntur, diuiduntur genera cauſarū n. 18. eod.
Diffinitio aliquando ſumitur ex ſingulis cauſis ſeparatim num. 19. eod.
Diffinitio belli habet omnes cauſas nu. 20. 6
Ibi num.10. Præſes Prouinciæ vigore poteſtatis militaris poteſt concedere ſaluumconductū, cùm ſit Capitaneus ad guerram contra foraſcitos, nàm Duces belli poſſunt ſaluosconductos facere, Affl.dec.4.nu.3.Camp.in cap.multorum, nu.11. Eliſæus Danza de pugna Doct. tom.3.tit.de guidatico, cap.1.à n.4.ad 9.

Ibi nu.11.banna promittunt indultum capientibus, ſeù occidentibus illos, ſi reperiuntur delinquentes, adde, quód de iure cōmuni, ſi capiūtur latrones milites, parcitur eis pro delicto eorū, l.non omnes.§.qui transfigit, ff.de re milit, & iàm in Regno extat Conſt.Pœnam eorum, vbi latiùs Affl.nu.90.qui loquitur de bannito capiente ſimilem bannitum, & de foriudicato occidente alium conſimilem foriudicatum, ibi nu.77.& 78. & quid de bannito occidente foriudicatum, vel è contra, latiſsimè ibi Affl.proſequitur, licèt hodie communitèr gaudent indultu, excepto ſi in banno fuerint aliqua capita ipſorum foraſcitorum exceptuata, vt non poſsint gaudere, ſi alios occiderint bannitos, vel foriudicatos, niſi duos ſimplices occiderint foraſcitos, vt in prag.5. §.che ſi vno, de exul.vt ibi eſt videre.

Ibi, ſin autem eiſdem promittunt pręmium certum de hoc, vt dicam infrà in ſpeciali 37. & ſubdit Author, & facultatem nominandi alium certis in caſibus, & quibuſdam qualitatibus in illis contentis adimpletis, adde circà nominationis facultatem conceſſam alicui, quòd nominatio euaneſcit, ſi fuerit facta per nomen appellatiuum, & nullus gauderet, Reg. Rouit.in rubr.de exul.nu.8. Item non valebit nominatio facta de delinquente poſt bannum emanatum, vt fuit deciſum in S.C. teſte Præſ. de Franch.dec.468. Prætereà, attenta diſpoſitione Reg.pragm. quòd occidentes capita foraſcitorum valeant nominare duos, & ſimplicem delinquentem, vnum, an ſi fuerit facta nominatio de duobus, prætextu occiſionis foraſciti, deindè reperti, non eſſe capud, poſsit primò nominatus gaudere, & ſi delicta commiſiſſet antè, & poſt bannum, fuit iudicatum in S.C. quòd debeat gaudere, reſpectu delictorum præteritorum, reſpectū verò aliorum poſt bannum commiſſorum fuit cauſa remiſſa M.C.V. vt iuſtitiā faceret, Franch.dec.433. eum citat Reg.Rouit.in rub.de exul.nu.7.

QVAESTIO 3, nu.1.non extenditur ad carceratos beneficium, vltrà Caral.in tract. de indult.vide Iul.Clar.§.fin.q.59.nu.13. Angel.Scialoya in praxi foriud.c.24.n.12.

Ibi nu.2.indultandus vt gaudeat, proprijs manibus capere debet, verba ſtatuti ſunt intelligēda eo modo, ſicut cantant, & dùm pręmium indultus concedit, foraſcitos conſimiles capiētibus, vel occidētibus, vt in prag.ſituatis in tit.de exul. de quo per Franch.dec.499. nu.1. & maximè hæc indulgentia ſic conceſſa, nàm regularitèr motu proprio conceduntur indultus, vndè indulgentia motu proprio conceſſa, debet intelligi, proùt ſonat, Franch.dec. 713.nu.26. poſtquàm ſe fundat in perſona, nō egreditur perſonam, & ideò ad mandantem non extenditur, quemadmodùm & de puniēdo malefactorem, vigore ſtatuti, dicitur, quòd ſi verba ad perſonam dirigantur, non extenduntur ad mandantem, ſecùs ſi ad rem, refere Iul.Clar.§ fin.quæſt.89.num.2. vndè concluditur, ad hoc, vt indultandus gaudere poſsit indultu, expreſsè tenetur proprijs manibus capere, vel occidere foraſcitum, ad quod facit doctrina Affl.in Conſt.Pœnam eorum, n.81. verſ.16.not.dicentis, quòd qui illum ceperit, & duxerit ſub fida cuſtodia in fortijs Curiæ,

quæ

quæ ipſum foriudicauit,conſequitur prẽmiũ, & ità fuit deciſum in ſimili caſu per M.C.V. de quo per Franch.dec.668.in princ. & notabilitèr ad propoſitum tradit Carau.in prag.1. de exul.nu.40.ꝙ licèt quis poſſit per pecuniã procurare occidi facere bannitum,ſi ipſe perſonalitèr non faceret, non includitur in illo banno,facit optima deciſ.Franch.342.vbi deciſum patet,non eſſe locum remiſsioni Baroni petenti ſuos vaſallos delinquentes,ſi conſignatio delinquentium per alios fuiſſet facta, ſtante pragmatica loquente de præuentione circà diſrobatores ſtratarum, quod poſsint puniri per capientes, & ex his poteſt colligi deciſio quæſtionis motæ per Reg. Rouit. in rubr.de exul.nu.17.ſi bannitus occidens bannitum,beneficium ſibi conceſſum poſsit alteri cedere,& licèt poſt longam diſputationem inclinare videatur in partem negatiuam, quã ſequerem per allegata,quapropter aduertendum dico circà capturas,& occiſiones bannitorum, vt fiant ab ipſis gaudere volentibus indultu,ex eo, quia vidi inficiari conceſsionẽ indultus factam per Reg.Aud.Calabriæ citrà Neap.& fuerunt capti iterùm Miniſtri,& examinati de facti veritate,& huic quæſito adde, quòd etſi fuiſſet deciſum contra capientes, interpoſita appellatione poſſunt repeti teſtes in hoc caſu, vt fuit deciſum in S.C.Franch. deciſ.668.

Ibi nu.3. quòd indultandus non ſit ligatus maiori crimine,ex eo, quia occidens bannitum, vt poſsit gaudere,oportet, quòd occidens, & occiſus ſint in paritate criminis, latè Capibl. in prag.6.nu.72.de Baron. Ang.Scialoya in praxi foriud.c.24.n.104.

Ibi nu.4. quòd indultandus non ſit condemnatus,vide Iul.Clar.vbi ſup.nu.13. ſed per viam gratiæ, nàm gratia extenditur ad condemnatos, hinc Barones poteſtatem indulgendi habentes,poſt ſententiam, etiam exequutam poſſunt aggratiare cum conſenſu Proregis, Capibl.in prag.7.nu.23.de Baron.aliàs ſecùs eſſet,nã Baro habens ampliſſimã poteſtatem, poteſt facere anteà,& poſt ſentẽtiam,exiſtente partis remiſſione,pendente tamen appellatione,ex qua iudicatum reſcinditur, & hoc iure vtimur in Regno,& licet de hoc ſint deciſiones contrariæ, ità iunctis aulis fuiſſe iudicatum tradit Franch.dec.470. quem citat Reg.de Ponte in tract.de poteſt. Proreg. tit. de elect.Official.§.1.nu.11. vbi num.13. concordando opiniones deciſionum tradit, quòd quando iuriſdictio tenetur in officium, vel in proprietate,& quando Baro habet tantùm primas,vel etiam ſecundas cauſas in priuilegio,fuit iudicatum,poſſe Baronem pendente appellatione componere, tranſigere, & gratias facere.

Ibi num.5. cauſæ indultus fiunt coràm Regijs Officialibus,vide Capibl. in pragm.6. nu.74. de Baron.vbi concludit, id Barones agere nõ poſſe,& Carauit.in pragm.1.de exul.num.50. & ſeq. facit pragm.11.de exul.§.e perche ſi è viſto, Angel. Scialoya in praxi de foriudic. cap.24.n.113.

Ibi num.6. quòd bannitus occiſus conſignetur Regiæ Curiæ,vel captus viuus, Ang.Scialoya in praxi foriudic.cap.17.num.71. iſtum citat, vide Affl.in Conſt.Pœnam eorum, poſt n.77. in 13.notab.& ità conſequitur prẽmium, idẽ Affl.vbi ſup.nu.90.nàm aduertendum erit ad ea,quæ concludit Author, vt conſignatio fiat Regiæ Curiæ, vel alijs Officialibus Regijs, ſiue Baronalibus, & fuerit ratificata ab ipſa Curia,vt ſic poſſit præſentans abſolui, & indultu gaudere,nàm multotiès ſolent guidati capere ſimiles foraſcitos intus Eccleſias, & poſteà præſentare coràm Regijs Tribunalibus,& petere inſtantiſſimè ſibi concedi guidatica,& indultus, & poſtmodùm detecta fraude coguntur Officiales dimittere captos Eccleſiæ,& ità euadunt guidati, & hoc dixi, quia bis euenit in Reg.Aud. Calabriæ citrà, & ob ſuſpitionem prædictam renuit concedere guidatica,donec fuerit de veritate certificata,nàm in vno guidato non fuit habita ratio de foriudicato capto,cũ in informatione liquebat, fuiſſe captum intus Eccleſiam, ad quam fuit reſtitutus, & in alio guidato, qui duos cẹperat malefactores,ꝙ qui fractis carceribus Reg.Aud.aufugerant,& capti intus Eccleſiam, quorum vnus fuit illicò iuſtitiatus, antequàm perueniſſet monitorium Epiſcopi ad notitiam Reg.Aud.& per eius notificationem alter fuit reſtitutus, nec alitèr fuit guidatus aggratiatus, q̃a per cõſignationẽ rei litigioſæ, & affectæ vitio litigioſo non debet gaudere, ſicut debitor non conſequitur liberationem per ſolutionem pecuniæ ſeruæ, immò creditor agere poterit,vt libera tradatur, vide Franch.dec.20.n.10.& ſeq.

Ibi nu.7.ſi foraſcitus viuus captus fuiſſet, ità cõſignari debet,alioquin puniretur delinquens, vide Affl.in Conſt.Pœnam eorum,n.81. adde Conſil.Campan.reſol.23.n.3.

Ibi num.8. procurator admittitur ad opponendum exceptionem, quod occiſus erat bannitus,vide latè Iul.Clar.lib.5.ſent.§.fin.q.32.nu. 19. Angel.Scialoya in praxi forindic. cap.8. ſub nu. 17.

Ibi nu.10.indultu an gaudeat occidens clericum bannitum, ſeù publicum inquietatorem pacis, quòad primum caput vide Gandin. in tit.de bannit.n.12.qui tenet,ꝙ non, ſed quando eſſet inſignis bannitus,pacis inquietator,ſecùs eſſet,vide Franch.dec.465. Ang. Scialoya in praxi foriud. c.17.n.8.

Ibi num.11.quòd occiſus non fuerit delinquens poſt bannum, adde,quod deciſum paret in

S.C.quòd facultas nominandi conceſſa alicui, non extenditur ad nominatum delinquentem poſt bannum, Franch.dec.468. Reg.Rouit. in rub.de exul. n.9.

Ibi nu.12.quòd occidens non fuerit delinquens poſt bannum, vide Franch.dec.468.num.2. indulgentiæ nequeunt concedi de delictis committendis, nec ſe extendunt ad delicta futura, Vrſill.dec.392.n.10.Iul.Clar.d.q.59.n.10.

Ibidem verſ.ſecundum caput, an delinquens antè bannum, & poſt bannum poſſit indultari, & concludit, quòd non, nè detur occaſio delinquendi, quid in nominato delinquente ab habente poteſtatem nominandi, & antè, & poſt bannum deliquerit, fuit deciſum in S.C. quòd reſpectu delictorum præteritorum, ſtãte nominatione facta, deberet gaudere, verùm reſpectu delictorum poſt bannum commiſſorum M.C.V. de iuſtitia prouideret, Franch. dec.433. eum citat Reg. Rouit.in rubr. de exul.n.7.

Ibi verſ.alius caſus excipitur, vide Capiblanc.in prag.6.n.71.de Baron. vbi tradit, hanc legem iuſtiſſimè fieri potuiſſe.

Ibi nu.13. declaratio indultus per quæ verba fieri debet, hinc diſtinguerem, ſi loquimur per viam indultus, inquit Author, quod ſolet formari, quod gaudeat pro delictis expreſſis tantùm, indulgentiæ, vel ſupplicationes ſi fuerint ſubreptitiè, vel obreptitiè impetratæ, non valerent, Capibl.in pragm.6.de Baron. nu.57. & proindè ſi fuerit facta gratia de aliquo delicto, non facta mentióne de prima, alia etiã reſpectu alterius delicti erit nulla, Frãch.dec. 330.nu.3. & 6.vel ſi ſupplicans non exprimeret, qualitèr aliàs de illo delicto fuit inquiſitus, Capibl.in pragm.6.nu.8.de Baron. Camp. in cap.miſericordiam, nu.18. nàm indulgentia criminis pro vna vice tantùm conceſſa videtur, Reg.de Ponte in tit. de his, qui feud. dar.poſſ.lect.5.nu.19. nec ſolent concedi pro vno delicto, & pro alio non, idem Franch.vbi ſup.nu.2. aduerte, quòd ſi fuiſſet conceſſa aliqua gratia delinquenti de aliquo delicto, & in ſupplicatione de ipſo ſolo ſupplicatum, nõ facta mentione de alijs, & in reſcripto dictum fuiſſet per Proregem, quòd M.C.V. relationẽ faceret, non erit tunc ſubreptitia, quia præſumitur, M.C.V. de omnibus relationem feciſſe, & ità iudicatum, authore Franc. de Amicis in tit.de his, qui ſeud.dar.poſſ.quem citaui in meo Compen.dec.Regni verb.gratia, vlteriùs indultus reſpicit pœnam tantùm, latè Capiblanc.vbi ſup.nu.82. & 83. indulgentia mera criminis non cõprehendit bona, Frãch. dec.213.n.39.Camp.in d.cap.miſericordiam, nu.9.& hoc dumtaxat ad Principem ſpectat, vt dixi ſupra, & etiam ad Barones, quando expreſsè haberent de hoc priuilegium indulgendi reis, & reſtituendi illis bona, quæ amiſerant, & ea, quæ ſunt de iure ciuili, latè Capibl.vbi ſup.n.90. ſi autem per viam gratiæ, quæ per verbum, fiat, ordinariè fit, nàm ſtatim quòd Princeps dicat, fiat, perficitur, Franch. dec.62.nu.2. quinimmò delictum extinguit. Idem in dec.433.n.2. & iſtam etiam Barones facere poſſunt ex aliqua cauſa, Capiblanc.vbi ſup.n.56.adeò quòd ſi in ea eſſet expreſſum verbũ reſtituimus, vel aggratiamus, tunc omnia bona, & honores venirent, & ad omnia extenderetur, idem Capibl.vbi ſup.num.84. & ibi nu.85.limitat, quòad alienata, & occupationem honorum, Camp.in cap. miſericordiam, nu.10. vel quando fieret reſtitutio per modum iuſtitiæ, vtputà ſi conſtaret de innocentia rei, non autem per modum gratiæ, Capibl.vbi ſup.n.88.

Ibi num.14. quòd non ſub ſpe, & confidentia banni futuri occiderit, Iul.Clar.in §.fin.q.59. nu.11. & Foller.in Comment.pragm.indult. Card.Granuela col.antepen. verſ.adnotãdum eſt, Ang.Scialoya in prax.foriudic.24.n.69.

Ibi num.15. quòd indultandus non commiſerit aliquod delictum exceptuatum in indultu, ex eo, quod indulgentia in conceſſione eſt fauorabilis, & in exceptione odioſa, Franch.dec. 713.num.6. & 714.nu.6. & 403.nu.21. ideò reſtringenda.

Primò, excipit delicta commiſſa intus Ciuitatem Neap.nàm Proreges Excellentiſs.videntur principalitèr offendi ex delictis commiſſis in Ciuitate Neap. Franch.dec.499. nu.6.& meliùs dec.129 nu.2. & ſubdit ibi Franch.citatus per Capibl.in pragm.8.de Baron.n.231. quòd M.C.V. non conſueuit eos remittere Baronibus, & hæc conſuetudo procedit etiam contra delinquentes in territorio, ſiuè in Caſalibus ipſius Ciuitatis, ſed quid ſi Caſale aliquod eſſet abdicatum quòad iuriſdictionem ab ipſa Ciuitate, & alteri conceſſum, ſi aliquis vaſallus ibi deliquerit, an erit remittendus ad Baronem, fuit iudicatum in S.C. quòd ſic, confirmando ſententiam M.C.V. vt retulit Franch.vbi ſup.Iterùm fuit dubitatum circà iſtam materiam, ſi contumax ob delictum commiſſum in Ciuitate Neap.& paritèr foriudicatus pro alio delicto extrà Ciuitatem Neap.præſentauerit delinquentem, poſſit indultari pro delicto de quo erat foriudicatus, quod extrà Ciuitatem commiſerat, offerendo ſtare iuri pro delicto intus Ciuitatem commiſſo, & licèt pro Fiſco dicebatur, nullo modo poſſe gaudere, etſi per exiſtẽtiam delicti commiſſi intus Ciuitatem prætendebatur, eſſe crimen læſæ Maieſtatis, quod erat exceptuatum, tandèm M.C.V. iudicauit, gaudere poſſe indulgentia, & interpoſita appellatione ad S.C. fuit prouiſum, quòd pro delicto commiſſo intus Ciuitatem, pro quo innocentia extabat, remitteretur prouidendum eidem M.C.V.

M.C.V. citrà præiudicium partis; & Fiſci, teſte Præſ. de Franch. dec. 330. Reg. Rouit. in rub. de exul. n. 3.

Secundò, excipit crimen læſæ Maieſtatis, de quo etiam per Franch. dec. 330. in princ. & Capyc. dec. 130. nu. 56. licèt hoc intelligendum eſſe putat de principali crimine commiſſo in Maieſtate, idem Franch. dec. 713. n. 17. & quomodò cognoſcatur tale crimen principalitèr, vel in conſequentiam, Capyc. dec. 130. per tot. & exiſtente indultu prædicto, exceptuante tale crimē, an illud extēdatur ad receptātē rebellem inquiſitum de crimine læſæ Maieſtatis, fuit deciſum in Collater. Conſil. non debere gaudere indultu prædicto, vt nouiſſimè congerendo authoritates tradit Reg. de Ponte in dec. 12. Collat. Conſil.

Tertiò, excipit nefandarios, de quo per Franch. dec. 499. nu. 1. cùm ſit delictum abominabile, & odioſum cunctis creaturis; primò, eſt odioſum Deo, nàm propter hoc peccatum venit ira Dei in filios diffidentiæ, ideſt de quorum ſalute diffidendum eſt, Gen. 19. vt legitur de Sodomis, qui igne conſumpti fuerunt, & in nocte Natiuitatis Domini Noſtri omnes ſodomitæ mortui fuerunt, de quo per Afflict. in Conſt. Legum aſperitate, nu. 11. propter talia delicta, & fames, & terremotus, & peſtilentiæ fiunt, in auth. vt non luxur. contra nat. §. præterea, & ideò ſubdit ibi Affl. tota cęleſtis Curia habet iſtos ſceleratos in deteſtationem, & abominationem; ſecundò, ſunt odioſi hominibus, iura enim abhorrent tale peccatum, & id eò pœnam mortis imponunt, l. cùm vir, C. de adult. & in d. auth. vt non luxur. contra nat. Bonif. in tit. de adult. nu. 10. & in tit. de rapt. nu. 6. latè Iul. Clar. in §. ſodomia, num. 4. Foller. in pragm. 1. de ſodom. tamen de conſuetudine igne cremantur, ſecundùm Angel. d. l. cùm vir, allegatum ab Afflict. & Clar. vbi ſup. de quo extat Reg. pragm. in Regno, ſub tit. de ſodom. quæ eſt in viridi obſeruantia, item hominibus eſt odioſum, nàm propter enormitatem extenditur ad non peccantes, tradit Angel. de maleſ. verſ. che hai adult. la mia donna, poſt nu. 54. exemplo demonſtratur in Sodoma, & alijs Ciuitatibus ei vicinis, & non mirùm ſi propter hoc crimen ſeparari poteſt coniugium, Iul. Clar. vbi ſup. num. 7. eſt demùm odioſum ipſiſmet Diabolis, poſtquā induxerint eos ad hoc, fugiunt abominantes ex nobilitate ſuæ naturæ, dixit ibi Affl. & proptereà nullo modo à quocunq; Officiali cōponi, nec aliquis de eo indultari, aggratiari, & guidari pōt aliàs, vt fuit diſpoſitū in d. prag. commentata per Foller. vbi ſup. & id nouiſſimè congerit Muſcatell. in ſua praxi crim. tit. de priuil. adult. ſtupri, &c. nu. 22. & hac ratione excluduntur communitèr ab indultis generalibus nefandarij, ad ornatum vide Danz. de pugn. Doctor. tom. 3. tit. de delictis carnis, cap. 1.

Quartò, excipit crimen falſæ monetæ, Franch. d. dec 499. in princ. cùm ſit delictum atrociſſimum, & proximum crimini læſæ Maieſtatis, & de hoc crimine ad ſaturitatem videnda ſūt collecta nouiſſimè per Io. Bernard. Muſcatell. in eius praxi crim. tit. de falſa moneta; ſed an extendatur ad falſificantes monetas alterius dominij, crederem, quòd non, quia pro cauſa prædicta non imponitur pœna mortis, ſed pœna triremium, vt deciſum patet penès Franch. dec. 440. latè Danza de pugna Doct. tom 1. tit. de falſa moneta, c. 1.

Quintò, excipit crimen fugæ ex carceribus M.C.V. nàm pro tali delicto ineſt pœna capitalis, & vidi aliquando idem obſeruari in Aud. Calabriæ citrà, ſed de hoc dicetur infrà in prædic. quantitatis, q. 3. quid in condemnatis ad triremes, quanam pœna plectuntur, in Regno eſt pœna duplicationis temporis, ſicut dicitur de condemnatis in exilium, aut in deportatis, ſiuè relegatis, vt in pragm. 8. de condemn. pro delict. an fugiens ex carceribus ad Eccleſiā gaudeat immunitate, vide Frāch. in dec. 709. nu. 3. vbi tenet, quòd ſic, nā dicitur liber, & quid ſi fugerit ex Palatio Curiæ, ſibi pro carcere dato ob delicta, & in Religione Milite aſſumptus eſſet, eſſet remittendus, Franch. vbi ſup. tradit, fuiſſe deciſum in fauorem Religionis quoad diſtrictionem perſonalem, & circà delicta antè ſuſceptionem habitus, quòad delicta commiſſa poſt ſuſceptionem habitus fuit remiſſa ſimplicitèr M.C.V.

Sextò, excipitur delictum reſiſtentiæ Officialibus Regijs factæ, ſiuè potiùs offenſio, an procedāt contra delinquentes ſimiles in Regios Officiales poſt finitum officium, Franch. dec. 505. nu. 8. quem citat Reg. Rouit. in rubr. de exul. n. 4. tenet, quòd ſic, ex cauſa reliquiarum dignitatis præteritæ puniri debent, nec alitèr indultu gaudere debent, licèt contrarium deciſum eſſe demonſtrat in dec. 713. n. 6. nàm de occiſoribus Officiales veros intelligendum eſſet, qui officia in actu exercent, & non de illis, qui ſtant in ſindicatu, aut poſt finitum officium, idem Franch. dec. 403. & quid ſi fuiſſet facta offenſio ex particulari odio, non tamen intuitu officij contra Officialem creatum in vna Terra, & occiſum in alia, pendente conſignatione commiſſionis, ex quo licèt tempore datæ apparebat delictum commiſſum poſt commiſſionem, ſed attento tempore præſentationis apparebat contrarium, S.C. iudicauit, poſſe gaudere indultu, contra decretum M.C.V. & in reclamatione confirmatum, idem Franch. dec. 326. &ità in ſimili cōcludit Reg. Rouit. in rub. de exul. n. 1. quod capiens bannitum antè bannum, ſi poſt bannū præſentauerit, debet gaudere indultu.

Septimò, excipitur ſacrilegium commiſſum intus Eccleſiam, de quo etiam per Franch. d. dec. 499. an procedat in occidente clericum extrà Eccleſiam, Franch. d. dec. 499. tradit. fuiſſe deciſum in S.C. in fauorem inquiſiti, vt poſſit gaudere, Reg. Rouit. in rub. de exul. n. 6. quid in occidente bannitum exiſtentem in gradibus Eccleſiæ, intelligentem factum miſſæ ſacrificiũ, citrà tamen perturbationem diuinorum officiorum, concludit idem Franch. dec. 403. debere gaudere indulgentia, & in addit. ad deciſ. præd. dixit, ità deciſum fuiſſe in S.C. verùm pendente reclamatione facienda in Collat. Conſil. carceratus aufugit, & ob id non fuit totalitèr cauſa deciſa, Rouit. vbi ſup. nu. 2. quid in occidente bannitum exiſtentem in aliqua Terra ſubdita Eccleſiæ, idem Reg. Rouit. vbi ſup. num. 2. tradit, per S.C. fuiſſe in Inſulam per decennium condemnatum occidentem bannitum intus Ciuitatem Beneuẽti, ſubditam Eccleſiæ Romanæ, demùm quid dicendum in ſacrilego occidente bannitum intus Eccleſiam, & cùm eſſet à beneficio indulgentiæ penitùs excluſus, an ſit priſtinæ libertati reponendus, ſtãte excluſiua exceptione indultus, fuit tàm per M.C.V. quàm per S.C. iudicatum, eſſe reponendum priſtinæ libertati, ità refert Aſcan. Tholom. in addit. ad praxim crim. Tartagl. in tit. de defenſ. reorum, incip. ſi delinquens, verſ. prætereà Andreas.

Vltimò, ſubdit Author, quòd vltrà delicta exceptuata in banno, de iure cõmuni alia ſimilia exceptuantur, adeò quod generalitèr indulgentia cõceſſa non cõprehenduntur crimina grauiora, Franch. dec. 713. nu. 11. vtputà crimen falſi, inquit Author, Camp. in cap. miſericordiam, nu. 15. Io. Anton. Pugnat. in pragm. 4. de falſ. teſt. num. 15. Muſcatell. in praxi crim. tit. de falſis, num. 26. Prætereà cùm in poſtremis indultis generalibus, ſituatis in tit. de abolit. in pragm. 11, & 12. in nouiſſimis, exceptuantur delicta proditoria, etiam cum ſclopo rotato commiſſa, fuit difficultatum, ſi proditoria dici poſſint delicta homicidiorum commiſſorũ cum ſclopis rotatis à tergo, vt excluderentur omnes delinquentes à beneficio indultus, licèt per M.C.V. fuiſſet iudicatum, eſſe delicta proditoria, deducta tamen appellatione ad S.C. cum interuentu omnium Officialium Tribunalium Regni, fuit iudicatum, non eſſe delicta proditoria, ſed ea tantùm eſſe proditoria, quæ ſub colore amicitiæ committuntur, non inſpecta qualitate armorum, ſiuè antè, ſiuè retrò commiſſa apparerent, teſte Præſ. de Franch. dec. 713. & latiùs Catalan. in ſuo tract. de indult. nouiſſimè edito.

Ibi num. 16. quòd occiſus, ſeù captus foraſcitus, vel bannitus non ſit infrà dies decem eis aſſignatos, ſicuti enim de iure communi bannitus capi non poteſt antè lapſum duorum mẽſium, Camp. in cap. licèt contra, num. 11. ità & in præſenti caſu dicendum erit, de quo per Foller. in pragm. 1. de exul. nu. 39. dùm ponit quæſtionem iuxtà verba pragm. pręmium aſſignantis occidentibus, vel capientibus foraſcitos ducatorum 50. ſi verò bannitos ducatorum 20. an intelligendum ſit de foriudicato, iuxtà Conſtit. Regni, vel iuxtà formam pragm. de non comparentibus infrà decem dies, & tenet, eſſe intelligendum de foriudicatis, iuxtà Conſt. Regni, & non de comparentibus tantùm, ſed contrarium puto verum, & ità obſeruari vidi, tàm in d. pragm. 1. de exul. quàm in omnibus alijs ſituatis ibidem expreſsè apparet, diſpenſatum fuiſſe Conſtit. Regni, & eius diſpoſitioni, abbreuiando tempus foriudicationis ad tempus dierum decem, adeò quòd elapſo tempore ſtatuto dierum decem reputantur rei foriudicati, vt pònderat Carau. in d. prag. 1. n. 18. eod. tit. & ſunt verè foriudicati vigore Regiorum bannorũ, comprobat Author infrà in prædicam. qualit. quæſt. 1. nu. 7.

Ibi nu. 17. inceſſus per Campaneam ſolus non ſufficeret occidenti, ſeù capienti ad obtinendum indultum, videnda ſunt tradita per Carauit. in d. pragm. 1. nu. 182. cum ſeq. de exul. vbi cenſet, incedentem per Campaneam eſſe delinquentem, & ſucceſſiuè per talem inceſsũ puniri pœna triremium, nec alitèr ad eos extendi poſſe pragm. prædictam, proptereà exiſtente nouella pragmat. Ducis Oſſunę, ſituata in tit. de exul. in prag. 9. §. declarando, imponi videtur pœna mortis incedentibus per Campaneam cum armis foraſcitorum, cum conditione, vt ſint quatuor, & quod pro talibus reputentur, de qua meminit Reg. Rouit. in rub. de exul. nu. 13. Muſcatell. in praxi crimin. tit. de furtis, rap. latroc. num. 48. & in tit. de pœnis furti, nu. 40. & dùm vendicat ſibi locum pęna mortis tale delictum, puto, rectè capientes, vel occidentes huiuſmodi delinquentes gaudere indulgentia.

Ibi nu. 18. qualitates inceſſus per Campaneam, & delictorum ſunt probandæ per eum, qui allegat, non ſolùm per Fiſcum, quando de pœna imponenda tractaretur, vt infrà in prædicam. q. 1. num. 3. ſed etiam per partem prætendentem gaudere indultu, vt concludit Author hìc, qualitas enim probari priùs debet, inquit Foller. in pragm. 1. de ictu ſcop. n. 18. Carau. in pragm. 1. §. 9. de S.C. Maced. nu. 16. meliùs Iul. Clar. in §. fin. q. 85. verſ. vbi agitur, & pręſertim in iſta materia indultus, refert idem Carau. in prag. 1. de exul. n. 169. & in ſpecie de iſtis qualitatibus requiſitis ob inceſſum per Cãpaneã, ſ. quod erant quatuor, & de illis erat fama publica, & quod ibant armati ad modum foraſcitorum, tradit Muſcat. in eius praxi crim. rubr. de receptat. malef. nu. 25.

Ibi nu. 19. quod delictum commiſſum in Campanea ſit meritorium pœnæ mortis, quod improbat Author, dum dixit, quodlibet minimum delictum ſufficere, delictum enim ratione loci grauatur, & alleuiatur, adeò quod delictum in Eccleſia magis punitur, quàm alibi, Bonifac. in rub. de inquiſ. nu. 40. ita delicta commiſſa intus Ciuitatem Neap. vt dixi ſupra in addit. ad num. 15. & tunc exiſtente Pragmatica imponente pœnam vltimi ſupplicij contra inſultantes noctis tempore homines pertranſeuntes in dicta Ciuitate, & Burghis, & ipſos furantes, vt in Pragmatica 1. de furt. noct. quæ extenditur etiam ad furantes res minimas, vt ponderat Muſcatell. in praxi crim. tit. de pœnis furti n. 10. & per Frãch. dec. 521. in princ. ità & in furto commiſſo in Campanea, militare debet, quãuis minimo, & ità pluriès audiui nonnullos fuiſſe furcæ ſuſpenſos à Commiſſarijs Campaneæ ob furta commiſſa ſub iſta qualitate rupturæ ſtradæ, etiã ſi eſſent minima, nã animus in hoc inſpicitur, & attẽditur, at ſi damnum paſſus plùs haberet, plus latro furto ſubtraxiſſet, & ità reſpondit quidam Prudẽtiſſimus Præſes Prouinciæ Calabriæ Citra cuidam Doctori defendenti furem ob modicum furtum carolenorum viginti, commiſſum in Campanea, & in ſpecie de hoc tãgit Io. Bernard. Muſcatell. in eius praxi crim. rub. de pœnis furt. &c. nu. 37. in fine.

Ibi nu. 20. non procedit in bannito publicè tolerato, vide Carau. in d. pragm. 1. de exul. nu. 10. ſicuti non punitur receptans bannitum toleratum, Foller. in rub. banniantur, nu. 14.

Ibi num. 21. vide Angel. Scialoya in praxi foriudic. cap. 24. nu. 105.

Ibi nu. 23. quod occiſus communi æſtimatione reputabatur pro foraſcito, nàm ſi eſſet bonæ famæ ceſſaret, idem ſi indultandus procuraſſet, ipſum banniri, vt occideret, & gauderet, inquit Campagn. in cap. miſericordiam nu. 22. vt vidi aliquando obſeruari in Prouincia Calabriæ citrà, vt iſto modo euitent eorum inimicos ad ſedandas eorum inimicitias, vtinam ita eſſet, ſed eorum inimicitiæ ſemper pullulant, ſunt enim ſicut capita Hydræ, nam truncato vno capite, alia ſeptem inſurgunt, Ang. Scialoya in praxi foriudicat. cap. 17. nu. 59. Danza de Pugna Doct. tom. 2 tit. de armat. per Camp. cap. 7. nu. 18.

Ibi nu. 24. quòd ſi indultandus alias fuerit inquiſitus de eodem delicto vide Campagn. in c. exercere n. 25. & in c. miſericordiam nu. 18.

Ibi nu. 25. adde Angel. Scialoya in praxi foriudicat. cap. 24. nu. 72.

Ibi nu. 26. quod occiſus, ſeù captus non ſit inimicus capientis, occidens bannitum ex odio particulari, non gaudet, Camp. in cap. miſericordiam nu. 24. Angel. Scialoya in praxi foriudicat. cap. 17. nu. 21. & cap. 24. num. 103.

Ibi nu. 27. Danza de pugna Doct. tom. 1. tit. de foriud. cap. 1. nu. 21.

Ibi num. 28. vide Ang. Scialoya d. praxi foriud. cap. 26. nu. 8.

Ibi n. 29. quod occiſus non ſit guidatus, ſaluumconductum habens, nec directè, nec indirectè moleſtari debet, Vrſill. dec. 4. nu. 7. & proinde guidati non debent decipi, & capi ſub authoritate officij, neq; pro delictis arreſtari, Capibl. in pragm. 6. nu. 76. de baron. Aſſecuratus nullam vim patitur, nec cum armis, nec ſine armis, nec cũ authoritate iudiciali, nec cum authoritate extraiudiciali, Franch. dec. 673. nu. 2. imò capti ſub clypeo guidatici, poſſunt in libertatem priſtinam reponi, Rouit. in pragm. 1. n. 1. de guidat. & ità communitèr obſeruatur, idem Præſ. de Franch. dec. 278. & d. dec. 673. in princ. dixi cũ authoritate iudiciali; adeò quod nõ poteſt procedi contra eos pendente guidatico, & hinc eſt, quòd contumacia incuſata pendente guidatico annullat ſententiam foriudicationis, vt iudicatum eſt in S. C. teſte Præſ. de Franch. d. dec. 673. licèt hodiè ſit derogatum per nouellam Pragm. conditam ab Excell. Prorege Comite de Lemos de anno 1612. ſituata ſub tit. de guidat. in 4. pragm. vbi mandatur, procedi contra delinquentes ad vlteriora, non obſtantibus guidaticis, ſed non puniri, niſi pendente guidatico deliquerint, & delictũ eſſet notabile, adeò, quod ſi eſſet leue, nõ puniretur, & ità fuit iudicatum in S. C. refert Franch. dict. deciſ. 258. & 717. nec extraiudiciali, ex quo non poſſunt occidi, & occidentes punirentur pœna homicidij, vt dicam alibi, quemadmodùm & qui occiderit aliquem, cui dederat promiſſionem de non offendendo, vt in caſu contingenti ſeruatum fuiſſe tradit Iul. Clar. in §. homicidiũ nu. 51. in fine, ſicut accidit annis elapſis ſub præſidatu Excell. Comitis Beneuenti in perſonam cuiuſdam nobiliſſimi viri, qui fuit decollatus, ex eo, quia habita rixa cũ alijs nobilibus, exiſtente ordine Proregis intermedio, nè diſcederent ab eorũ domibus, & ſub tali fiducia inſultauit cũ comitiua aliorũ prędictos inimicos, vnũ interimẽdo, ac aliũ vulnerãdo, ſimiliter limitãtur prædicta, niſi guidatus cũ comitiua aliorum bannitorũ inceſſiſſet, nàm tunc non puniretur occidens, ità Foller. in d. Pragm. 1. nu. 21. de exul. & idem dicas in indultato procedere prædicta, licèt pendente diſcuſſione indultus poſſit carcerari, vt notabilitèr tradit Reg. Rouit. in rub. de exul. nu. 12. ſed quid in delinquente nominato ab habente poteſtatem nominandi, ſi fuerit offenſus, vel captus, an puniendus ſit offendens, vel reponendus in priſtinam libertatem, notabilitèr Aſcan. Tholom. in addit.

dit.ad praxim.crim. Nunt.Tartagl.in rubr.de defenſ.reor. cap.1.incip.ſi delinquens, col.2. vbi tradit,fuiſſe deciſum in S.C. eſſe priſtinæ libertati reponendum delinquentem nominatum ab aliquo,poteſtatem nominandi habente, abſq; indultu, ſi non militauerit nominatio,contra decretum latum per M.C.V. per iura ab ipſo allegata, & ibidem in fine ſubdit, reſtitutionem libertati fieri debere in loco,vt ſit difficilis eius perſequutio, &ità communitèr ſeruatur, etiam quando reſtituuntur Eccleſijs,ad quod adde, quod de electo dicitur, nàm eo ipſo, quòd ſit facta electio,ſtatim acquiritur ius electo, quæ reuocari non poteſt,Franch.dec.539.

Ad Prædicamentum Qualitatis.

QVAESTIO 1 nu.1.foraſciti ſunt inquietatores pacis in Regno,qui turbat pacē, incidit in crimen leſæ Maieſtatis, Affl. in Conſtit.Comes,& Baro,poſt nu.79. & hac ratione foraſciti dicuntur committere crimen leſæ Maieſtatis, quod etiam extenditur ad clericos,per ea, quæ notabiliſſimè congerit Franch.dec.463. vbi in ſpecie de clerico inquietatore pacis, & turbatore quietis loquitur,Angel. Scialoya in praxi de foriudic. cap.19.nu.1.

Ibidem in fine, publica lętitia turbatur, vide Grammat.dec.35.in princ.

Ibi num.2.inimici,& hoſtes reputandi ſunt,hinc nota,quòd de iure banniti non tenentur ire ad Exercitum,tanquàm hoſtes patriæ, ſecundùm Bal.in cap.dilectus,il primo, de reſcript. & de hoc habemus pragm. in Regno, ſituatā in tit.de milit.prag.10.§.5. vbi expreſsè prohibetur, quòd foraſciti, nec contumaces poſſint fieri milites,licèt per Conſtit. Regni Hoſtici,§.bannitos alitèr ſit diſpoſitum, id tamen procedit, quando eſſent ſubmoniti à Principe,vt ponderat ibi Andr.in verſ. bannitos,& ideò admittuntur, & ſolent Proreges hoc facere,præmia indulgentia, vt in Exercitu inſeruiant,ad ſedandam multitudinem foraſcitorum,vt per Foller. in pragm. 1. de exul. ſicut multotiès obſeruati vidi, præſertim ſub Præſidatu Excellentiſs.Comitis Mirandæ, tūc Proregis, concedentis indulgentiam Angelo Ferro bannito famoſo, ac etiam ſocijs ipſius, ſub iſta conditione, ſed non proprijs impenſis, quando extrà Regnum inſeruirent, ſicut idem Foller.vbi ſup.nu.46. & in 2.addit. teſtificatur,& propterea non poſſunt in Exercitu capi, gloſ.in d.Conſtit.Hoſtici, verſ.in exercitu, quod tàm in eundo, quàm in redeundo erit intelligendum, ex eo, quia conceſſo ſaluoconducto in eundo, etiam in redeundo conceſſum eſſe cenſetur, Vrſill.dec.4. nu.10.at poſt implementum ſeruitij exquiritur caſſatio banni,vt cōcludit ibi Foller.n.25.

Ibi nu.3.proditores etiam dicuntur,ad quod facit Conſtit.Regni Pœnam eorum, proditoriè.n.aliquid fieri dicitur,quādo fingo me amicum tuum, & tracto te tanquàm inimicum, & ſic vnum oſtendo in corpore, aliud in animo,gloſſ.in cap.1. qui ſint rebell.verſ.rebellis, de quo latè per Franch.dec.713. hinc notabilitèr notat Andr.in Conſtit. Pœna carcere, In princ.verſ.de alijs bonis,ampliando Conſt. illam non procedere in alijs bonis, nàm pro eius ſubſtentatione præbere non videtur eſſe prohibitum,ſubdit,quæ non videtur habere locum in proditore, aut ex quocunq; crimine foriudicato, quia hoſtis publicus reputatur,& ideò foriudicatus vti hoſtis egeſtate laborare debet, Franch.dec.213.num.22. ad quod facit text. in cap. item quod prædicti magiſtri, vbi conceditur poteſtas capiendi abſq; mandato proditores,bannitos,&c.

Ibi nu.4.dicuntur contemptores iuſtitiæ, & ſubdit Author aſſignando rationem,quia renuūt ſubijci ordinationi legis; & hinc fortiùs dicuntur hoſtes, ità explicando gloſ. in extrauag.ad reprimendum,in princ. quom.in leſ.Maieſt.crim.proced.hoſtili animo,verba text.prædicti,inquit, ideſt nil debentis ſubiectionis,& reuerentiæ,ſecundùm Vgon.

Ibi n.5.vide Io.Bernard.Muſcatel.in praxi crim. rubr.de furtis,cap.latroc.nu.40. & nu.43. notat,quòd graſſatio per Campaneam ſemper delictum præſupponit, cùm graſſari ſit ad malum niti,& in hoc nulla requiritur delicti probatio in genere, cùm procedatur ad modum belli, in quo ordo eſt, ordinem non ſeruare.

Ibi nu.6.latrones,& qui dicantur, qui cum violentia furantur, Affl.in Conſtit.Iuſtitiarij nomen,num.6.& quis dicatur famoſus latro, vel publicus,aut inſignis,latè Par.de Put.in tract. de ſindic.verb.latro cum fama, meliùs Camp. in cap.ad hoc,nu.55.& ſeq. & Muſcatell. in praxi crim.tit.de furt.rap.latroc.n.14. & ſeq. vbi tradit differentiam inter diſrobatorem in ſtrata quæ habet qualitatem, vt cum armis,& violentia fiat, ſecùs latrocinium, ſed circumſcriptis iſtis nominibus, ac qualitatibus neceſſarijs,quæritur, an pœna ſit vniformis, quæ eſt vltimi ſupplicij,ſtatuta ab omni iure contra iſtos latrones, & diſrobatores ſtratarum,vt dicunt Doct. cumulati per Muſcatell.in eius praxi crim. tit.de pœnis furti, n.31.vbi notabilitèr circà hoc tradit aliquas declarationes,& primò ibi num.32. declarat, cùm latrocinium committi poſſit, & in domibus,& in itineribus,cum armis, vel ſine,nō ſemper committi dicetur cum ruptura ſtratæ,ſeù diſrobatione in ſtrata, igitur ſi latrocinium ſine armis,vel ſi cum armis, non tamen in ſtrata,ſed in domibus, aliqui dixerūt,

quòd

quòd iſti, qui vnicum commiſerint furtum, latrones ſimplices dicuntur, & ſucceſſiuè ſi ſemel hoc commiſerint, ſine alicuius hominis interemptione, ſeù nixu ad interemptionem, putà quia vulneribus non vulnerauerant lęthalibus, non debent iſti furca ſuſpendi in Regno noſtro, potiſſimùm in Ciuitate Neap. extac particularis prag. ſituata in tit. de furt. noct. vbi imponitur pęna vltimi ſupplicij, quę fuit ampliata ad fures furantes in domibus Ciuitatis, & Burgorum, cũ ſcalis, & ſcaſſatione apothecarum, vt in prag. 3. eo. tit. ſed quid ceſſante ſcaſſatione fuerit furtum commiſſũ, vtputà quia ianua erat aperta, & fuit furtum abſq; ſcaſſatione commiſſum, an vendicet ſibi locum pœna prædicta, fuit deciſum, quod ſic in S.C. ità refert Præſ. de Franch. dec. 570. qui loquitur in terminis pragm. prędictæ, & ſubſequitur ibi Muſcat. n. 33. quòd ſi latrocinium ſemel in domibus, vel itineribus commiſſum fuerit cum armis, vel ſine, ſi tamen ſit cum hominis interemptione, vel nixu ad interẽptionem, mori debent, & furca ſuſpendi, & paritèr tradit ibidem nu. 34. quòd ſi latrocinium fuerit pluriès commiſſum, ideſt tribus vicibus in domibus, vel itineribus cum armis, vel ſine, tunc publici dicuntur latrones, & famoſi, maximè cum hominis interemptione, vel ſine, erit pœna mortis, in Regno habemus pragm. particularem, vt prò tribus furtis puniantur pœna mortis fures, etiã ſi eſſent minorès, vt in pragm. 2. de furt. noct. licèt anteà ità fuiſſe iudicatum in S.C. refert Gramm. dec. 48. alià eſt declaratio eiuſdem Muſcat. vbi ſup. nu. 36. quòd ſemper in ſtratis publicis, ſeù itineribus, & ſemper cum armis, cùm propriè diſrobatores ſtratarum publici, & famoſi dicantur latrones, & debent furca ſuſpendi, & omni alio pęnarũ genere aſſligi, vtputà diuidi in fruſtra, & confodi in rota, licèt aliqui dixerint, famoſos latrones eſſe, ex quo talia commiſerint, alij verò, quia aſſiduè, ſed quia cum armis aggrediuntur in ſtratis, & vi auferunt, demùm concludit ipſe, inſpecto iure Regni, duobus modis eſſe declarandum præſens thema, primò, quòd ſi latrocinium fuerit commiſſũ à latronibus incedentibus cum armis, ad modum foraſcitorum per Campaneam, ſed tantùm ſemel exierunt, & latrocinium commiſerunt, ſeù in ſtrata diſrobauerunt, & tunc ſi latrocinium non exceſſerit vnciam, non erit pęna mortis, ſed condemnatio ad triremes veniret, niſi fuerit cum interemptione hominis, vt ibi num. 37. fatetur, quod non ſeruatur, vt dixi in addit. ad præced. prędicam. in queſt. 3. n. 19. ſi verò fuerit commiſſum per latrones foraſcitos, incedentes per Campaneam armatos cum comitiua, & tunc cuiuſcunq; quantitatis fuerit, abſq; alio delicto, eſſet pœna mortis naturalis, vigore Regiæ pragm. videnda ſunt quoquè adnotata infrà in ſpeciale 72.

Nec omittam, vltrà adnotata adducere vnum notabile ad propoſitum materiæ, quòd ſi plures ordinauerint inter ſe, velle ire ad ſtratam, & derobare omnes tranſeuntes, & ità ordinãdo plures ex ipſis capti ſunt, qui prædicta ordinauerint, & confeſſi ſunt, an puniendi ſint tanquàm latrones, & licèt videatur dicẽdum, quòd ſic, quia voluntas pro facto reputatur in maleficijs atrocibus, & non extrus, contrarium tamen concludit Bonifac. in rubr. de furibus, & latron. in princ. nàm oportet, vt deueniant ad actum, vt quia inſultauerunt aliquem cauſa robandi, & ille aufugit, vel diſrobatus fuit, & in hoc eſt notandum, quòd latrones publici, & qui obſident ſtratas, ſemper præſumuntur inſidiosè facere, niſi aliud probetur, inquit Blanc. in l. fin. ff. de quæſt. nu. 55. & ità appenſatè, & ex propoſito, Camp. in cap. ad hoc, n. 60.

Ibi nu. 7. Angel. Scialoya in praxi foriudic. cap. 15. nu. 2.

QVÆSTIO 2. nu. 4. non comprehenduntur illi, qui ratione cõtumaciæ, ſeu delicti, adde Muſcatell. in praxi crimin. in rubr. de priuil. furti, nu. 27. & in rubr. de recept. malef. nu. 16. vbi citat iſtum Authorem, & vltrà prędictum adde Carau. in pragm. 1. nu. 108. de exul. nàm bannitus debet eſſe conuictus legitimis probationibus pro delicto, vt poſſit gaudere, idem Carau. vbi ſup. n. 206. & Camp. in cap. miſericordiam, nu. 25. & is dicitur bannitus, qui ritè, & rectè bannitus fuit, Gramm. dec. 19. nu. 1. & dec. 79. nu. 10. ſed benè Danza de pugna Doct. tom. 2. tit. de armatione per Campaneam, cap. 1. enunciat alia requiſita vigore alterius nouellæ pragmat. editæ ſuper hoc, concordat Authorem ſibi contrarium in prædic. pati, q. 1. n. 2.

Ibi, & tandèm ità fuit declaratum, eſt pragm. 6. de exul. in nouiſſimis.

Ibi num. 5. quòd foraſcitus vim committat in Campanea. & ità extenditur poteſtas militaris, vide Muſcat. in rubr. de furt. rap. & latroc. nu. 47. ſicuti in ſimili dicitur, quòd conſeruatoria Regni in tantum locum habent, in quãtum ſuccederet ſpolium violentum, & ità fuit iudicatum, teſte Præſ. de Franch. dec. 701.

Ibidem, violentiarum ſpecies, Camp. in cap. ſubditorum, n. 24.

Ibi nu. 7. quod vis ſit talis, vide Muſcat. in d. rub. de furt. rap & latroc. nu. 47. & ſeq. vide Danz. vbi ſup. n. 13.

QVAESTIO 3. an fieri debeat remiſſio vaſſallorum foraſcitorum Baronibus, & in hoc concluſiuè loquendo determinatur, quod non fieri debet, prout Ego ità pluriès obſeruari vidi in Regali Prouincia

Ca-

Calabriæ.Citrà,& dicam infrà cap. 26. nu.7. vide Ang.Scialoya in praxi foriudic.Sed quid è contrà, an teneantur Barones remittere ſuos Vaſallos foraſcitos, vna cum informationibus ad Tribunal Campaneæ,non obſtãte præuentione capturæ, Author concludit, quod non,enim citat, & ſequitur Muſcatell.in praxi Crimin.Rub.de Priuil.furti,&c.nu.57. cum ſeq.Danza de Pugna Doct.tom.1. tit.de poteſt.ad modum belli,cap.3.nu.31.

Ibidem ſeptimò, Nota,quod remiſſio fit regulariter ad Iudices proprios à Iudicibus ordinarijs, exemplificat Author in Medico,qui petierat remitti cauſã ad Collegiũ Doctorũ, iuxtà dec. Affl. & idem obſeruare conſueuit S. C. in omnibus cauſis Doctorum de Collegio,dũmodo ſint ordinarij, nõ autem ſupernumerarij,vt fuit deciſum in S.C. teſte Præſ. de Franch.dec.234.Reg.de Ponte in tract.de poteſt. Proreg. titul. de regal. impoſit. §. 8. nu.54. & non ſit lite pendente in Collegio aſſumptus, ex eo, quia per ſuperuenientiam priuilegij non mutatur forum, ſiuè ſit motu proprio,ſiuè ad poſtulationem, vt patet deciſum in contingenti caſu, relato per Præſ.de Franch.dec. 544. hinc ſumpta occaſione cenſeo,ſeptem eſſe Regni officia, vt latè per Frecc.in tract.de ſubfeud.& vnuſquiſque Officialis habens vnum ipſorum, habet particulare Tribunal, ac cognitionem cauſarum pertinentium ad dictum officium, & ſuorum ſubditorum. Primum verò eſt Tribunal Magni Regni Comeſtabuli, quod verſatur erga milites, vt per Frecc.vbi ſuprà in titul. de offic. Magni Comeſtab.& in Regno habet particulare Tribunal Auditorium Campi, vbi præeſt Auditor generalis, ad quem ſpectat cognoſcere omnes cauſas militum, vt nouiſſimè refert Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.titul.de Aſſenſ. Regijs.§.7.nu.11.& propterea ad eum facienda eſt remiſſio militum, Secundum eſt Tribunal Magni Iuſtitiarij, quod repræſentatur per M. C. V. Locumtenentem Magni Iuſtitiarij, quæ eſt Capud, domina, & fons aliarum Curiarum Regni,Cauens.in ritu 1. n.7.& in toto Regno habet iuriſdictionem in ciuilibus, & criminalibus, etiam contrà omnes Barones in genere,Carau. in ritu 46.n.16.latiſſimè Reg. de Ponte in d.tract.& titul.& §. nu.2.cũ ſeq.& remittit cauſas aliorum ſubditorum eorum Iudicibus, verumtamen, quia hoc Tribunal in duobus Audientijs patet eſſe diuiſum,hoc eſt in cognitione cauſarũ Ciuilium, & cognitionem cauſarum Criminalium,in Ciuili Audientia ſex Iudices præſunt,in Criminali quinque, & duo Conſiliarij, Franch. dec.722. nu. 28. quotieſcunquè enim delictum inſurgeret ex ciuilitate,fit remiſſio ad Iudices Criminales, ità quod Iudex cauſarum Ciuilium,vt eſt M. C.V. non poteſt de delictis coràm ſe commiſſis cognoſcere,Franch. dec. 147. num. 6. at Iudex Ciuilis condemnando ad pœnam pecuniariam aliquē non exiſtentem ſoluendo, Iudex Criminalis declarabit pœnam corporalem, idem Franch. dec.358. nu. 6. ità nec Iudices Criminales, ciuiles cauſas cognoſcere poſſunt, licèt incidenter condemnando ad intereſſe, idem Franch.dec.460.nu.7. Tertium eſt Tribunal Magni Admirati, qui iuriſdictionem habet in eos,qui exercent,& viuunt ex arte maris,Franch.dec.142.Reg.de Ponte dec.13.Frecc.vbi ſupra,in titul. de offic. Magni Admir.& fit ad eũ remiſſio ſuorum ſubditorum, etiam ſi ipſi deliquiſſent contrà Officiales M.C.V.hoc eſt Alguzerios, vt fuit nouiſſimè iudicatum in S. C. authore Præſ. de Franch dec.722. & Conſil. Fab. Anna cõſ. 107.to.2. ità, quod nec Regia Camera iuriſdictionem aliquam habet in ſubditos Magni Admirati pro delictis tangentibus negotia Regiæ Cameræ, vt patet deciſum in Regio Collat.Conſ.Reg.de Ponte d.deciſ.13. Quartum eſt Tribunal Magni Camerarij, cuius locum tenet Regia Camera Summariæ, vt inquit Carau.in ritu 46.nu.4. de quo latiſſimè per Frecc.in d. tract. in titul. de offic. Magni Camer. & cognoſcit de cauſis tangentibus Regium patrimonium, ſecundùm Franch. dec. 601.nu.6. & hac ratione remittuntur cauſæ per S. C. ad Regiam Cameram, cum proceſſibus originalibus, vt ibi Franch. nu. 11. comprobat, & de ſpeciebus cauſarum ſpectantiũ ad ipſam extat nouiſſima Pragm. 63.de offic.proc.Cæſ. Quintum eſt Tribunal Magni Cancellarij, de quo per Frecc. vbi ſuprà,in titul.de offic.Magni Cancell.& cognitionem habet cauſarum Doctorum, vt dixi ſuprà,Sextum eſt Tribunal Magni Seneſcalli, qui habet iuriſdictionem in delinquentes in Palatio Principis, & ad eum fit remiſſio, vt per Præſ.de Franch.dec.458.nu.6. Sed in Familiares Curiæ hodiè receſſit ab aula, & de ijs omnibus cognoſcit M. C.V.Reg.de Ponte in tract.de poteſt. Proreg. titul. de Aſſenſ. reg.§.7.nu.10.& 28.& in titul. 10. Rub. de Portu, nu. 6. Septimum eſt Tribunal Magni Prothonotarij, vt per Frecc. loco citato, in titul.de offic. Logoth. & Prothon.& officiũ iſtud hodiè eſt vnitum, refert Carau. in ritu 265.nu.15.& ibi nu. 16. inquit, conſiſtere in creatione Notariorum, Iudicum ad contractus,& in omnibus concernentibus ad officiũ Notariatus,emolumentis, & reliquis, quod hodiè per Viceprothonotarium geritur, & vltra memorata Tribunalia in Regno extant alia particularia, quæ inſpecta certa rei cognitione, vel perſonarum,habent iuriſdictionem,&ob id remiſſiones ſubditorum il-

lis

lis faciẽdæ sũt, extat inſupèr Tribunal Dohanæ Menepecudum Apuleæ, & Aprutij, quod habet iuriſdictionẽ in omnes Dohanatos, & Cauallarios, etiàm extraordinarios, vt notat Reg. de Ponte in titul. de regal. impoſit. §. 8. nu. 53. imò etiàm contrà Neapolitanos, qui ex priuilegio trahunt, & non trahuntur, vt fuit deciſum, teſte Reg. de Ponte vbi ſuprà nu. 50. item extat Tribunal Caſtrorum Neap. ad quod ſpectat cognitio hominũ in Caſtro habitantium, & in eius ſubditos, ob delicta ibi commiſſa, Franch. dec. 458. aliud eſt Tribunal Regiarum Triremium, poteſtatem habens in omnes exiſtentes in Triremibus, Franch. dec. 88. aliud eſt Tribunal Arſenalis, quod iuriſdictionem habet in omnes exercentes neceſſaria pro conſtructione Nauiũ, & Triremium, item extat Tribunal Magni Magiſtri militũ Hieroſolymitanorũ, ad quod ſpectat cognitio delictorum militum Religionis prędictæ, & fit remiſſio, Franch. dec. 499. item extant Tribunalia ratione Exercitij, habentia cognitionem cauſarum, eius ſubditorum, ex cauſa exercitij, & hoc eſt Tribunal Artis Serici, & Artis Lanę, Franch. dec. 722. n. 18. & fit remiſſio ad Conſules ipſorũ, vt pluriès deciſum patet quoad Tribunal Artis Serici, extat dec. 175. de Frãch. & ſimilitèr quòad Tribunal Artis Lanæ sũt dec. 434. & 679. eiuſdem Præſid. & demùm inſpectis nationibus perſonarum, exiſtentium in Ciuitate Neap. habent ex priuilegio Regis Cõſules, cum cognitione prædicta, & ad eos fit remiſſio, vt in Conſulibus Raguſeorum, reſpectu eorum ſubditorum, vt fuit nouiſſimè deciſum pœnes Franch. dec. 723. & hoc indiſtinctè ſeruatur, tamen ſuper omnibus Tribunalibus prædictis extat Tribunal S. C. quod habet generalem poteſtatem ſuper iàm dictis, quòad appellationes habet paritèr cognitionem in eius ſubditos, Seruiẽtes, & Officiales, vt puta in Porterios, qui etiàm ſi fuerint inquiſiti de delictis, fit ei remiſſio, & cognoſcit de eorum delictis, vt nouiſſimè tradit Reg. de Ponte deciſ. 36. etiam cognitionem habet cauſarum Ciuilium, imò Inſtrumẽtalium, & ità nouiſſimè practicatum, & obſeruatum eſſe, abdicando poteſtatem à M.C.V. teſtatur Reg. Catol. Tapia in eius iure regni, per me adductus in Aureo Compend. deciſ. Regni, verbo inſtrumentum, ſeù Magiſtri Actorũ. Sed quãdo ſpecialitèr alicui delegatur à Principe negotium aliquod priuatiuè quòad alios, ratione publicæ vtilitatis, tùnc non obſtantibus priuilegijs aliorum præferri videtur delegatio, exemplum patet in iſta delegatione procedẽdi ad modũ belli, quæ ſpecialitèr iniũgitur Pręſidibus Prouinciarũ, & Cõmiſſarijs Cãpaneæ, nõ enim curandum eſt, ſi eſſent Vaſalli, vel ſubditi aliorum, ſi deliquerint in Campanea, nàm ipſi cognoſcent, ob qualitatem criminis commiſſi in certo loco, & ob id benè concludit Author, eſſe ab ordinarijs Iudicibus remittẽdas cauſas foraſcitorum ad Tribunalia Regia, & ad corroborationem præmiſſorum primò adducitur elegans deciſ. de Franch. 142. vbi examinat, delictum diſrobationis commiſſum in mare non eſſe remittendum ad Magnum Admiratum, ſed ad Tribunal Campaneæ, cùm iſti æquiparentur latronibus, qui furantur in ſtratis, ſimilitèr adducitur alia deciſ. 88. eiuſdem Præſidis, vbi patet deciſum, non eſſe remittendum militem ad Regios Officiales Triremium, ex delicto cõmiſſo intus Ciuitatem Neap. exceptuato ratione loci, ità dicendum erit in delictis commiſſis in Campanea, & ſic ratione loci ſubdita Præſidibus Prouinciarum, ac Commiſſarijs Campaneæ, demùm Barones Neapolitani non habent fori remiſſionem, ſi vti Barones deliquerint in eorum Terris, Capyc. dec. 59. ex ijs enim reſultare videtur notabiliſſimum dubium, admodùm neceſſariũ, & frequentiſſimum, maximè in Prouincia Calabriæ citrà, vbi quotìdiè practicantur iſtæ materiæ variationis, & electionis fori, an ſcilicèt admittenda ſit variatio, ſeù fori electio facta per viduam, aut pupillum, de Tribunali Campaneæ, ſiuè de Tribunali Regiæ Audientiæ, vti Commiſſariæ Campaneæ ad aliud ſupremum Tribunal, eſſe enim poterit, vt vidua, vel virgo, ſeù pupillus in aliquo fuerint offenſi, vel in bonis, vel in perſonis proprijs, aut ſuorum à foraſcitis, ob quod de iure eis cõpetit electio fori, ſeù variatio, l. vnica, C. quando Imper. inter pupill. & vid. & in Conſt. Statuimus, vt Magnæ noſtræ, & pro reſolutione breuitèr, & concluſiuè procedendo cenſeo, quod ſi loquamur de bannitis, aut foriudicatis priuatis, qui non inceſſerunt, nec incidũt per Campaneã, tunc proculdubio ceſſaret poteſtas militaris, & ſucceſſiuè admitteretur variatio, ſeù electio, nam in iſtis caſibus Regia Audientia, vt Iudex ordinarius procederet, non vt delegata, ſed ſi de foraſcitis, bannitis, vel foriudicatis, ſiuè publicis ab initio, ſiuè ex poſt facto per Campaneam incedentibus, quia in eos militat poteſtas delegata, ceſſaret vtiquè variatio, & electio, & hoc demonſtratur multis medijs, primò, quia hæc poteſtas extenditur ad omnes delinquentes in Campanea, ſiuè fuerint banniti, ſiuè foraſciti, ſiuè foriudicati, ſiuè priuati incedentes per Campaneam, nàm loquitur de omnibus violentijs commiſſis, vt Author cõcludit in prædic. qualit. q. 2. nu. 6. ſecundò, quia hæc poteſtas eſt delegata, nam ſolis Præſidibus competit, idem Auctor in ſpeciali. 41. & in caſu neceſſitatis

teſt delegari,vt ibi in ſeq.ſpecial.42. cōcludit; & eſt priuatiua quòad alios, idem in ſpec.85. quarè ſtante delegatione prædicta ceſſat variatio, demonſtratur apertè in d.l.1. quæ loquitur generalitèr de iſta materia perrhoreſcentiæ,& variationis,inquit ibi text. noſtrorum Iudicum compellantur Comitatui ſui copiam facere,ſubdit ibi gloſ.Comitatui,præſentiæ noſtræ, vel illorum, quibus delegauimus,vndè inferri videtur,quòd tenentur comparere,tàm coràm Imperatore, quàm coràm omnibus Delegatis, ſed meliùs demonſtratur ex alia ratione,nàm quando Iudices ſunt delegati ad certum negotium,tunc ceſſat variatio,ad alios Iudices facienda, exemplum patet in Magiſtro Camerario, qui cognoſcit de feudo,& proindè nequit tractari coràm alijs Iudicibus,quid ſi vidua,vel pupillus conueniatur,vel ageret de feudo, coràm quo Iudice ſtari debet, & proindè,an comperat eis variatio,ſeù declinatio ad baiulum, Andr.in d.Conſtit.Statuimus,vt Magnæ,verſ.quamuis Moderni, mouet quæſtionem, & concludit, ceſſare declinatoriam fori, & hoc,inſpecta cognitione feudi,quæ ad talem Officialem pertinet,per quam deciſionem aliàs conſultus reſpondi contra Vniuerſitatem Sciglianı,quæ eligerat in forum Reg. Audient. Calabriæ citrà ex cauſa certæ immunitatis ſolutionis functionum fiſcalium,prætenſæ per quendam incolam, & cauſa ipſa erat delegata Capitaneo illius Terræ à Reg.Cam.Summ.qua de re dùm obtinuiſſet decretum contrarium à Delegato, prædicta Vniuerſitas in forum eligerat Reg.Aud.per quam fuerunt expeditæ literæ inhibitoriales in forma, & viſa cauſæ iuſtitia, non obſtantibus ipſis literis remiſit cauſam eidem Delegato, nulla habita ratione variationis propoſitæ, ex allegatis determinari videtur caſus,aliàs occurſus in eadem Reg.Aud. cui per Proregem Regni conceſſa fuerat poteſtas contra omnes homicidia patrantes cum ſclopetis, vt non obſtante anni circulo conſtituto ex Regni lege, procederet contra eos cum abbreuiamento foriudicationis dierum quindecim,ſicuti hodie fuit dilatata ad omnes Officiales p generalē pragmaticam,editam ab Excellentiſs. Comite de Lemos,tunc Prorege, ac iuſtiſſimo Principe, at dùm eſſet facta variatio à quadam vidua, ſeù pupilla ad M.C.reſpondi,fieri non potuiſſe,ſtante delegatione prædicta in modo procedendi,nàm licèt Reg.Aud. ſit Iudex ordinarius circà delicta,in iſto tamen modo procedendi erat delegata, ex quo prætèr iuris ordinem procedebat, iuxtà delegationem, eo ipſo,quòd in reſcripto alteratur à Principe commiſſio Iudicis,non diceretur alitèr excitari iuriſdictio,ſed delegatur illa qualitas,iuriſdictioni annexa, & ideò dicitur Delegatus.Felin.in cap.licet,de offic. deleg. quem citat, & ſequitur Marant. in eius ſpec. par.5. num.77. & ità credo fuiſſe exequutum,& demùm in iſta variatione ceſſat cauſa, cauſa enim eſt perrhoreſcentia aduerſarij, vt in d. l.vnica,& Conſt.Statuimus ſancitur, & in hoc Tribunali nullius potentia præualet, cùm ſit Tribunal rigoroſum,& proceditur,leuato velo,ad modum belli,& militari modo, & ideò ceſſante cauſa,ceſſare debet effectus, cap.cùm ceſſante,de appellat.

Ad Prædicamentum Relationis.

QVAESTIO 1. poteſtas militaris extenditur etiam ad auxiliatores,& receptatores,quia ſunt annexi delictis foraſcitorum,cùm dependeant ex eis,& ità practicari vidi in Prouincia Calabriæ citrà,nàm contra eos ſimili modo procedıtur, ordine turbato, quod confirmatur ex pragm.9. de exul. §. & nella medeſima pena,vbi pœnam mortis incurrunt omnes internuncij foraſcitorum, & contra ipſos abſq; informatione, nec proceſſu,ac aliquo ordine iudiciario procedi mandatur,ſed de facto,& hinc eſt, quod receptatores contumacium,bannitorum, vel foraſcitorum M.C.V. vel Regiarum Aud. quàmuis eſſent vaſſalli Baronum, non remittuntur ex tali delicto ad proprios Iudices, & ità iudicatum in S.C.Præſ.de Franch.dec.470. quem citat,& ſequitur Reg.Rouit. in pragm.2. de recept.maleſact.in fine, & Reg.de Ponte in tract.de poteſt. Proreg. tit.de prouiſ. fieri ſolit.§.3.nu.27.aduertendum erit ad pœnam auxiliatorum, ſi fuerit præſtitum auxilium antè delictum,vel in delicto, vel poſt delictū, vt pœna ordinaria,aut extraordinaria locum vendicet, de quo per Reg. de Ponte vbi ſup. nu.53.

QVAESTIO 2. poteſtas militaris extenditur ad incidentia,emergentia, dependentia,& connexa, hæc eſt proprietas delegationis,de qua per Marant. in ſpec. in 4.par.diſtinct.16.nu.31.& ratio eſt, cùm incidentia,& emergentia in cauſa principali ſint eiuſdem naturæ,cuius eſt cauſa principalis,& naturam eiuſdem cauſę principalis aſſumunt, Franch. dec.513. ideò comprehenduntur, in tantum,quod emergentia cauſarum, quæ tractantur iunctis aulis in S. C. eſt ob cauſas principales, quæ ità decidi mandatur iunctis aulis,Franch.deciſ.257.num.7. & ità cum eodem ordine ſunt eiuſdem qualitatis incidentia,cuius ſūt cauſæ principales, idem Franch. dec.637.n.3.& 10.

Ibi nu.4.& 5. auxilium præſtatur multis modis, ſcilicèt quatuor,ſocietate, conſilio, defenſione,& fauore,inquit Author, quem citat,& ſequi-

quitur Muſcatell. in praxi crim. rub. de recept. nu. 39. tamen non ſemper auxilium præſtantes eadem pœna puniri debent, ſicuti foraſciti, ſed habita diſtinctione, tradita à Reg. de Pont. in d. tract. de poteſt. Proreg. tit. de promiſſ. fieri fol. 5.3. nu. 53. cum ſeq. ſed omiſſis declarationibus iuris communis, & inhærendo auxilijs ad rem facientibus, dico primò, auxilium potiſſimum, quod foraſcitis præſtatur, eſt receptatio ipſorum, adeò quòd ſi non eſſent receptatores, non eſſent malefactores. l. 1. C. de his, qui latron. occult. & non mirùm attenta qualitate criminis ipſi pariter puniri debent eadem pœna, nàm latronibus æquiparantur, Muſcatell. vbi ſup. nu. 32. late Reg. de Ponte vbi ſup. adeò quòd receptator non ſolùm dicitur, qui aliquod tugurium, ſeù domum præſtat foraſcitis, vt Muſcateli. ibi n. 27. tradit, ſed etiam qui lignamina, animalia, vel alia quæcunq; neceſſaria ſubminiſtrauerit, idem vbi ſup. nu. 38. & ſubdit ibi num. 39. eſſe pœnam arbitrariam de iure communi, ſed hodiè eſſe pœnam mille vnciarum, virtute Reg. pragm. de qua etiam teſtatur idem Reg. vbi ſup. nu. 26. quam putat Muſcatell. ibi n. 43. procedere in Baronibus, & alijs Potentioribus ſoluere valentibus, in cœteris verò eſt reſeruata arbitrio Proregis, & licèt poſtmodùm reperiatur impoſita pœna mortis, ſecundùm tradita ab Authore iſto in prædic. part. quæſt. 1. nu. 10. per Muſcatell. ibi n. 40. allegato, ex declaratione facta per pragm. 4. de recept. eam intelligit Muſcatell. inſpecta qualitate perſonarum delinquentium, ex quibus delictis reperiuntur inquiſiti, adeò quòd ſi eſſet crimen læſæ Maieſtatis, eadem pœna receptator puniretur, vt per multa iura comprobat idem Reg. vbi ſup. nu. 11. ſubdens, ità iudicatum in Collat. Conſil. & demùm n. 14. concludit, aliquando contra inſignes malefactores ſolere Proreges cum eius Coll. Conſil. banna promulgare, vt eadem mortis pœna tenerentur receptatores, qua ipſimet principales facinoroſi, continentur etiam guidatores, fautores, auxiliatores, ſeù aſſecuratores foraſcitorum, & delinquentium. Muſcatell. ibi n. 28. ſimili pœna plectuntur internuncij, ſeù ſpiæ, vt vulgò dicitur, ex diſpoſitione Reg. prag. 9. de exul. §. & nella medeſima, Ego vidi iſtas ſpias aliquando cõdemnari ad triremes per Reg. Aud. Calabriæ citrà, niſi ipſæ fuiſſent participes in furtis, ex eo, quia aliquando ſpiæ per vim id agunt, nõ ſponte, vt in dicto caſu relato, ac incidenti in dicta Reg. Aud. & ideò fuit pœna mitigata, nàm etiam receptatores à pœna ordinaria excuſarentur, quando per vim ipſorum compellerentur receptare bannitos, eis victum dando, & animalia, maximè in Caſalibus, & Terris apertis, ad quas omnibus eſt aditus patens, & ità multoties practicatum fuerit ibidem Reg. de Ponte num. 25. quoad conſilium dico; idcircò eſt prohibita cum eis cõuerſatio, & participatio, ne conſilijs aliorum iuuari videantur, & ità pullulari turba ipſorum, nè occiderentur, vt ſemper turbarent quietem, licèt Camp. in cap. creſcit, nu. 24. dicat, non puniri conſilium habentem cum bannito, id eſſe intelligendum de conſilio non nociuo Reipublicæ, nàm, vt ipſemet ibi num. 23. confitetur, quando doloſè conuerſaretur aliquis cum bannitis, ſecùs bona fide, & ſine dolo, & fraude, ſed ex iuſta cauſa, hinc infertur, ſi prohibita tali conuerſatione, & loquela, cenſeatur etiam vetita ſcriptura, ſeù internuncius, & in hoc tradit Campagn. ibi n. 22. eſſe inter Doct. varias opiniones, quamuis Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 82. ſtatuto 2. n. 3. dicat, non cenſeri eſſe prohibitum literas mitti, ſed hoc puto intelligendum, ſeruata diſtinctione ſuperius tradita, & maximè quando verſaretur damnum commune, vel priuatum, potiſſimùm quando tractaretur de recaptis, & compoſitionibus factis per dictos foraſcitos, de quo extat particularis pragm. 4. §. deinde, & item ordinamo, & comandamo, che tutte quelle perſone; vbi expreſsè prohibetur omnibus perſonis afferentibus ſcientèr legationes, literas, villetta, & apocas, ob cauſas recapti, & pro tali delicto imponitur pœna mortis naturalis, aut relegationis vita duràte nobilibus, aut triremis ignobilibus, reſeruata Proregi, & ità memini in contingenti caſu fuiſſe ſeruatum per Reg. Aud. Calabriæ citrà in quodam inquiſito internuncio foraſcitorum, qui in duobus recaptis interuenerat vti nuncius, & confeſſus, præuia tortura habita in Curia Regij Locumtenentis Coſentiæ, interpoſita appellatione ad Reg. Aud. per negationem confeſſionis ab eo factæ, non alitèr fuiſſe participem, ſed internuncium, nè tortura alia in diſcrimine poneretur, fuit perpetuò ad triremes condemnatus referente Reg. Aud. Franciſco Antonio Salinas meo Conſobrino, die vltimo Auguſti 1611. Paterni, quoad defenſionem dico, paria eſſe actualiter eos defendere, vel cauſam defenſionis concedere, & ità dando, vel dari faciendo arma, veſtes, puluerem, pallas plumbeas, alimẽta, & alia dictis foraſcitis, per Cãpaneam incedentibus, furando, & perturbando publicam quietem, appenſatè, & ſcientèr, pœnam mortis naturalis incurrunt, vt in pragm. 9. §. & come ſi è viſto, de exul. nàm ſi non haberent talia, non committerẽt delicta, nec pullularent eorum turbæ, proximum igitur eſt tale crimen proditioni, vt in ſimili habetur in l. 2. C. quæ res extrah. prohib. quoad fauorem dico, an ſtante hoc ſtatuto prohibẽte, auxilium præſtari foraſcitis, extendatur ad Aduocatos, & Procuratores ipſos defenden-

tes,Iul.Clar.in §.fin.quæſt 82. ſtatut.2.num.2. concludit, quod non, Foller.in rub.banniantur nu.19.ſed quid ſi alius allegaret cauſam abſentiæ, an incurreret in pœnam ſtatuti; Gandin. in titul. de bannit. pro malef. nu.13. concludit,quod ſic;contrarium eſt veritas,ad quod vide decif.589.de Franch.vbi etiam decisum apparet, eſſe concedendum terminum ob allegationem abſentiæ, ſi reus fuerit de nouo citatus ad informandum per reſcriptũ Principis, & ſi in prima citatione fuiſſet allegata,nec aliter ratio habita, ex eo,quod ante fuerat viſus.

QVAEST.3. in princ.extenditur ad cauſas præteritas,& pendentes,regulariter ſtatuta,& cõſtitutiones, quoad futura ligant, non quoad preterita, Afﬂ.in Conſt.Conſuetudinem n.18, & conceſſio vniuerſalis, futuras includit acceſſiones,Reg.de Põte in d.tract.de pot.Proreg. titul. de prouiſ. fieri ſol. §.3. nu.37.39.& hinc eſt,quod quando aliquod factum, quod non eſt delictum, efficitur delictum per aliquam fortè diſpoſitionem Pragm. vt puta in ambulantibus per Ciuitatem Neap. emendo bona vetera,ſic clamando,fuit impoſita pœna Triremium, vt in prag.1. de prohib. vend.ſupellect. & ſuccedente caſu contrauentionis in perſonam cuiuſdam ſubditi Artis Lanæ fuit dubitatum ob tale delictum nouum, ſi poterat fieri remiſſio ad ipſam Curiam, fuit per S.C.deciſum,quod ſic, vt per Præſ.de Franch. deciſ. 434. quem citat Reg. de Ponte vbi ſuprà,nu.29.

Ibi nu.1.Extenditur ad præteritos, & hoc reſpectu modi procedendi; ſicuti in ſimili ſtat ſtatutum in prag.3. de furt noct. vbi mandatur Iudicibus M. C.V. quod reſpectu inquiſitionum furtorum commiſſorum intus Ciuitatem Neap.& ſuos Burgos, cum ſcaſſatione, ſcaliatione, & violentijs, procedant vti delegati,& præcipuè ad cauſas pendentes,non tamèn ad determinatas, & per iſta aliàs fuit dubitatum in Regia Aud.Calabriæ citrà, cui conceſſa fuerat poteſtas ab Illuſtriſſimo Prorege, vt procederet contrà homicidia committentes cùm ſclopettis, cum breuiamento termini quindecim dierum ad foriudicandũ, quæ quidèm poteſtas erat per ſemeſtre tantùm conceſſa, & ſic de ſemeſtre in ſemeſtrem cõtinuata,licèt hodiè per generalem Pragm. omnibus Officialibus perpetuò ſit conceſſa, elapſo.n. ſemeſtre, dùm ſucceſſiſſet committi homicidium cùm ſclopetta ſuperuenit dilatio alterius ſemeſtris,dubitabatur, ſi poterat procedi cũ tali abbreuiamẽto, & ità reſcriptum,ad præteritum extendi, & fuit deciſum in d.Regia Audientia,quod ſic, quia ſumus in modo procedendi; non autem puniendi, & hoc fuit in cauſa illorum inquiſitorum Ciuitatis Amanteæ, cum illis de Caſtro Belmontis,referente Regio Auditore Franciſco Antonio Salinas, & in cauſa Franciſci Antonij Buccherij de Rogliano, cum Regio Fiſco, & illis de Pariſio pro homicidio commiſſo in perſonam Lucæ Antonij de Pariſio, cum ſclopetto,referẽte Regio Aud.D.Io.Sanchez.

Ibi nu.4.poteſtas extenditur ad pyratas, primò quia Gubernator habet territorium, & per conſequens mare, quod ſubijcitur ſuo territorio, ad quod facit, quod tradit Bellug.in ſpecul. Princ. rub. 3. §. pari ratione, vbi examinat iſtam quæſtionem, ſi crimen commiſſum in mari debeat puniri per Baronem habentem feudum iuxta mare,& cõcludit,quod ſic,ſic delinquentes, vel contrahentes in mari, ſortiuntur forum illius Ciuitatis, vel loci, cuius eſt mare, latè Hieron. de Monte in tract. de fin. regend. cap.7. nu.9.& in cap.39. nu.3. dicit,quod delinquentes in mari, puniri poſſunt ab habentibus iuriſdictionem in territorio, vſquè ad centum milliaria, & nouiſſimè idem comprobat Reg.de Ponte in tract. de poteſt.Proreg.titul.de Triremibus nu.31. vbi id etiam extendit ad Inſulas maris, quæ ſunt de iuriſdictione Prouinciæ propinquioris per centum milliaria, & nu.42. concludit, lictora, & maria adiacentia territorijs particularibus eſſe de iuriſdictione illarum, ſeù illorum, qui ibi præſunt, verumtamèn cum iſti *pyratæ* veluti latrones, & diſrobatores ſtratarum iudicentur, propria ipſorum cognitio ſpectabit ad Præſides,vel Commiſſarios Campaneæ,& ità defendit Pragmaticas præuẽtionis Frãch. dec.142.hinc contingit dubitari in Prouincia Calabriæ citrà,ſi poterãt gaudere immunitate Eccleſiaſtica iſti pyratæ, ex eo, quia in lictore maris adiacentis Prouinciæ prædictæ aliqui diſrobauerunt nautas,& ſtatim ſe contulerunt intus Eccleſiam, fuit inſtatum corã Archiepiſcopo Roſſani pro extractione ipſorũ, poſtquã attẽta forma Bullæ Greg.XIV. iſti tales nõ cõnumerãtur ſub illis verbis, qui fuerunt publici latrones, viarumquè graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidijs aggrediãtur,aut depopulatores agrorum, licèt ſint excommunicati in Bulla Cœnæ Domini expreſsè, de qua meminit Iul, Clar.§.fin.q.77.n.24. fuit enim conſideratum, in hoc eſſe priùs locum inueſtigandum, poſtquàm in lictore fuerat commiſſum delictum, & ſic in mare, nàm lictora ſub maris nomine comprehenduntur, §.& quidèm, Inſt. de rer.diuiſ.ibi, & mare, & per hoc lictora maris, vbi Gloſſ. ideſt per conſequens, cùm ſit acceſſio maris, ſed meliùs in §.lictorum eo,tit.eſt ſicut & ipſius maris; vndè Doct.concludunt,pœnam impoſitã percutienti in domo, cenſeri impoſitam percutienti in confinibus domus, idem Clar. §. fin.q.82. in ſtatuto 9.nu.2. & in ſtatuto 10.in princ.

princ.concluſit,pœnam impoſitam facienti inſultum in domo, extendi ad facientem inſultum ad porticum,& ſic per viam comprehenſionis, vt optimis rationibus comprobat Franch.vbi ſuprà,ſecundò conſiderandę ſunt perſonæ pyratarum, & latronũ, nàm in effectu idem ſunt, licèt in loco differant, & ex identitate rationis comprehendantur,furantur ambo in locis publicis, & communibus, ſicuti latrones in Campanea,ità pyratæ in mari, quod eſt commune omnibus, d. § & quid eſt,& ſucceſſiuè eius lictora,d §.lictorũ, & in ſumma licèt concludant omnes Doct. citati per Farin.in tract. de carcer. & carcer. q.28.nu.50. non comprehendi latrones, qui ſemèl graſſati ſunt,ſed qui ſæpè ſæpius graſſati fuerunt.

Ibi nu.5.Mare Adriaticum eſt Venetorum,cõtrarium tenet nouiſsimè Reg. de Ponte in tract.de poteſt. Proreg. titul. de Triremibus verſus finem ſecundùm eius diſtinctionẽ, & Reg.Valenzuela pleniſsimè in conſ 100. vol. 1.per tot.& in addit.ad d.conſ.in calce vol.2.

Ad Prædicamentum Vbi.

QVAESTIO 1. Præſes reſidere debèt in loco maiorum, quilibet Præſes Prouinciæ reſidet in ſua Prouincia, & quodlibet Tribunal Audientiæ reſidet in certo loco determinato in Prouincia,hoc eſt in Prouincia Aprutij reſidet Regia Aud.in Ciuitate Theatina ex priuilegio,inquit Author,ſicuti Reg. Aud. Principatus vltrà reſidet in Terra Montisfuſculi ex priuilegio,Reg. Aud. Principatus citrà,& Baſilicatę reſidet in Ciuitate Salerni,Regia Audientia Calabriæ citrà reſidet in Ciuitate Coſētię Regia Aud.Calabrię vltrà reſidet nunc in Ciuitate Catanzarij,Regia Aud.Terræ Hydrunti reſidet in Ciuitate Liciarum, Regia Aud. Terræ Bari reſidet in Ciuitate Trani, & Reg. Aud. Capitinatæ,& Comitatus Moliſij reſidet in Ciuitate Luceriæ,vt tradit Muſcatell.in proœm. prax.crim. nu.54.& 55.& in rubr.de priuil furtis nu.31. & ſic per totas Prouincias hodiè eſt erectum Tribunal Campaneæ, vt idem fatetur ibi nu. 57.ſed quia in Terra Laboris non extat aliqua Aud.ob exiſtentiam Tribunalis M. C.V. Neap.quę eſt caput Regni,& Prouinciæ Terræ Laboris.Franch.dec.360. nu. 4. deſtinatur Commiſſarius Campaneæ, contrà delinquentes,qui in diuerſis locis Prouinciæ,hinc inde vagatur iuxtà occaſionem delictorum in locis occurrentium, hinc notandum eſt vnum ſingulare,quod omnes Regię Audientiæ reſidere debent in locis Regijs, & licèt aliquæ ipſarum reſidere videantur in locis Baronalibus, hoc procedit ex cauſa priuilegiorum conceſſorum dictis Baronibus, ex quo non poſſunt prædictæ Regiæ Audientiæ habitare in eorum Terris, contradicentibus ipſis, vt tradit Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.titul.de Elect.Official.§.1.nu.55.

Ibi nu.3.Pręſes Prouincię diſcurrere an debeat, latè Camp.in cap hac edictali,nu.5.& in cap. quod decretam,nu.7.Danza de Pugna Doct. tom.3.tit.de Votis,cap.1.à nu.41.ad 46.Ang. Scialoya in praxi foriudic.cap.12.num.29.& cap.19.nu. 27. ego autem nunquàm, id ſeruari vidi in Prouincia Calabriæ citrà, nec in Prouincia Capitinatæ, aut Principatus citrà per totum temppus, quo vacaui in locis prædictis,ſed ſolent mittere Capitaneum Campaneæ ad perſecutionem malefactorum, & quando neceſſitas ſuaderet, vnum ex Regijs Auditoribus,vel Procuratorem,aut Aduocatum Fiſcalem deſtinare ad perſecutionem prædictam.

Ibi nu. 4. Præſes, ex iuſtis cauſis intendit accedere ad aliquem locum,in quo oportebit facere reſidentiam, tunc pro cauſis ordinarijs debet tota Audientia ſimul.cum eo accedere,& hæc ſingulis annis cõtingit obſeruari in Prouincia Calabriæ citrà, ad euitandos æſtiuos calores, & ſe conferre in Caſali Paterni perfectiſſimi aeris, & ibi tota Audientia accedit per tres menſes, vbi ius redditur, & ità audiui obſeruari in Reg. Aud. Capitanatæ, adeò, quod ſe cõferre ſolet in iſtis diebus in Terram S.Seuerij, & etiàm Regia Aud. Aprutij in Ciuitatem Aquilanam,id quoquè obſeruari vidi per Audientiam Menæpecudum Apuleæ, & nota ad numerum Auditorum cuiuslibèt Prouinciæ,nàm Catau. in d. ritu 53.nu.2.dixit,in Prouincia Calabriæ, & Principatus citrà tres Auditores eſſe in qualibet Audientia, & in Prouincia Principatus vltrà vnũ tantùm, nàm poſtea fuerunt duo, & nunc ad euitandum diſparitatem votorũ fuit tertius additus per Excellentiſſimũ Comitem de Lemos, tunc Proregem, & ità in qualibet Regia Audientia exiſtunt tres Auditores ordinarij, excepto in Regia Audientia Menæpecudum, in qua vnus præeſt Auditor.

Ibi nu.5. Præſes vigore poteſtatis debet reſidere,vbi vult,regularitèr.n.Præſes debet reſidere in loco ſuorum maiorum,vt dixi in principio,& ità de iure ſtatutum eſt,latè Marant. in ſpecul.par.6.in 1. actu, num. 71. ſed id limitat nu. 82. in Præſidibus Prouinciarum non habere locum, qui vadunt diſcurrendo per Prouinciam, inquirendo maleficia, & prouidendo oppreſſis, & alia faciendo, quæ ſpectant ad cultum iuſtitiæ, quia in quolibet loco illius Prouinciæ poſſunt ius reddere ad eorum electionem, & maximè, inſpecta hac poteſtate conceſſa contrà foraſcitos, vt concludit Author, qui vti delegatus poteſt, vbi

vult

vult reſiſtere, Marant. vbi ſup. num. 71. Angel. Scial. in praxi foriud. c. 19. ſub n. 27.

Ibi n. 6. vide Angel. Scialoya vbi ſup.

QVÆSTIO 2. nu. 1. an poſſit malefactor capi in territorio alieno, vide latiùs Angel. de malef. verſ. quod fama publica præcedente, n. 62. & ibi Auguſt. & latè infrà in prædic. agere; q. 1. n. 1.

Ibi nu. 2. an in Eccleſia inquiri, & capi poſſit, latiùs Angel. in d. tract. de malef. verſ. quod famā publica præcedente, nu. 59. vbi etiam Auguſt. in annot. & in particulari loquitur de latronibus, & de alijs malefactoribus, ex grauioribus delictis inquiſitis, & meliùs ib. Frāc. de Lignan. in ſuis addit. vbi caſum occurſum aliàs tradit, ſed hoc procedit, petita prius licentia ab Epiſcopo, vt conſuetū eſt ſeruari in praxi, teſte Reg. Rouit. in rubr. de exul. n. 24.

Ibi nu. 3. permittitur perſequutio etiam intrà territorium alterius Iudicis, Angel. de malef. verſ. ꝙ fama publica præcedēte, n. 62. Muſcat. in d. rubr. de priuil. furti, nu. 56. & maximè de vna Prouincia ad aliam, iuxtà diſpoſitionem Reg. pragm. 1. de perſeq. malef. vbi ſingulariter notat Scipio Rouitus meritiſſimus Regens, ac doctiſſimus I. C.

Ibi n. 4. Capitulatio Papæ, & Proregis circa capturam malefactorum, extat pragm. 7. de exul. Angel. Scialoya in praxi foriudic. cap. 19. nu. 40.

QVAESTIO 3. ſententia vbi exequi debet, regulariter in loco delicti, extat text. militaris in d. l. deſertorē, ff. de re milit. verſ. ibi enim plecti pœna debere, vbi facinus admiſſum eſt, Diui Verus, & Antoninus reſcripſerunt, ad quod adde Camp. in cap. quod decretam, nu. 24. meliùs Iul. Clar. §. fin. quæſt. 99. nu. 6 Par. in tract. de ſind. verb. latro cum fama, ſub nu. 4. Angel. in tract. de maleſi verſ. vel ad locum, vbi Auguſt. licèt ibi concludat, in famoſis latronibus tantùm, ſed reſpectu aliorum furum, puniri debent in locis cōſuetis, vel in aliquo, in quo qualificatū delictū fecerint, non eſt dubium, quin fures ordinatie puniuntur in locis conſuetis, poſſunt enim puniri, tàm in loco delicti, quàm contrectationis, teſte Capyc. dec. 104. quem nouiſſimè citat Franch. dec. 681. cæterū ſi adeſſet aliqua qualitas grauans in furto, iuxtà mētem Auguſt. vbi ſup. in eo loco, vbi patratum fuerit erit puniēdus fur, vtputà ſi in Eccleſia fuerit commiſſum furtum, tunc propè Eccleſiam puniri debet, vt aliàs ſeruatum fuit in M.C.V. in quodam Salernitano, qui Crucem ab Eccleſia S. Laurētij ſubtraxerat, & ſtatim fuit ſuſpenſus propè dictam Eccleſiam, refert Foller. in eius fragm. tit. de ſacril n. 48. quē citat Muſcat. in eius praxi, in eo. tit. n. 20. & memini, annis elapſis fuiſſe quēdam clericū præuia degradatione ſuſpenſū ob magnū furtū ab eo cōmiſſum in Monte pauperum, exiſtente intus Cortile SS. Annunciatæ de Neap. propè ipſam Eccleſiā, meminit Frāch. dec. 571. ſub n. 4. & idem ſeruatum vidi annis elapſis in Ciuitate Coſentiæ per Reg. Aud. in quodam fure Mōtis Pietatis illius Ciuitatis, & multotiès in alijs grauioribus delictis homicidij; & furtis publicorum Bācorum, cum falſis apodixis commiſſis, & bollectinis, vidi nonnullos ſuſpendi propè loca prædicta, in famoſis inſupèr latronibus ibi puniri debēt, vbi furta commiſerint, vel graſſati ſunt, vt quoq; notat Foller. in praxi crim. rub. audiātur excuſatores, n. 91. ſimiliter & in alijs furtis, vt pluriès obſeruauit M.C.V. vltrà Afſl. in Conſtit. Iuſtitiarij non per kalendas, nu. 12. Paris de ſind. verſ. fui conſultus, nouiſſimè Tartagl. in margar. Fiſci, cap. 16. n. 4. & in hoc aduertendum eſt, quòd in praxi ſeruatur, & ſeruari vidi quoàd exequutionem pœnæ foraſcitorum, & latronum, qui multotiès cōmittunt delicta in nemoribus, & itineribus publicis, etſi ſunt loca ipſa proximioribus Ciuitati, vel Villæ, vt cunctis innoteſcat punitio, & videri poſſit pœna, tunc puniendi ſunt ibi, cæterum ſi eſſent loca remota, ſuſpendūtur in conſueto loco, & eorū corpora in fruſtra diuiſa aſportantur per loca, vbi fuerunt graſſati, & ibi appenduntur, & ità paſſim obſeruari vidi in Regali Prouincia Calabriæ citrà, præſertim in quodā publico delinquente capite factionis, contra quem plura delicta verificaui, vti Commiſſarius deſtinatus per ipſam Reg. Aud. & cōtra ſuos ſocios, cui fuit caput à ſpatulis amputatum, & trāſmiſſum in Terram Acri, vbi delicta commiſerat, ſimilitèr & eius ſocij ſuſpenſi, & dilacerati, & in ſumma iuxtà concluſionem Io. Grandis, vbi meliùs Præſidi viſum fuerit, vt notitia punitionis perueniat ad omnes illos, qui delictum, & delinquentem nouerant, ſint in ipſorum exemplum, d. l. capitalium, § graſſatores, de pœn. nec omittam immane ſcelus cōmiſſum annis elapſis in Terra Beluederij eiuſdem Prouinciæ, vbi dècem delinquentes iunctim noctis tempore Capitaneum illius Terræ agreſſi fuerunt, & violentèr è domo eduxerunt, & in nemus aſportauerunt, adulterando eius vxorem violentèr, vt aiunt, falua pace, & nonnulla bona furati fuerunt, ob quod fuerunt nonnulli ex eis ſuſpenſi, & in fruſtra diuiſi in dicta Terra, & alij in Reg. Aud. antè Tribunal in Rota confoſſi, more Germanico, & caput à ſpatulis amputatum vno Nobili dictæ Comitiuæ.

Ad

Ad Prædicamentum Quando.

QVAESTIO 1. nu. 5. an litis conteſtatio cùm ſit fundamentum iudicij, ſit neceſſaria in hac materia, licèt Author teneat, quòd non ſit neceſſaria, quia eſt ſolemnitas iuris ciuilis, & eſt actus iudiciarius, Maranta in ſpec. par. 6. in 10. membro, nu. 9. & in hoc caſu procedi poteſt contra inſignes latrones de facto, iuris ordine non ſeruato, tàm in procedendo, quàm in condemnando, tradit Camp. in cap. iuris cenſura, nu. 6. ex diſpoſitione iuris Regni, prouidentis, quòd ex abrupto procedi poſſit, & de facto, vt antè eum tradit Paris in tract. de ſind. verb. latro cum fama, in princ. quem citat ibi Camp. nu. 5. ſed annuendo diſtinctioni traditæ à Iul. Claro lib. 5. ſent. §. fin. q. 45. num. 2. dicente, quòd aut reus eſt contumax, & tunc cùm ex diſpoſitione iuris habeatur pro confeſſo, non eſt neceſſaria litis conteſtatio, aut verò reus comparet in iudicio, & examinatur ſuper delicto, & tūc p reſpōſionē, quam ipſe facit, reſpondendo accuſationi, vel inquiſitioni ad interrogationem Iudicis inducitur litis conteſtatio, etiam quod pars aduerſa ſit præſens, & hoc per negationem affirmatiuam, teſte Maranta loco citato, num. 5. etenim antequàm lis conteſtetur, reus debet examinari, Foller. in eius praxi, rub. & ſi confitebuntur, antè cont. exam. ſed ſi reus nollet reſpondere, quid agendum erit? ſimili incidente caſu in Reg. Aud. Calabriæ citrà in perſonam aſſerti clerici, inquiſiti de pluribus furtis in ſtrata, ac recaptis, & dùm eſſet interrogatus, noluit reſpondere, & ſucceſſiuè non poterat lis conteſtari, dubitatum fuit, ſi poterat ad vlteriora procedi, Doct. in hac re dicunt, reum compelli poſſe ad conteſtationem litis, quæ ſit per negationem, vel affirmationem, And. in Conſt. Dilationes, verſ. oporteat, quod pars, & ità captis pignoribus, vel per detentionem perſonæ, immò poterit mulctari, vel excommunicari, vt latè Marant. vbi ſup. nu. 9. qui licèt loquatur in ciuilibus, tamen in criminalibus eſt prouiſum, vt poſſit ſub pecuniaria pœna mulctari, poſtmodùm per ſubtractionem cibi, & demùm per torturam, tradit Capyc. dec. 145. quem citat Iul. Clar. in d. §. fin. q. 45. nu. 6. & Foller. in eius praxi, rub. & ſi comparent antè conteſt. exam. nu. 3. & meliùs in 3. par. 3. part. num. 4. de primo remedio extat notabilis deciſ. Auenion. authore Hieronym. de Laurent. 115. vbi fuit condemnatus quidam inquiſitus ad pœnam pecuniariā, nec debuit audiri, niſi ſoluta pœna, de ſecunda non loquor, quia non vidi in praxi receptum, eſſet enim necare, ſubtrahere cibum, l. necare, ff. de lib. agnoſc. de tertio remedio dico, eſſe ità conſuetum, & in praxi ordinarium, teſte Tartagl. in eius margar. Fiſci, cap. 9. & in ſpecie etiam ſi fuiſſet clericus nolens reſpondere, meminit Foller. in rub. & ſi comparet, nu. 9. ſed his non obſtantibus remedijs ſi reus perſeuerauerit in taciturnitate, prout erat in caſu, de quo agebatur, an curſus cauſæ poterat impediri, nàm ſi hoc eſſet permiſſum, nunquàm cauſæ exitum haberent, videtur dicendum, poſſe procedi ad vlteriora, & maximè in iſto delicto memorato, ex quo taciturnitas tenet medium inter negationem, & affirmationem, ſecundùm gloſſ. in l. qui tacet, vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. aliquando tacendo conſentire quiſquè videtur, maximè quando de incommodo tractatur, l. de ætate, §. qui tacet, ff. de interrogat. act. habemus affirmationem, quoniam dicit ibi text. qui tacet, ſed tamen verum eſt, eum non negare, & hoc reſpectu Fiſci, poſtquàm dùm quis interrogatus non reſpondit Iudici, contumax eſt, ex quo videtur contemnere eius iuriſdictionem, & verus contumax reputatur, tradit Foller. in eius praxi, in 4. par. 3. part. nu. 3. in fine, & contumax pro confeſſo habetur, quàmuis in hoc caſu fieri poſſit, vt pro conteſtata lis haberetur, ſicut in ſimili inquit Franch. dec. 310. vbi aſſenſus pro præſtito habetur, renuente domino, qui debet conſentire, licèt Marant. in hoc diſſentiat in citato loco, n. 12. vt habeatur pro conteſtata lis contra nolentem reſpondere, quia loquitur in ciuilibus, & in fine concludit, cùm in Regno lites ſint sūmariæ, non indigent conteſtatione, tamen in criminalibus, nè pœna delictorum protelatur, exiſtimo, eſſe ad vlteriora procedendum, ad quod facit text. in d. §. qui tacuit, ibi, contumaciæ autem pœnam hanc ferre debēt, vt in ſolidum conueniatur, quemadmodùm ſi negaſſet, vbi gloſſ. ſubdit, etiam in criminalibus procedere, ad quod allegat exemplum Chriſti tacentis coràm Pilato, licèt non animo cōtemnendi, ſed, vt Pilatus miraretur, id egit, fuit tamen prouiſum in dicta Reg. Aud. eſſe procedendum ad vlteriora in cauſa, die 9. Auguſti 1613. Parerni, referente Reg. Auditore Lelio Thomaſio, allegante aureani doctrinā Farinac. de hoc, & dùm eſſet in cauſa proceſſum ad vlteriora, & peruentum ad actum torturæ, confeſſus fuit omnia.

Eod. nu. 5. in fin. danda eſt copia defenſionis, parte petente, hinc colligitur, copiam repertorum eſſe petendam, nouiſſimè id examinat Blanc. in l. fin. nu. 24. ff. de quæſt. & meliùs Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. q. 49. nu. 4. vbi tradit, ſiuè petatur, dari debet antequàm ſubijciatur torturæ, ſiuè poſteà ſemper concedenda erit, immò etiam ſi non petatur, dari debet antè condemnationem, vt ibi per eum, & Blanc. vbi ſup. nu. 29. maximè ſi inquiſitus eſſet ruſticus, vt voluit Foller. in rub. detur copia capitulorum, nu. 1. in fine, ſed dubium vertari videtur, ſi co-

ſi copia repertorum dumtaxat, vel capitulorum ſit concedenda, ad quod Paris de ſindic. verb. & aduerte, quod in princ. dixit, hodie facta examinatione ad informationem Curiæ, & ex illa informatione eliciuntur capitula, quæ dantur loco libelli, & illa capitula hodiè ſunt copia repertorum, licèt aliqui dubitauerint, tamen iſte eſt communis ſtylus, eum citat, & ſequitur Marant. in ſpec. par. 6. nu. 8. & Foller. vbi ſup. nu. 1. vbi ſubdit, maximè reluctante Fiſco, aſſerens, inoluiſſe practicam, quòd quando inquiſitus deſiderat copiā repertorum, ad hoc vt meliùs, & validiùs formare poſſit, & patrare ſuas defenſiones, ſolet inſtare pro dicta copia, & dicere, quod habeat teſtes Curiæ pro citatis, iuratis, & legitimè repetitis, & eo enim caſu cōceditur dicta copia, vt communitèr obſeruatur, Capyc. dec. 74. ſed hoc Fiſco non reluctante, quoniam non ſemper copia repertorum, ſed capitulorum tantùm concedenda erit, attenta qualitate delictorum, vt ſi eſſet delictum notorium, non daretur copia repertorum, Gram. dec. 36. nu. 56. Iul. Clar. § fin. q. 5. verſ. quæro, Follet. in rub. item, quod eſt notorius delinquens, nu. 8. item quando delictum eſſet in fragrāti commiſſum, & reus captus in fragrāti, Iul. Clar. d. § fin. q. 8. verſ. ſed nunquid, Foller. in rub. item quòd commiſit falſitatem, nu. 8. item in crimine læſæ Maieſtatis, Follet. in rub. detur copia capitul. nu. 4. Affl. in Conſtit. Hi, qui, poſt nu. 18. vbi etiam in crimine hæreſis extendit, Iul. Clar. in d. § fin. q. 49. nu. 3. at in caſu noſtro in delictis, in quibus proceditur ad modum belli, vbi liberum conceditur arbitrium, determinat Par. de ſindic. verſ. an ſtetur dicto, poſt nu. 16. verſ. licèt Iudex, quòd ſit concedenda copia indiciorum parti, vt diſputetur, etſi liberum habeat arbitrium, & abſolutum, non enim poterit Iudex ſine indicijs torquere, aut denegare defenſionem, & ſic copiam repertorum, & maximè ſi eſſent publici latrones, & diſrobatores ſtratarum, quibus non conceditur copia, ob ſpecialitatem criminis, Camp. in d. cap. diu iàm, nu. 9. quem citat Muſcat. in praxi crim. rub. de priuil. furti, &c. nu. 55. Franch. dec. 629. in fine, vbi tradit, pluriès fuiſſe deciſum in arduis cauſis, non eſſe concedendam copiam repertorum, Fiſco reluctante, ſed tantùm copiam capitulorum, & ità memini, iudicatum fuiſſe in contingēti caſu diſrobationis in ſtrata per Reg. Aud. Calabriæ citrà, vt tantùm copia capitulorum concederetur, & in eadem cauſa fuit paritèr dubitatum, ſi copia confeſſionum ſociorum concedi poterat, & nimium Aduocatus illius inquiſiti inſtabat ſibi concedi, ex diſpoſitione Cap. Regni, incip. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, ibi, & declarando præcipimus, tunc demùm confeſſionem ipſam talem habere vigorem, quando præmiſſi nominati per eam reperiantur fore leues, & infamatæ perſonæ mandantes, vt his, qui tanguntur ex confeſſione prædicta detur copia nominum, & dictorum confeſſionis eiuſdem probatorum, etiam per quæ de leuitate vitæ, & infamatione perſonæ conſtare aſſeritur, &c. ſi verò non fuerint leues, & infamatæ perſonæ, illam confeſſionem eandem volumus efficacitèr aperiri, & propter eam Officialem, ad quē ea res pertinet, contra notatos in confeſſione prædicta de his, quæ confeſſio continet, non expectato proindè alio noſtro mandato, inquiſitionem facere poſſe, & ex officio procedere contra eos, vt tamen nominatos data eis, vt ſupra copia in iuſtis eorum defenſionibus audiant, & admittant, & ità ex verbis illis detur copia nominum, & dictorum confeſſionis eiuſdem probatorum, opinio inquiſiti ſuffragabatur, & ità dictum capit. intelligit Camp. in d. cap. ſubiungendo nu. 8. verſ. & talis copia, tamen ſi ponderentur verba illius cap. loquuntur tantùm in caſu ſuo, ſcilicèt cōfeſſionis, nàm ſuper tali confeſſione fundatur diſpoſitio illius cap. & propterea ibi dicitur, detur copia nominum, & dictorum confeſſionis eiuſdem probatorum, etiam per quę de leuitate, & infamatione perſonæ conſtare aſſeritur, vtcunq; ſit, hoc eſt Iudicis arbitrio commiſſum, concedere in leuioribus, non tamen in grauioribus, & Fiſco reluctante in hoc, prout fuit ità in dicta cauſa deciſum, non eſſe concedendam, præterea non conceditur copia repertorum homini leuis vitæ, & malæ conuerſationis, ſed tantùm nomina teſtium deponentium in generali inquiſitione, dummodò ſint decem teſtes, qui contra eum deponant, vt in Conſt. Hi, qui, vbi Affl. num. 12. qui dicit, illam Conſtitut. eſſe correctam per Cap. Regni, ſubiungendo, vbi reſtringit numerum teſtium ad quatuor teſtes non reprobatos, tàm in generali, quàm in ſpeciali inquiſitione, licèt diſpoſitio iſtius Cap. hodie non militet, cùm ex contrario ſtylu oppoſitum ſeruetur, non tamen expreſsè apparet correctum, ſicut teſtificatur Marant. loco allegato, nu. 9. adeò, ſicuti ipſe tradit, cùm ſtylus ſit, vt non dentur reperta, etſi non dentur reperta, non eſſet conſeruate Capitulum, quia tolleretur defenſio reo, ſed Iudex in caſu illo ſpeciali, quando haberet quatuor teſtes, vellet dare reperta, non poſſit conqueri reus, quod ſit indefenſus, nàm tunc Iudex non ſeruando ſtylum, facit potiùs præiudicium Curiæ, quā reo, & ideò poſſet reum condemnare ſine alio proceſſu, hodiè tamen in Regno conceditur copia, tā nominū, quā dictorū reo, ſiuè generalis, ſiuè ſpecialis inquiſitio ſit de crimine, nō habita diſtinctione perſonarum, vt ſentit Capyc. d. dec. 74. nu. 3. & ità ſublata eſt illa differen-

rentia leuitatis vitæ,vel non exiſtente leuitate,Camp.in cap.ſubiungendo,nu.19.ſicuti de iure communi cõcedebatur, Iul. Clar.vbi ſuprà,nu.2.ſeruata tamen diſtinctione,vt ſuprà tradita,an ſint leuiora,vel grauiora delicta, Fiſco reluctante,vel non, iuxtà allegat.deciſ. 629.Præſ.de Franch.

Ibidem verſ.Item licèt repulſa, & ſi non detur in iudicio ſummario, vt notat Scagl. in ritu 74.nu. 21. potiſſimùm in hoc militari iudicio,tum quia eſt ſpecies defenſionis. per ea, quæ tradit Foller.in praxi crimin.rub.concedatur repulſa in princ.Ideo concedenda erit, & ità concludit Author noſter, & vidi pluries ſeruari in Reg.Aud.Calabriæ citrà,in ſimilibus cauſis, & maximè, vbi ſuſpitio inimicitiæ vrgeret,ſicuti in d. Prouincia practicatur peſſima conſuetudo inimicitiæ,proptereà libentèr concedenda, ex eo, quod inimici repelluntur à teſtimonio, & mentiri præſumuntur,Camp.in cap.vulgaris famæ,n. 19.& 26.vbi in ſeq.n. ſubiungit,etiam in criminibus exceptuatis hæreſis, læſæ Maieſtatis admittitur talis exceptio, & maximè in iſtis delictis Campaneæ, tanto magis,ſi eſſet inimicitia grauis,& capitalis,Gramm.deciſ.86. nu.7.& deciſ.34.nu.26.vbi nu.27.limitat,non procedere in leui inimicitia, hinc eſt, quod teſtes,qui ob difficultatem probationis probant,non probant,quando reſultaret odium, & inimicitia,Franch.dec. 538. nu. 15. & latè Iul.Clar.lib.5. §.fin. quæſt. 24. & ad hoc, vt poſſit repulſari tanquàm inimicus, requiritur probatio cauſæ inimicitiæ, ſeù qualitas particularis ipſius inimicitiæ, alitèr non diceretur probata cauſa inimicitiæ, & requiritur probari, fuiſſe cauſam inimicitiæ commiſſam,idem Gram.d.dec.86.nu.6. & d.dec. 34.nu.21.22. in iſto caſu, & ob defectum rationis, quia eſt furioſus teſtis, vel impubes non denegatur repulſa, quæ, vt concludit Author in praxi militari conceditur, præſertim in iſtis caſibus, ſed in eodem termino defenſorio, & hoc gratia breuiãdi indicium, adeò, quod quando reus haberet teſtes pro repetitis, & legitimè citatis,quod eſt,vbi recens eſt iudicium,& poſſunt haberi de facili, vbi materia eſt implicita, & non poteſt alitèr certiorari reus, Io. Franc. Scaglion.in rit. 73.& 74.nu.7.vbi tradit,per S. C.fuiſſe deciſum, quod ſi non fuerit renunciatum futuræ repulſæ,ex incuria,vel errore Actitantis, eſſe concedendam in tali caſu, ſed communis practica ità obſeruat, tàm in iudicio ſeculari concedere repulſam in termino defenſorio, quàm in Curia Eccleſiaſtica, vt per Alber. Olinam in ritu 30.Curiæ Archiep.Neap.nu. 11. Nec omittam dicere vnum notabile; ceſſare præeminentiam M.C.V. quando reus allegaret in promptu velle repulſare teſtes ex cauſa inimicitiæ capitalis, probando ſpecies inimicitiæ,Camp.in cap. ſi cum ſceleratis,nu.4.& dixi ſupra in prædicam. ſubſtantiæ,quæſt.3.nu.9.& quibus alijs modis teſtes repelluntur,vide Tartagl.in Margar.fiſci c.10.

Ibi nu. 6. Præſes licèt non poſſet probationes reijcere, &c. dixi ſuprà latè in d. prædicam. ſubſtantiæ q.3.nu.5. circà iſtam materiam notanda ſunt duo ſingularia dubia,aliàs in Regali Prouincia Calabriæ citrà occurſa,primum itaquè fuit dubium, conceſſis defenſionibus quibuſdàm inquiſitis de recaptu,in ſtrata commiſſo, poſt torturæ illationem fecerunt articulos de directo contrarios contrà depoſitiones teſtium Fiſci, & dum fuiſſet per Fiſcum inſtatum pro reiectione illorum tanquàm impertinentiũ,fuit dubitatum,quid iuris,pro Fiſco allegabatur Cõſt.Regni Si quis in poſterum,§. illud etiàm, vbi apertiſſimè diſponitur, quod quando ab imponente defenſam,fuerit probatum cõtemptum per tres teſtes contrà ipſorum dicta,v3. quod res alitèr ſe habet,per tres teſtes cõtrarios probari non poſſit,nàm ſi teſtes,per quos defenſa impoſita contempta probetur, erunt probatæ fidei, & opinionis bonę,& tũc promptum eſt, ipſorum teſtimonio ſtari debet, aut pars contrà ipſorum perſonas excipere poſſe confidit, quo caſu parti obiectiones contrà perſonas prædictorum teſtium non negamus defenſiones rei iudicatæ,pacti conuenti,& ſimilia, quæ non directè contrà dicta ipſorum teſtium opponuntur, ſunt verba formalia tex. vbi Gloſ. notat per contrarios probando negatiuam, quod regularitèr non admittitur directè,& alia Gloſ.ſupèr verbo videlicèt,quod res,inquit,non prodeſt ei, quia hoc eſt de directo contrà dicta teſtium, vt falſum dixiſſe videatur, quod opponi non poteſt,extabant inſupèr contrà iſtos inquiſitos duæ confeſſiones ſociorum criminis,qui fuerũt cõdemnati, & ſicuti contrà ipſos ſtari debet,cùm confitentes delictum ſpontè, non præſumãtur in ſe mentiri,Gram.deciſ.36.nu.64.tanto fortiùs contrà ſocios ſtari debet, adeò, quod quando veritas alitèr probari non poteſt,admittuntur teſtes, etiàm ſi eſſent ſocij, & illi dicuntur idonei, & integri teſtes, maximè quando ſunt plures confeſſiones ſociorum criminum,vt nouiſſimè congerit Reg.de Põte in tract.de Poteſt. Proreg. titul.de prouiſ. fieri ſolit.§.4.nu.43.& 44.qui loquitur de iſta materia, pro parte inquiſitorum facit id, quod tradit Franch. deciſ.470. nu. 7. dicens, quod in cauſis criminalibus ad defenſionem, etiam poſt publicationem in cauſa admittũtur ijdem articuli,etiam de directo contrarij, & inſupèr allegabatur, defenſionem eſſe iuris naturalis,& iuris naturæ eſt,vt quis ſe defendat in crimine per fas,& nefas,& naturalis eſt

D vi-

viuendi dulcedo, Gram. dec. 36. nu. 51. & ad id in ſpecie adducitur aurea doctrina Follec. in pract. crim. rub. recipiantur defenſiones reorum, nu. 11. vbi dixit, quod vbi quis inquiritur de delicto, in defenſionibus ſuis ad eludendum, & tollendum indicia exiſtentia contrà eum, poteſt probare negatiuam coarctatam loco, & tempore, v3. quod toto illo die fuit alibi, & quod inde non diſceſſerit, nec diſcedere poterat, quin fuiſſet viſus, vt dicūt Doct. per eum citati, Ad tex. in d. Cōſt, reſpondetur, quia eſt ibi ſpeciale id conceſſum, & non extenditur ad alios caſus, cum ſit odioſa, ſicut notat ibi Barthol. de Capua, verſ. nota, quod hæc Conſt. imò gloſ. ibi in d. verbo videlicet, inquit, vt tamen verba Conſtitutionis rectè intelligantur, videtur hoc accipiendum poſt publicationem teſtium, tunc enim debet fieri probatio contrà dicta, ſed autem benè poſſet reus probare quaſlibet ſuas legitimas defenſiones, & exceptiones, vbi notabilitèr idem notat And. verſ. illud etiam, vt procedat poſt aperturam, quod hodiè eſt expeditum per Cap. Regis Roberti Propoſito, vbi etiam antè aperturam permiſſum eſt reo, quaſcunquè defenſiones eum releuantes offerre, atquè probare, excepto vno caſu, vt ibi, tandèm fuit iudicatum in d. Reg. Aud. tales exceptiones eſſe admittendas, de menſe Auguſti 1611. Paterni, referente Regio Auditore Franciſco Antonio Rocca, poſteà Iudice M.C.V. Secūdum verò dubium fuit notabile in alia cauſa inquiſitorum de grauioribus delictis, & cum modo belli procedebatur, an ſit admittenda nominatio teſtium, degentium in Inſula Siciliæ, & ità extrà Regnum, & videbatur dicendum, quod ſic, cùm ſit ſpecies defenſionis, & potiſſimum in tali caſu, dùm teſtes exiſtentes in Inſula Siciliæ, erant benè informati de innocentia ipſorum, verumtamèn cùm Iudex ex officio teneatur innocentiam rei antè omnia exquirere, & veritatem, inquit Gram. dec. 34. nu. 2. & curare debeat, nè veritas pereat, vel occultetur, Camp. in cap. nè per exceptionis, nu. 9. tamèn in contrarium videtur concludi poſſe, ob celeritatem cauſæ, ad quod facit punctualis doctrina Carau. in ritu 157. nu. 7. vbi tractat articulum, quando teſtes eſſent alterius Territorij Siculi, & Romani, & licèt Iudex pati non debeat, vt facultas probationum pereat, concludit tamèn, contrariū ſeruari de conſuetudine, vt non ſit concedenda talis dilatio, poſtremò ex dictis aliorum Doct. fatetur, id eſſe Iudicis arbitrio reſeruatum, quarè attentis prædictis fuit per Reg. Aud. primò decretum, vt præſentarentur exceptiones, ad finem prouidendi, quibus præſentatis, cùm ex illis nullum cōmodum reis afferre poterat, fuit prouiſum, quod procederetur ad vlteriora in cauſa, & illata tortura vti conuictus ad ſciēdum complices, & tanquàm confeſſus fuit ad vltimum ſuppliciū condemnatus, referente Reg. Aud. Franciſco Antonio Salinas meo conſobrino ac perſpicaciſſimo I. C. de menſe Ianuarij 1612. Coſentiæ.

Sub eo. nu. 6. quod non tenetur Præſes repetere teſtes, parte citata, idem Author in ſpeciali 90. in fine, & eſt ſpeciale in diſrobatoribus ſtratarū, inſignibus latronibus, in crimine læſę Maieſtatis, & aſſaſſinij, inquit Follec. in praxi crimin. rub. & demùm repetantur teſtes Curiæ, in principio, & ratio eſt, quia contrà eos proceditur de facto, nullo iuris ordine ſeruato, vt in cap. Regni iuris cenſura, & ibi Campag. vidi multotiès, repeti teſtes in Aud. Calabriæ citrà in iſtis delictis, in quibus proceditur ad modum belli, inde pulchrum dubium reſultauit in prædicto Tribunali, ſi repetitio teſtium facienda eſſet conrea inquiſitum, & confeſſum de crimine, præuia tortura illata ex Regio mandato, præcedentibus indicijs, & non eſt dubium, quin in multis caſibus repetitio teſtium ceſſet, vt per Follec. vbi ſuprà, ſed dubietas conſiſtebat, ſi poterat ſaltim ex eius confeſſione damnari, nulla habita ratione de repetitione teſtium, licèt n. teſtes examinati in informationibus, parte nō citata, non probant, nec faciunt indicium ad torturam, etiàm ſi eſſent mille, Gram. cōſ. 64. nu. 1. & deciſ. 11. nu. 7. tamèn attenta præeminentia M.C.V. torquendi ex proceſſu informatiuo, exiſtētibus legitimis indicijs proceditur ad torturam, Gram. vbi ſuprà, & idcò illata tortura vigore præeminentiæ, ſi inquiſitus confitetur, debet condemnari, ex eo, quia in confeſſo non ſunt partes Iudicis, niſi in condemnando, Gram. conſ. 36 nu. 5. ergo citrà repetitionem procedi poterit ad condemnationem, quod duobus fundamentis conualidatur, Primò, nàm ſi ſpontè abſquè indicijs confeſſio eſſet emanata, adhuc reus puniri nequit, ſed iuxtà eius confeſſionem inquiſitio probari debet, & ità confeſſio verificari, & tunc pœna locū vendicabit, Gram. dec. 48. nu. 4. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 55. nu. 9. cōfeſſioni. n. ſoli ſtari non debet, niſi alitèr de delicto conſtet, Gram. conſ. 60. nu. 10. cùm itaque in caſu iſto ex informatione capta confeſſio facta appareat, ac etiàm probata, ergo puniri debet reus, non obſtante repetitione, confeſſio itaquè debet eſſe veriſimilis, vt quis damnari poſſit, idem Gram. d. conſ. 48. nu. 5. & quia teſtes examinati ad informationem Curiæ, licèt non ſint repetiti, & ſi non probent totalitèr, faciunt argumentum, & indicium Gram. dec. 34. nu. 3. & ſic confeſſio validitatur ex informatione probata ex indicijs, hinc eſt, quod dixit Gram. d. dec. 34. n. 6. & dec. 72. n. 4. quod confitenti nihil prodeſt

deſt,reuocare confeſſionem, quam fecit,deliquiſſe, ſi contrà eum adeſſent aliqua indicia, quæ coniuncta ſunt eum confeſſione, quidquid extorta per tormenta,indicant indubitantèr veritatem,niſi reuocans probaret contrarium, vel clarè per indicia contraria elideret. Secundò,quia confeſſio in actis inducit notorium, & manifeſtum contrà confitentem,Gram.d.dec.36.nu.38.& dec.65.nu.55.dec.31.nu.8.& confeſſus de delicto,dicitur notoriè criminoſus,idem deciſ.36.nu.30.& dato, quod informatio eſſet nulla ex defectu teſtium examinatorum,parte non citata,cōfeſſio facta ſupèr proceſſu eſt tanti vigoris, vt virtute confeſſionis ſequi poſſit condemnatio,idem Gramm.conſ.crim.40.nu.26.& 29.& inquit Farinac.in tract. de oppoſit. cōtra perſon.teſt.quæſt.6.nu.336.quod teſtium inhabilitas coadiuuatur ex cōfeſſione partis, allegat plura iura,verum quia in d. informatione plures teſtes apparebant fuiſſe repetitos, ſed non omnes, fuit proceſſum ad vlteriora, & attenta multitudine delictorum patratorum,fuit ad mortem damnatus,de mēſe Ianuarij 1612. referente Regio Aud. Michele Fuertes Coſentiæ, quocirca in caſibus, in quibus repetitio teſtium eſſet neceſſaria, potiſſimum exquiritur citatio partis inquiſitæ,vt moris eſt, & maximè, ſi eſſent carcerati in vno loco, & in alio eſſet facienda repetitio,vbi delicta fuerant patrata, in quo loco domus inquiſitorū erat, quoniā debent ipſimet carcerati citari, & non ſufficit,citationē in domo inquiſiti alibi ſita eſſe factam,prout in facti contingentia iudicauit M.C.V. teſte Præſ. de Franch. deciſ.716.in principio, vbi paritèr tradit,S.C.decidiſſe,repetitionem teſtium eſſe faciendam etiàm poſt citationem ad dicēdum, ex quo per Fiſcum fuerat illico petita repetitio poſt declarationem inualiditatis repetitionis teſtium, hodiè inoleuit practica, vt teſtes examinentur,præſtito iuramento in præſentia inquiſiti, ad euitandā repetitionem, vt vidi obſeruari in d. Reg. Aud.& id tradit Affl.in Conſt.Humanitate, poſt nu.15.verſ.& intelligo etiam.

QVÆSTIO 2. an poſſit procedi diebus feriatis,vt in cap.Regni prouiſa iuris ſāctio, vbi Camp. Muſcatell. in praxi crim. rub.de priuil. furti,&c.nu.52. Paris in tract.Synd.verſ.quia ſuprà nu.5. & Iul. Clar. lib.5.ſent.§.fin.quæſt.97. num. 6.vbi pulchrè ad propoſitum tradit nonnulla exempla obſeruationis, & vidi ſemèl in Regia Aud. Calabriæ ſeruari.

Nu.2.Angel. Scialoya in praxi foriudicat. cap.12.nu.19.

QVÆSTIO 3. Exequutio ſententiæ ſtatim fieri debet, non expectatis diebus decem, maximè contra iſtos latrones, Paris de Syndic. verbo latro cum fama, & Angel.de Maleſic.verbo, & ibi caput à ſpatulis, nu. 25. vbi ſingularitèr Auguſt. qui refert nōnullas limitationes traditas ab Authore, & Iul.Clar.d.lib.5.§.fin. q. 97. in principio, Foller.in rub.pęnis debitis feriantur,n.5. nouiſſimè Tartagl. in Margar.fiſci, cap.16.vbi multas tradit fallentias.

Ibi nu.4.quando de innocentia conſtaret,ſuperſederi debet,adde Riſtal.in addit.ad Tartagl. in Margar.fiſci, cap.16. Incip.adde,quod,Iul. Clar.in §.fin.quæſt.98.nu.8.

Ibi verſ.ſecundo caſu,ad ſedandum tumultū pęna debet accelerari,vide Vrſill.dec.391.n.4.

Ibi verſ.tertio caſu, circa materiam iſtam confrontationis, quæ quotidiè fieri ſolet in Tribunalibus contrà inquiſitos, dico, quod aliquando fit contrà inquiſitum repertum infragranti, & negantem, & tunc coràm eo fit confrontatio, & teſtes examinantur, vt tradit Affl.in Conſt.Humanitate,poſt num.15. verſ.& intelligo, & nu. 28. & nouiſſimè Tartagl.in Margar.fiſci,cap.9.nu.2. aliquando.n. fit recognitio perſonæ inquiſitæ, quando de incertitudine eius tractaretur, ſcilicèt per ſigna,veſtes, & alia, & ponuntur tales inquiſiti inſimul cum alijs eiuſdem qualitatis,& tunc, vel damnum paſſus, vel teſtes ducuntur ante eos, & fit recognitio illius inquiſiti,tangendo ipſum cum manibus, vltra Foller. allegatum per Tartagl. vbi ſuprà, extat ſingularis additio Grimaldi ibi,incip. non igitur, ſed dubiū excitatū aliàs fuit circà hoc notabile, an ſit facienda recognitio hominis capti ſub prætextu guidatici ad futuram rei memoriam,dum contra eum extabant teſtes de viſu, & facilè poterat cognoſci, ſi denuo fuerit captus, licèt non fuiſſet deciſum,tamèn concluditur, quod non, teſte Franch. dec.590.& ſecundùm prædicta aliàs fuit practicatum in Regia Aud. Calabriæ citrà,in contingenti caſu relato per Reg. Aud. Fran. Anton.Salinas.

Ad Prædicamentum Situs.

QVÆSTIO 1. Præſes circuire debet Prouinciam, hoc eſt diſpoſitum expreſsè,tàm de iure Regni in cap. quod decretam, vbi Campagn. nu. 7. & in cap. hac edictali in tex.ēt ibi Sebaſt. de Neapoli, & in c.itèm,quia,ſed etiā de iure communi,vt in §.iubemus,in Auth. de Collat. ibi, iubemus autèm omnes Iudices,tàm militares, quàm curiales,per ſe requirere eos, qui latrocinia, aut violentias,&c. & dixi ſuprà in prædicam. Vbi,quæſt.1.ſub nu.3. Angel. Scialoya in praxi de foriudicat. cap.12.nu.29.& cap.19.nu.11.& 27.

Ibi nu.3. circà negligentiam aduertendum eſt, quòd ipſa probatur,eo ipſo ,quod quis non impleuit,quod in mandato habuit, Affl.in Conſtit.Officiales Reipublicæ, num.3. habet enim mandatum à lege Præſes circuire Prouincias contra lattones , vt Prouincia expurgetur , per ea , quæ dicta ſunt in præcedenti apoſtilla,& non implendo ea,quæ incumbunt ſuo officio,culpa dicitur, Afflict.vbi ſup.& hac ratione puniri debet, vt latè proſequitur Par. in tract.ſind.verb.qualitèr arguatur , Camp. in clement.de vita, & honeſt. cler. ſuper verb. neglexerint,fol.57. Ego autem vidi obſeruari in Prouincia Calabriæ citrà,deſtinate Capitaneum Campaneæ cum eius Comitiua, aliquandò vnum ex Auditoribus , vel Aduocatum,aut Procuratorem eiuſdem Audientiæ ad perſequutionem ipſorum,vt dixi in prædicam.Vbi,q.1.n.3.

QVAESTIO 2. ſi Præſes poſſit creare Baricellos,ſeù Capitaneos Campaneæ, hodie iſti creantur à Prorege Regni , in vnaquaquè Prouinciali Audientia extat vnus Capitaneus Campaneæ,vt concludit Author , quo verò ad deſtinationem Commiſſariorum contra iſtos,affirmat Afflict.in Conſt.Iudices,in 3.notab. quem citat Camp. in cap.item ſtatuimus , quod Officiales, nu.6. in addition. tamen principalitèr ſpectat ad Proregem Regni deſtinare Commiſſarios Campaneæ , & Regijs Audientijs mandare , vt perſequantur banniti , & malefactores , publicam Regni tranquillitatem perturbantes, & talitèr facultatem concedere procedendi contra eos, leuato velo , ad modum belli,appellatione remota, vt nouiſſimè aſſerit Reg.de Ponte in tract.de poteſt. Proreg.tit.de prouiſ.fieri ſol. §.4.n.1.

Ibi nu.2. vide Ang.Scialoya in praxi foriud.cap.19.nu.14.Danza de pugna Doct.tom.3.tit.de poteſt.legit.Baron.c.t.n.28.

Ibi nu.5. cuius impenſis ſit facienda iſta perſequutio , vltrà adducta per Authorem vide Afflict.in Conſtit. Iuſtitiarij non per kalendas,nu.2.& poſt num.14.in 9.notab. vbi concludit,impenſis Fiſci eſſe iuſtificandos, & latiùs Campag.in cap.ſubditorum,n.168. principalitèr,tamen ſpectat ad Principem ſuis impenſis perſequi facere malefactores iſtos, Capibl.in pragm.19.nu.36.de Baron.ſed an poſſit cogere Vniuerſitates ad perſequutionem malefactorum , ſeù latronum eorum ſumptibus,idem ibi nu.38. licèt dicat , non teneri,& id ſpectare ad Principem , & propterea in vnaquaq; Prouincia tenet Baricellum cum 50.militibus,qui diſcurrunt Prouinciam , & quælibet Vniuerſitas pro ſumptu talium ſoluit quid annuum pro quolibet foculari, tamē contrarium concludit per multa media per text.in d.pragm.1. & nouiſſimè iſtud confirmat Reg.de Ponte in tract.de poteſt. Proreg. tit.de Regal.impoſit.nu.59.& 64. vbi tradit, quòd pro bannitis inſequendis, & extirpandis impoſitio Regni Vniuerſitatibus fieri poteſt, qualis eſt trium granorum pro quolibet fumante,eaq; conſuetudine magis, quàm iure conſiſtit , expenſæ inſupèr iſtæ pertinent ad Vniuerſitates , quia reſpiciunt principalitèr earum publicum commodum , vel ſingulorū, licèt in conſequentiam ſtent ſub protectione iuſtitiæ,vti de cuſtodia Ciuitatis , vel Terræ diurna, vel nocturna,ob periculum hoſtium, vel latronum,vt ſubdit ibi Capibl.nu.45. ſed an Barones poſſint eorum ſumptu perſequi facere contumaces,& bannitos, vel poſſit cogere Vniuerſitatem ad competentem familiam aſſignandam ad eorum perſequutionē ſuis ſumptibus, Capiblan. vbi ſup. in prag.19. de Baron.num.35.diſtinguit,quòd aut tractatur de bannitis extrà territorium,& tunc nec Barones,nec Vniuerſitates tenentur , cùm ſit proprium onus Principis, & ità comprobat Reg.de Ponte vbi ſup.num.47. ſi verò loquamur de contumacibus infrà territorium , & delinquentibus in eo,Barones tenentur habere familiam,& ipſam ſalariare,niſi in contrarium ſit conſuetudo , vt fuit deciſum in S.C. inter Comitem Murconi Scipionem Caraffam,& Vniuerſitatem Caiuani, teſte Capibl. vbi ſup.& latè Frecc.in tract.de ſubfeud.lib.2. in t 2.author.ad iſtam materiam.

QVAESTIO 3.circà perſequutionem malefactorum vide Par.de ſind. verb.quia ſuprà,num.1.licèt in Regno noſtro extet pragm.1.de perſequut. malef. vbi ſtatuitur, quòd perueniente notitia foraſcitorum in aliquo territorio, Officiales conuocari facere debent omnes homines ad ſonum Campanæ ad arma, vt omnes in perſequutionem eant,ſub pœna ibi ſtatuta , vt vidi ſemel practicari in Ciuitate Ariani, ad quod notat vnū ſingulare Capiblanc. in pragm.19. de Baron. nu.44.quòd licèt ad ſonum campanæ omnes ciues accerſire teneantur, vt concludit Foller. in praxi crim.rub.banniantur,num.24.tamen ſi Officialis haberet ſufficientem partem, debet eſſe contentus , & non moleſtare cæteros, niſi intelligeretur magna turba latronum,tunc omnes tenentur,& ità iudicatum dixit in S.C. inter Vniuerſitatem Caiuani , & Comitem Murconi, & de iſtis pragmaticis meminit Vrſill.dec.265.nu.5. vbi probat, id eſſe quoq; de iure determinatum , & ſubſequitur etiam; quod abſq; licentia Proregis Vniuerſitates poſſunt ſe congregare pro cauſa prædicta , & idem ſequitur Montanar.in pragm.1.nu.275. de adminiſt.Vniuerſ. videnda ſunt tradita per Angel.de malefic. verbo, quod fama pu-

blica

blica præcedente, num.68.vbi Auguſt.
Ibi num.6.Angel.Scialoya in praxi foriud.cap. 19. nu.13.
Ibi nu.7.Aug.Scialoya vbi ſup.n.13.

Ad Prædicamentum Habitus.

QVÆSTIO 2.ſubditi nequeunt grauari hoſpitijs, & alimentis erogandis militibus Cãpaueæ, nàm hoc, nec ipſi Imperatori permiſſum eſſe videtur, adeò quòd quando Imperator intrat per Lombardiam debetur ei ſodrium regalem,& conſuetum,& viæ, & põtes aptari, & aptatæ ſufficientèr in eundo,& redeundo,quod debet habere mercatum ſufficiens pro ſe,& ſuis,inquit gloſſ.in cap.priuilegia,de pac.conſt. ſuper verb.nobis intrantibus,vbi paritèr infert ad determinationem quæſtionis de guardana formata, per gloſſ.in l.neminem,C.de ſacroſ.Eccl.nàm guardana Imperatoris non debet auferre res filiorum, ſed debet emere, niſi fortè deſideret ſibi pecuniam,l.2.ff.ad l.Rhod.de iact. vel niſi ruſtici adeò forent tenaces, quod nollent eis vendere victualia,quantò magis erit obſeruãdum in inferioribus Magiſtratibus,de quo per Par. de ſind.in verb.Poteſtas an poſſit puniri, n.5. vbi dixit,quòd Poteſtas proficiens per Comitatum non poſsũt grauari comitatẽſes angarij,vel perangarij,mandando, vt cum beſtijs portent eis victualia, vel enſennia, §.non permittas,auth.vt Iud.ſine quoq; ſuffrag. vbi not. Ang. quòd ſtipendiarij diſcurrentes tempore neceſſitatis non debent viuere gratis, ſed de eorum ſtipendijs, & in ſpecie tradit Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit.de prouiſ.fieri ſolit.§.6.n.1. quòd Prorex curare debet,nè Commiſſarij contra banniros Vniuerſitatibus,eorumq; ciuibus grauamina inferãt, per text.in l.illicitas,§.nè potentiores, ff de offic.Præſ. & de hoc extat in Regno nouiſſima prag.6.incip.hauendo la Maeſtà, in tit.de commiſſ.& exequut. vbi determinatur,quòd Vniuerſitates, & particulares immunes eſſe debent ab onere hoſpitandi quoſcunq; Officiales,tàm Regios,quàm Baronales, etiam nouæ militiæ,& Capitaneos Campaneæ, Baricellos,fratres iuratos,& milites ipſorum, nec non ab onere præſtandi eiſdem ſtantiam, ſtramem,& lectum,ſeù alia vtenſilia,de qua meminit idem Reg.de Ponte vbi ſup.nu.10.& ſubdit, hodie eſſe auctum ſalarium horum Commiſſariorum expenſis Regiæ Curiæ, & intrepidè obſeruari vidi in Prouincia Calabriæ citrà,prædicta enim limitantur, primò, niſi eſſet aliqua turba delinquentium graſſantium in Prouincia, nàm tunc ad eſtirpationem ipſorum,milites incolatum facientes in Terris poſſunt hoſpitari, & fieri contributiones,cùm hoc tendat ad beneficium omnium Terrarum,vt ibi num.2.per Reg.de Ponte,ſecundò limitantur, non procedere in ciuibus potentioribus, nàm ciues potentiores debent onerari ſumptibus hoſpitij, quia eſt præſumptio contra eos,quod ſi voluiſſent,banniti capti fuiſſent, idem Capiblan. in pragm. 19. nu. 41.de Baron.

QVAESTIO 3.an Officiales poſſint aliquid doni accipere, videnda ſunt tradita per Carauit. in ritu 14.& ibi Scaglion. optimè, vbi nouiſſimas allegat pragm.ſituatas in tit.de muner.Official.& de trigeſ.& ſalar.Official. ſed an pragmaticæ prædictæ extendantur ad relicta in teſtamentis Officialibus,concluditur,quòd non, vt per multas cõprobat doctrinas Præſ.de Franch.deciſ.493. quem citat Reg.Rouit.in pragm.1. nu.4. de muner.Official.

Ad Prædicamentum Agere.

QVAESTIO 1.nu.1. quòd poteſtas militaris videtur concesſa Præſidibus Prouinciarum,id tradit nouiſſimè Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.tit.de prouiſ. fieri ſol.§.4.in princ.& ideò ipſi tenentur diſcurrere Prouinciam, & malis hominibus illã purgare,Camp.in c.item quia,n.1.& 3.Affl.in Conſtit.Inquiſitiones,nu.2.immò in actu perſequutionis proſequere malefactores in alienã Prouinciam per ſpatium quindecim milliarium,vt ſtatuitur in cap.diù iàm,vbi Sebaſtian.nu.4.& Campagn.nu.11.& 12. hinc ſingularitèr tradit Afflict. in Conſt.Clementiæ, n.18.quod Iuſticiarius, qui banniuit aliquem ex cauſa capitali,elapſis duobus menſibus poteſt ipſum capi facere de perſona in loco, vbi moram trahit,qui locus eſt extrà ſuam iuriſdictionem,& ratio eſt,quia omnes Iuſtitiarij recipiunt poteſtatem à Rege, qui eſt vniuerſalis Dominus Regni, immò omnia delicta ſingulis menſibus denunciare tenentur Regibus,vel eorum Vicarijs, idem Camp.in cap. ſubiungendo,& etiam omnes iuſtitias malefactorum exequutas, vt vidi obſeruari à circumſpecto Præſide Prouinciæ Calabriæ citrà D.Io. Pimintel, tunc Præſide in Prouincia Principatus vltrà, exceptis tamẽ Officialibus, ſuper quibus non habet ad præſens iuriſdictionem,vt ex ritu M.C.V.49.vbi Carauit.ſub nu.1.concludit,id de iure communi eſſe conceſſum, ac etiam confirmatum per Conſtit. Regni, ſed per illum ritum eius iuriſdictio ceſſat priuatiuè,& in eis ceſſat præeminentia, ſed nunquid ad Actuarios paritèr extendatur,vel limitetur, cùm Magiſter Actorum officialis eſſe cenſeatur, Franch.dec.407.nu.3. licèt modo largo,Carauit.in ritu 49. num.23. tamen concludit ibi Franch. fuiſſe admiſſam appel-

appellationem à decreto M.C.V. dictante, quòd cauſa Magiſtri Actorum ibi remaneret vti Officialis cõprehenſi in ritu, veritas enim eſt, vt non comprehendantur, quia ipſi verè iuriſdictionem non exercent, vt ibi concludit Franch. ſed exequutionem iuriſdictionis, & ideò vidi in Reg. Aud. Calabriæ citrà aliquãdò Actuarium de recaptis inquiſitum, ibi puniri, ſimilitèr & ob falſitatem, & alios remiſſos ad Curias Baronales pro alijs delictis, & non mirùm, ſi hodiè habent Pręſides præeminentiam, quam etſi tantum M.C.V. habere videatur, ex diſpoſitione cap. ſi cum ſceleratis, hodie ad Reg. Aud. extenſam eſſe paret ex communi obſeruantia, teſte Carauit. in ritu 259. ſub nu. 10. qui ſubdit, quod aliquæ Reg. Aud. quolibet ſemeſtri obtinent eam per literas, à Collat. Conſil. tranſmiſſas, & aliquæ ex longo tempore vſu quæſierunt eam, adeò quòd pro dictis literis nunquàm mittunt, & illæ Audientiæ, quæ ſolitæ ſunt mittere, adhùc parum curant de licentia, tanquàm certæ de ea, quæ paſſim, & ſemper conceditur, de quo ſuprà in prędicam. Quantitatis, q. 1. n. 13. dixi, allegando Muſcatell.

Ibi nu. 2. an tranſit ad ſucceſſorem Præſidem hæc poteſtas militaris, & concludit Author, quòd ſic, idem affirmat in ſpecial. 41. at cùm contigiſſet caſus dubitabilis annis elapſis in Regali Prouincia Calabriæ citrà, quæ eſt vna de principalioribus Audientijs Regni, ob multitudinem cauſarum, & Curialium abundantiam, & antiquitatem Sedię Ciuitatis Coſentiæ nobiliſſimæ, ſub inſupèr Præſidatu D. Georgij de Mendoza illius Gubernatoris capti fuerunt multi foraſciti de Montealto, cõtra quos mandatum fuit per Proregem Regni, procedi ad modum belli, cum voto tamẽ vnius ex Regijs Auditoribus, ſuccedente aduentu D. Ioannis Pimintel, viri alioquin ſagaciſſimi, ſucceſſoris in Gubernio einſdem Prouinciæ, exiſtente vno ex prædictis foraſcitis carcerato, dubitatum fuit, ſi poterat contra ipſum eodem modo procedi per ſucceſſorem, cum voto tamen vnius Auditoris, inxtà tenorem reſcripti, ità mandantis Prædeceſſori, & licèt videatur dicendum, quòd non, cùm hæc videatur eſſe quædam delegatio extraordinariæ cognitionis, quinimmò electa videbatur eſſe induſtria perſonæ Delegati, per ea, quę inferiùs dicentur, attamẽ quòad delegationem clariùs demonſtratur ex his breuitèr ponderandis, poſtquàm Delegatus is dicitur, cui cõmiſſa eſt cauſa, in qua aliàs erat ordinarius, ſed in cauſa illa remanet ordinarius, & ſolùm illa ſua iuriſdictio excitata dicitur, Marant. in ſpec. in 4. par. diſt. 5. num. 77. tamen in fine inquit, niſi in commiſſione eſſet in aliquo alterata eius iuriſdictio, quia tunc cenſetur Delegatus, & non diceretur tunc iuriſdictio excitata, ſecundùm Felin. in cap. licèt, de offic. ord. & in hoc potiſſimùm conſideratur poteſtas delegationis, quando expreſsè non fieret mentio de delegatione, vtputà quando adderetur commiſſioni aliqua clauſula, quæ non ſpectat ad ordinariam iuriſdictionem, vt ſi dicatur, procedas, appellatione remota, vt in iſta poteſtate militari expreſsè dicitur, teſte Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſolit. §. 4. nu. 1. vel alia ſimili clauſula vtatur, tunc ſemper præſumitur Delegatus, ſecundùm Abb. in c. licèt, quem citat Marant. vbi ſup. num. 4. & ità cernitur in noſtro themate, quoniã Pręſes Prouincię etſi ordinariam habeat poteſtatem, & iuriſdictionem, atq; cognitionem cauſarum, extraordinariã habere nequit, abſq; mandato Principis id mandantis, vt procedere poſſit ad modum belli, & iure militari, appellatione remota, Reg. de Ponte vbi ſup. quæ ſiquidèm cognitio cùm ſit extraordinaria, appoſita tamen in reſcripto alterat commiſſionem, & ſic delegatio euidentèr demonſtratur, & ità concluditur, delegatione ipſa exiſtente, per mutationẽ delegati Iudicis extingui delegationem, ſecundò dicebatur, in hoc eſſe electam induſtriam perſonæ, l. inter artifices, ff. de ſolut. l. nemo, ff. de duob. reis, quod operari videtur, vt electus non poſsit ſubdelegare, tantò magis cùm talis poteſtas concedendi iſtam extraordinariam cognitionem ſoli Principi cõpetat, & eſt de reſeruatis, Reg. de Pont. vbi ſup. & ſic non ſubdelegat, Marant. vbi ſup. num. 69. ex quo perſonam non egreditur, vt in ſimili deciſum in S.C. demonſtratur in conceſsione facta à Rege alicui Baroni, cum poteſtate cognoſcendi, reſeruata Principi, facta alienatione feudi per dictum Baronem in alium, nõ cenſentur in eum tranſlata reſeruata Principi, Præſ. de Franch. dec. 275. & punctualitèr tradit Gramm. in voto 3. num. 39. quod induſtria perſonæ Officialis dicitur electa, maximè quando in commiſsione diceretur, tu per te ſolus cognoſcas, vt patet in exemplo commiſsionis præeminentiæ M.C.V. olim conceſſæ cuidam Regenti M.C.V. Ioanni Haya demonſtratur in Cap. Regni Si cum ſceleratis, & ibi Campagn. nu. 24. ponderat, ità fortitèr defendit Grammat. in conſ. crim. 64. n. 4. & 5. vbi concludit, præeminentiam M.C.V. non extendi ad ſucceſſorem, attentis verbis prædictis, ſic enim in caſu noſtro dici poterat, dùm conceſsio iſta in perſonam D. Georgij Præſidis conceſſa appareat, ſed his non obſtãtibus contrarium concludendum eſſe videtur, iuxtà opinionem Authoris noſtri, pro cuius corroboratione adducitur primò text. in l. 1. ff. de offic. eius, vbi text. inquit, quæ verò iure magiſtratus competunt, mandari poſſunt, vbi gloſſ. ſuper verbo magiſtratus, & ſuper verbo man-

mandari,indè reſultat,quòd hæc cognitio cõpetit iure magiſtratus, & ſucceſsiuè dùm poſſit mandari,ergò & transferri in ſucceſſorem, & licèt dicatur,quòd in caſu prædicto requiratur ſpecialis commiſſio, ob quod nequit alteri mandari,rectè procedit, tamen gloſſ.d. verbo magiſtratus annuit, quod illud, quod ſpecialitèr iniunctum ſit, benè non demandatur,ſcilicèt in priuilegium, ſed benè generalitèr omnium cauſarum diſcuſſio, etiam maximo,putà quæſtori demandatur, quantò magis ſucceſſori Officialis delegati, qui cenſetur vna,& eadẽ perſona cum prædeceſſore, inquit Caranit.in ritu 310.nu.4. & ad hoc ponderatur Conſt.Regni Pœnam eorum,ibi,qui enim banniuerit,minimè comparuerit, vel etiam corà m ſucceſſore eiuſdem, vbi gloſſ. in princ. notat,coràm ſucceſſore Officiali fieri debere, quod coràm prædeceſſore faciendum erat, & citat multa iura de hoc, ſecundò adducitur text. in cap.quoniam, de offic. deleg. vbi expreſsè cauetur, quòd quando delegatio committitur alicui Abbati, & ſic ſub nomine dignitatis, eo mortuo transfertur delegatio in ſubſtitutum,quia dignitas nũquàm moritur, vbi gloſſ.ſingularis in verbo ſubſtitutus concludit,hoc verum eſſe, quando proprium nomen non ſit expreſſum in literis, quia pro vna perſona intelligitur, & dignitas non moritur,ſed ſi proprium nomen in literis fuerit expreſſum,quia tunc cognitæ perſonæ fuerit facta,ſucceſſor non cognoſcet, vt in caſu iſto erat facta conceſsio poteſtatis dicto Prçſidi per nomen proptium,& dignitatis Præſidalis, vltimò, quid plura, ſi de hoc habemus in iure text.expreſſum in §.& hoc verò, in auth.vt nulli Ind. vbi formalia verba exprimuntur, & hoc verò iubemus obſeruari ab omni adminiſtratione, vt ſi contingerit in ſcriptis noſtram iuſsionem fieri ad aliquem Iudicem, & intereà iſte quieſcat ab adminiſtratione, is, qui poſt illum ſuſceperit dignitatem,accipiat eam,& inſinuet,ſiquidèm priuata eſt cauſa,& implere eam,& aſſequi, quẽadmodùm ad eum promeruit reſcriptum,vbi notabilis gloſſ. reſpondet motiuis ſuperiùs traditis in contrarium ſuper verbo reſcriptũ, mouendo dubium,ſed quomodò hoc cognoſcit ſucceſſor, cùm morte mandantis iuriſdictio expiret, & vt aliàs mandatum, reſpondet, non perſonæ,ſed officio fuit facta commiſsio,ſeù delegatio, & ſimilitèr non obſtat ratio de præeminentia M.C.V. conceſſa ſoli illi Regenti,per illa verba,tu ſolus, quoniam dicta commiſsio non tantùm ei, ſed omnibus eius ſucceſſoribus fuit extenſa, & ità M.C.V. vtitur,vt tradit Campag.vbi ſup.in fine,nu.24. & nouiſsimè Conſtant. Papa in eius opuſculo ad arbitrium M.C.V.quæ fuit deciſum in eadem Reg.Aud.Calabriæ citrà, potuiſſe procedi per ſucceſſorem in cauſa ad modum belli,cum voto vnius Auditoris, iuxtà reſcriptum prædeceſſoris, & ità exequutum, die 5. Auguſti 1611,Paterni,referente Regio Auditore Franciſco Antonio Salinas cauſæ Commiſſario, & meo Conſobrino dilectiſsimo, omnium virtutum genere ornatiſsimo, ac benemerito.

QVAESTIO 2. an poteſtas ſit delegabilis, concludit Author, quòd non, Præſides Prouinciarum in hoc ſunt delegati à Principe, ex quo ipſe ſolus talem concedit poteſtatem procedendi, leuato velo, ad modum belli,appellatione remora,Reg.de Pont. in tract.de poteſt.Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſolit.§.4.nu.1. & Delegatus à Rege in cauſa criminali,non poteſt illam alteri ſubdelegare,inquit Afſl.in Conſt.Officia,quæ perſonis, poſt num.2,& ſequitur Iul.Clar. in §.fin.q.41. nu.2.& ſeq.accedat inſuper id,quod dixit Capyc.dec.151.nu.6.quod Delegatus à Principe licèt ſubdelegare poſsit cauſam,etiam mixti imperij,quando ex aliquibus verbis appareret,fuiſſe electam induſtriam perſonæ, non poterit ſubdelegare, ſicut in caſu noſtro, vt Author noſter confirmat num.4.delegationes ipſæ cauſarum non fiunt, niſi in cauſis vrgentibus,& præſertim in hoc caſu noſtro vide latiùs Reg.de Ponte in tract. de poteſt, Proreg.tit.de deleg.cauſ.ſub n.10.in fin.

QVAESTIO 3. vide Danz. de pugn. Doct. tom.2.tit.de armat.per Campan.c.14.

Ad Prædicamentum Pati.

QVAESTIO 1.nu.1. foraſcitus poteſt impunè offendi,Carauit.in ritu 269.n.3. latè Foller. in praxi crim. rubr. foriudicentur,nu.12.Iul.Clar.lib.5.ſent. §.homicidiũ, nu.43.cum addit. Afſl.in Conſt. Pœnam eorum,& ibi Andr.& alij, Præſ.de Franch.dec. 276.n.2.& quid in foro conſcientiæ, ibi Clar. nu.44.& an per aſſaſsinium,hoc eſt mediante pecunia,vltrà Foller.& Clar.Franch. vbi ſup. nu.4.ità & talitèr,quòd bannitum occidens, qui poterat de iure offendi, etiam nemine comparente pro reo, Iudex ex officio debet eum abſoluere, Vrſill.dec.16.nu.2. adde Ang. Scial.in praxi foriud.cap.15.nu.2.

Ibi nu.2.vide Danz.de pugn.Doct. tom.2. tit.de armat.per Camp.c.1.n.13.

Ibi nu.3. eum citat Muſcatell.in eius praxi crim. rub.de priuil.furti,nu.22. & Conſil.Campan. reſol.9.nu.6.Danza vbi ſup.nu.17. & circà inceſſum per Campaneam in Comitiua foraſcitorũ,licèt ipſi delinquẽtes nullũ aliud delictum patraſſe demonſtretur,per talem ſolum inceſſum pluriès obſeruatum fuit,eſſe pœna

tri-

triremium puniendos, iuxta mẽtem Carau, per Authorem allegatum, & cirat idem Muſcatell.vbi ſuprà in rub.de furtis,nu.46.& ità aliquando vidi obſeruari in Regia Audientia Calabrię citrà,exiſtente aliqua cauſa, pœnam mortis minuente, nàm per nouellam Pragm.Ducis Oſſunæ,ſituatã in titul. de Exul.in pragmat.9.§. declaramo, & ordinamo, che ritrouandoſi in Campagna quattro giõti fuor di ſtrata,armati da foraſciti,eſsẽno diffamati per tali, ò per homini di mala vita, ancor che non conſtaſſe, che haneſſero cõmeſſo delitti,per li quali meritaſſero pena di morte naturale, per queſto ſolo rittouandoſi armati nel modo ſopradetto, debbiano incorrere, & incorrano in pena di morte naturale, & ex ijs verbis concluditur,ob inceſſum hodiè eſſe pœnam mortis naturalis impoſitam, quinimò ad declarationem iſtius Pragmaticæ ſciendum eſt,tria eſſe neceſſaria requiſita à ſtatuto prædicto, vt puniri poſſit incedẽns per Campaneam hac pœna, quod ponderat nouiſſimè Muſcatell. in d. praxi crim.rub.de furtis,& rapin.nu.47. & 48.& in titul. de pœnis furti, nu. 40. & in titul. de receptat.malef.n.16.primò,quod ſint quatuor, non pauciores,ſecundò, quod ſint armati ad modum foraſcitorum,tertiò,quod ſint diffamati pro hominibus malæ vitæ, aut pro foraſcitis, & ſic concludit ipſe, quod ſi ſupradictæ qualitates non concurrant,ceſſat diſpoſitio dicti banni, & ità lex requirens qualitates in pœna infligenda, antè omnia de qualitatibus conſtare debet, ità in ſimili tradit Bart.in l. 1. §. ait prætor,ff. ne quid in flum. publ.Dec.cõſ. 65.in principio,& in fine,& id ponderat Author hìc, & dixi ſuprà in prædicamento quantitatis,quæſt,3.nu. 18.prima itaquè qualitas eſt,vt ſint quatuor,non pauciores, & ſic vltrà quatuor, ſed quid infrà,ſi fuiſſent tres,duo,vel vnus,Bonifac.de Vitalin. in rub.de falſis,nu.18. infert ad ſimilem quæſtionem ſtatuti punientis de falso omnes producentes falſos teſtes, & quærit,ſi aliquis teſtis intèr veraces teſtes eſſet falſus, an puniri debeat pœna falſi producens teſtes, & concludit, quod ſic, quia pluralitas reſtringitur ad ſingularitatem, licèt Muſcatell.in d.tit.de furt.nu. 48. notet,quatuor eſſe non pauciores, ego ſequerem eius opinionem, cùm non ſit recedendum à verbis ſtatuti, quæ ſtrictè ſunt intelligenda, & ita interpretatio facienda, tanto magis, cum ſit nouum delictum,ſic declaratum per Reg.Pragm.pro quo imponitur noua pœna, cum talibus qualitatibus,& proindè,vt militet pœna, qualitates ſunt verificandæ,idem Muſcatell.in rub.de recept.malef. nu. 24. in ſpecie idem concludit,eſſe neceſſarium probare qualitates ipſas, & potiſſimum, quod erant quatuor,licèt dicat poſtmodùm, quod ipſa qualitas numeri non ſit neceſſaria, tamèn ob bonum publicum, & ad extirpationem ipſorum,etiam quod nõ eſſent quatuor, ſed tres,aut duo, adhùc pœna contrà eos eſſet irroganda,vt euitetur occaſio delinquendi,& fraus,quæ facilè poterit oriri per inceſſionem trium inſimul, aut duorum,ad euitandum pœnam mortis, ſecunda eſt qualitas,vt ſint armati ad modum foraſcitorum, foraſciti communitèr vtuntur armis prohibitis à Regijs bannis ſub grauiſſimis pœnis, hoc eſt,cum armatura ſclopi rotati,quod eſt prohibitum,vt in Pragm.4. de Armis,ità vt nec emi,nec vendi poſſit in pragm. 23.eo.titul. ſecundò incedunt cum pugionibus, & paritèr aſportari prohibentur, prag. 5. eo. tertiò cum ſclopis magnis ad focile, & communitèr ſunt prohibiti in Regno aſportari, d.pragm.4.eo. tit.ijs potiſſimum armis vtuntur foraſciti,quod etiam cõmprobat Muſcatell.in rub.de recept.malef.nu.25. dùm dixit, quod foraſciti armant cum ſtorta,pugione, ſcoppettolo, & piſtono, & quid ſi fuiſſent reperti cum pugionibus,& ſclopettis à miccio in comitiua, per loca habitabilia, an cenſeãtur eſſe armati ad modum foraſcitorum,ità vt includantur in pragmatica prædicta, hæc enim qualitas intèr cetera fuit benè conſiderata in quibuſdam hominibus armatis incedentibus per Ciuitatis Caſtrimaris Caſalia ſic repertis, verumtamèn quia deficiebant alia requiſita, & præſertim aſportatio paruuli ſclopitti, quæ eſt magna conſideratio, attenta talium prohibitione,vt ſuprà dixi, & non mirùm ſi Iudicis arbitrio relicta eſſe videtur,in dicto .n. caſu deficiebat diffamatio leuitatis vitæ, quæ eſt de ſubſtantia, pręthereà deficiebat inceſſus per Cãpaneam, ex quo fuerunt viſi in Caſali dictæ Ciuitatis incedi, ſed non per Campaneam, & ſic non fuit contrà eos proceſſum iſto modo, ſub Præſidatu Horatij Salinas mei conſobrini, hæc inſuper qualitas expreſſa in dicta Pragmatica,trouãdoſi in Campagna,deſiguat locum, nàm Campanea eſt locus aptus ad maleſaciendum, ob ſolitudinem,ex qua loci opportunitate quæritur materia delinquendi, inquit Caſon.in tract.de indic.in 4.tract.verſ. à loco præcipuè, nu,2. locus.n.aggrauat delictum,& præcognitionem demonſtrat,Blanc. in l.fin.ff.de quæſt.nu.200.ſed iſti fuerunt viſi in Caſali,& ſic in via,& loco habitabili, ideò ceſſare videbatur hæc qualitas, & circà hanc ſpecificationem extat alia Pragm. 6. de exul. quæ declarat ipſam Pragmaticam allegatam, in §. declarando, vbi expreſsè dicitur, quod verba ibi expreſſa contrà contumaces, foraſcitos,& delinquentes,qui inceſſerunt,incidũt, & incedent in comitiua, intelligantur de illis

con-

contumacibus, & foraſcitis, qui incedunt, inceſſerunt, & incedent per Campaneam, furando, & perturbãdo quietum ſubditorum, ità quod in eis hæc qualitas eundi in comitiua per Campaneam exquiratur, & verſa vice illi contumaces, & foraſciti, qui non inceſſerunt, nec incedunt, nec incedent per Campaneam, non includuntur in dicto banno, tertia eſt potiſſima qualitas diffamationis, vt pro foraſcitis habeantur, vel pro hominibus malæ vitæ, & leuioris, circa primum caput, vt ſcilicèt habeantur pro foraſcitis, paria ſunt, aliquem eſſe talem, vel haberi pro tale, communis error facit ius, l. Barbarius, ff. de offic. præſ. & hoc eſt, quando fama vulgaris laborat, vt in cap. vulgaris, & ibi Campagn. dùm n. cum foraſcitis conuerſatur, præſumuntur eſſe tales, latiùs Farinac. in titul. de indit. & tortur. quæſt. 52. nu. 85. & ſeq. extat. n. ſemper præſumptio contrà eos, vt dùm cum illis conuerſantur, mala perpatrari, nam dicit ſcriptura citata per Blaſ. de Muroon. in Conſt. Maieſtatis noſtræ, incorruptus manere nõ poteſt, qui corruptis ſocietur, & qui communicat ſuperbo, induet ſuperbiã, & ſic in propoſito noſtro, malefactorum appellatione continebuntur, tàm foraſciti, qui actu delinquont, per Campaneam graſſando, quàm qui non delinquunt, ſed tantum incedunt armati per Campaneam, Muſcatell. in d. rub. de recept. malefact. nu. 16. in iſta materia iſtius Pragm. contra quos fama laborat, & laborare debet, ſicut in famoſis latronibus dicitur, Paris in tract. Syndic. verbo, qoia ſupereſt, num. 2. circà ſecundum caput qualitatis malæ vitæ, ſeù leuitatis vitæ, quàmuis ſit indicium, tamèn quando eſſet remotum à maleficio, non induceret indicium ad torturam, niſi concurrentibus alijs, eſt verum, quod in ſe ſemper continet ſuſpitionem, ità Blanc. vbi ſuprà, nu. 250. & in hoc caſu eſt indicium particulare, ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ, quemadmodum tortura ex præeminentia infertur, attenta leuitate vitæ, vt per Camp. in d. cap. ſi cum ſceleratis, nu. 38. & de hoc Affl. in Conſt. Si damna, n. 52. & ſeq. ſed hic operepretium inueſtigãdum duxi aliqua pro interpretatione iſtius Pragm. ob ea, quæ quotidiè accidũt, & accidere poſſunt, adeo quòd in Regali Audientia Calabriæ citrà frequentiùs dubitatum fuit, ſi apprehenſio expreſſa actualis ipſorum delinquentium requiratur in ipſo ſtatu manente, cum ſuis qualitatibus, vel ſufficiat, ità viſos fuiſſe armari per Campaneã, ex eo, quod in ipſa Audientia aliqui fuerunt ſuſpenſi, & aliqui ad triremes miſſi, ob cauſam prædictam, & ideò ſi verba ipſius Pragmaticæ ponderentur, & præſertim verbum illud, ritrouandoſi, procul dubio apprehenſionem neceſſariam eſſe concluditur, ex diſpoſitione tex. in l. ſi barſatoram, C. de fideiuſſor.

vbi eſt caſus expreſſus de eo, qui promiſerat latronem inuenire, cenſetur promittere quoque de iudicio ſiſti, & ille dicitur inuentus, qui eſt inuentus, & captus, & ductus Curiæ, & ibi Gloſ. in add. infert ad quæſtionẽ quotidianam, quod ſi ſtatutum dictaret, ſi quis de nocte fuerit inuentos cum armis, puniatur tali pœna, ſi fuerit viſus cum armis, an in pœnam incidat, & concludunt communitèr Doct. quod non, ſed requiritur, quod fuerit corporalitèr apprehenſus, Ang. & Imol. in l. 1. §. inde Neratius, ff. de acquir. poſſ. Cyn. in l. licèt, C. eo. tit. nouiſſimè Vrſill. dec. 22. num. 17. & Iul. Clar. §. fin. quæſt. 82. ſtatuto 6. per quæ fuit iudicatum in Conſil. Cathaloniæ, teſte Peguera deciſ. 50. diſtinguente, quod quando ſtatutum dictaret, quod qui fuerit inuentus cum armis, teneatur tali pœna, requiritur, quod ſit inuentus, & apprehenſus cum armis, alitèr non vẽdicaret locum pœna, quando autèm vſum armorum prohiberet, dicendo, nemini licere domi tenere, vel portare arma, ſub tali pœna, ſi fuerit conuictus, arma portaſſe, non ſufficeret, ſed apprehẽſio requireretur, nõ obſtante contraria opinione, quæ non eſt in vſu, ſed Muſcatell. in rub. de prohib. aſport. armor. nu. 13. & 14. cum ſequent. concordando opinionem Affl. alitèr ſentientis, dixit, aut ſtatutum prohibet, & punit arma portantem indiſtinctè, & ſimplicitèr, non ſpecificando qualitates, prout loquitur Pragm. 1. de Armis, & tunc procederet opinio Affl. vt probata aſportatione armorum per teſtes, nulla apprehenſione opus eſſet, aut ſpecificat qualitates armorum, tunc enim apprehenſione opus erit, hæc itaquè procedunt, quãdo de aſportatione dumtaxat armorum tractaretur, ſed in caſu noſtro, non tantum de aſportatione armorum, quantum de alijs qualitatibus erit inueſtigandum, ad probandum delictũ iſtud inceſſionis per Cãpaneam, cùm ſit nouum delictum, ſic declaratum per Reg. Pragm. cum impoſitione nouæ pœnæ, & ideò puto, nullam apprehenſionem eſſe neceſſariam, ſed tantum probationem viſionis, abſquè apprehenſione, vt ex ſequentibus demonſtratur, non eſt dubium, quod foraſcitus ex ſolo inceſſu in comitiua aliorum, dicatur delinquens, & licèt contrarium putet Carau. in pragm. 1. de exul. n. 188. concludens, ad hoc vt includatur in illa Pragm. debet eſſe delinquens, tamèn per iſtam Pragm. hoc tollitur, ſed ſufficit incedere per Campaneam, & ità verificatur iſtud delictum per ſolam viſionem teſtium, quò verò ad aſportationem armorum, licèt de per ſe ſit delictum, vt notat Gloſ. in Conſt. Homines extrà Regnum, tamèn quando eſſet ſeparatim conceſſa poteſtas de eo cognoſcendi, requireretur apprehenſio, ſeruata forma diſtinctionis allegatæ, ſed in caſu noſtro, non principalitèr de iſto

delicto aſportationis armorum cognoſcitur,
ſed incidentèr ad probandum inceſſum prę-
dictum cum eius qualitatibus,& ideò non ex-
quiritur apprehenſio, nam ſi apprehenſio eſ-
ſet in hoc caſu neceſſaria, nullus puniretur
quaſi de hoc inceſſu, & ſic impuniti pertranſi-
rent omnes incedentes per Campaneam, per
iſtam .n. aſportationis viſionem armorum
principalitèr probatur delictum in genere,
Muſcatell.in titul.de prohib.aſportat. armor.
nu. 18. illa ſiquidem apprehenſio pro aſpor-
tatione armorum procedit, quando eſſet pœ-
na modici momenti,ſecus ſi imponeretur pę-
na corporalis,eo.n.caſu aſportatio poterit ve-
rificari per teſtes, & tunc etiam diceretur de-
prehēſus, quod multifariam probatur, inquit
Paris in tract.Syndic.ver. Iudex,vbi ſub nu.4.
dicit,aliquando deprehenſum dici eū, qui per
teſtes conuincitur luſiſſe, aut arma portaſſe,
per l.3.C.de cuſtod.reor.& Gloſſ.in l.1. C.vbi
lib. ſen. & ità concluditur,apprehenſionem
non eſſe neceſſariam, ſed viſionem armorum
prohibitorum ad probandum inceſſum, vnde
per Reg.Aud. fuit condemnatus ad mortem
quidam Pagliarella,referente Reg. Aud.Frā-
ciſco Antonio Salinas Cauſæ Commiſſario
ob inceſſum per Campaneam cum foraſcitis
in comitiua, armiſquè prohibitis armatus,
quamuis non apparuiſſent delicta commiſſa
per eum in Campanea,benè verum, quod cō-
trà eum aderat inquiſitio effractionis carce-
rum Regiæ Audientiæ, de quo non poterat
damnari ad mortem,primo, quia pro dicto
delicto, & ſi eſſet ipſe inquiſitus conuictus
per tres confeſſiones ſociorum, non poterat
adhùc dici conuictus,latè Iul.Clar. lib.5.§.fin.
quæſt.21.num. 11. vbi realem tradit praxim,
nam eorum dicta aliquando ad inquirēdum,
aliquando ad torquendum ſufficiunt, vt la-
tius proſequitur Foller.in rub.& ſi confitebū-
tur,nu.102.latiſſimè Pet. Caball. reſolut. cri-
min. caſu 85.non enim ſumus in caſu ſpecia-
li, hoc eſt de latrocinio, iuxta terminos cap.
frequens,vbi Camp.& Foller. vbi ſuprà,num.
109.& Caballus loco citato, ſed in ſimplici
effractione carceris, quod licèt ſit grauiſſi-
mum delictum, attamèn in ſimilibus caſibus
confeſſiones cōſociorum nullius roboris sūt,
niſi citata parte fiant, vt proficiant in condē-
nando,etiam in latrocinijs,vt tradit fuiſſe de-
ciſum Reg. Rouit. in pragm.1.nu.7. de per-
ſeq.malef.Excepto,quādo veritas alitèr habe-
ri non poſſet, tunc eſſent idonei, & maximè
confeſſiones ipſorum, Reg. de Ponte de po-
teſt.Proreg.rub.de prou.fieri ſolit.§.4. nu. 43.
& 44. quinimò pœna à iure ſtatuta contra
ipſos effractores eſt incerta, l. 1. ff. de cu-
ſtod. reor. licèt Gloſſ. ibi concludat, eſſe pœ-
nam illius delicti,pro quo detinebantur car-
cerati,ex quo pro confeſſis habentur, Foller.
in rub.& ſi confitebuntur, num. 45. ſed tex. in
l.1.ff. de effractor. explicat,pœnam imponen-
dam eſſe capitalem, de quo per Farinac.in ti-
tul.de carcer. & carcer. quæſt.30.num. 202. &
ſeq. etſi talis pœna capitalis intelligatur tri-
plicitèr, ſcilicèt de morte naturali, de morte
ciuili, & de amiſſione Ciuitatis, vt per Ma-
rant.in ſpecul.par.4.nu. 63. vbi concludit,in
dubio, quando à lege imponitur talis pœna
capitis, erit intelligenda de minima ex illis
tribus, & ſic de exilio, ſiuè deportatione, vt
per Afflì.in Conſt. Pacis cultum,nu.79.Angel.
de Malefic.verbo,& ibi capud à ſpatulis,n.32.
& ſeq.per tex.in l.1.C. nè chriſtian.mācip.vbi
gloſſ.quam intelligit Franch.dec.140.num.2.
procedere,quando alitèr conſtaret de mente
ſtatuentis,vel imponeretur pœna in alio caſu,
quàm ius commune imponeret, & ideò capi-
te puniri à lege prolata in materia delicti,
pro vltimo ſupplicio intelligitur, & ità expli-
cat Boſſius in titul. de carcer. in hoc delicto
eſſe pœnam vltimi ſupplicij,& ità aliàs obſer-
uatum fuit in d. Prouincia in contingentibus
caſibus,latè Boer.dec. 215. tamen Vrſill. in
deciſ.vltima,ſub nu. 16.inquit, de facto obti-
nuiſſe contrarium, & etiàm cum conſpiratio-
ne non poſſe imponi pœnā mortis, ad quod
reperi pūctualē deciſionē Cathalon. Autho-
re Peguera in prima deciſ. vbi paritèr refert,
in dicto Senatu fuiſſe deciſum,pro effractione
carcerum cum comitiua eſſe pœnam trire-
mium vita durante,verum ſi delinquentes eſ-
ſent detenti pro grauioribus delictis, meren-
tibus pœnam mortis,tunc eadem pœna mor-
tis imponeretur,verum aliquando patet, fuiſ-
ſe ſuſpenſos fractores carcerum M.C.V.& vi-
di pluriès idē ſeruari, ſed hoc ex ſpeciali lege
cautum eſt, pro quo delicto nequeunt indub-
tari,vel guidari,vt in pragm.3. de Exul. §. ex-
cettuando,& in prag.96. eccettuando, & ità
paritèr in effractoribus Carcerum Regiarum
Audientiarum obſeruari audio, & vidi, ſed
hoc ad terrorem,cùm ſint Carceres Regales,
licet Iudicantium arbitrium in talibus caſi-
bus eſſe debeat regulatum,ſecūdùm iuris trā-
mites,dum dicta pœna arbitraria extendatur
ad mortē,adeò,quod ſi multitudo carcerato-
rum deliquerint effrangendo carceres, non
omnes ſimili pœna mortis plecti debent, ſed
Capita factionum dumtaxat,vt tradit Ang.in
l. is, qui opem, num. 4. ff. de furt. quem ci-
tat Iul.Clar.lib.5.ſent.§.fin.quæſt.60.nu.26.in
fine, ſicut in ſimili dicitur. pro conſeruanda
pace,ne turbetur principales ſunt puniendi,
latè Reg.de Ponte in tract.de poteſt. Proreg.
rub.de prouiſion.fieri ſolit.in principio, nu.9.
ſed quid ſi incedens per Campaneam allega-
ret,habere licentiam aſportandi arma, vt cō-
tingit in alio caſu in eadem Regia Aud.
occurſo,non eſt dubium,quin admittatur hęc

excu-

excuſatio, vt notat Farinac. in titul. de indic. & tortur. quæſt. 52. nu. 83. ſed eum probatio licentiæ defeciſſet in præſenti caſu, ceſſabat excuſatio, propterea ad alium caſum deuentum fuit. cum tempore capturæ non fuerat iſte captus cum armis, ſed ſine armis, licèt in dicta domo adeſſent arma prædicta, an iudicãdum eſſet, ac ſi eum armis captus fuiſſet, & non eſt dubium, quod ſicuti de iure aſportatio eſt prohibita, vt dixi, ità & retentio ipſorum, l. 1. cum gloſſ. ff. ad l. Iul. de vi publ. quamuis hodiè communitèr, omnes arma tenere non prohibentur, excepto ſclopo paruo, & ob id dum fuiſſent arma reperta in domo iſtius delinquentis, præſumendum erit, quod illis vtatur, quemadmodum dicitur, ſi arma reperta fuiſſent propè pedes alicuius, Inducerent præſumptionem contra illum, Muſcatell. in rub. de prohib. aſport. arm. n. 12. & ità referente eodem Commiſſario fuit iſte incedens condemnatus ad triremes per triẽnium, attentis cauſis prædictis.

Ibi n. 5. limitat, niſi delictum eſſet præſcriptum, vide Gram. deciſ. 24. quem citat Foller. in eius praxi, rub. foriudicẽtur, in fine, in verſ. vt nihil remaneat, nu. 7. & 8.

Ibi nu. 6. vltrà aliud Breue Summi Pontificis, expeditum à Pio Quinto, dictans, reuocari ſaluoſconductus conceſſos per Barones exulibus, & malefactoribus Eccleſiæ, iniungens mandatum exfractationis à Regno, vt dentur puniendi ſuis Iudicibus, & è contrà in prag. 3 de perſeq. malefact. Angel. Scialoya in praxi foriudic. cap. 26. nu. 8.

Ibi nu. 8. circà pœnas auxiliatorum malefactorum, vltrà Affl. in Conſt. Terminum vitæ, nu. 26. cum ſeq. vide latiſſimè Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 90. cum addit. & dixi ſuprà in prædicam. relationis, quæſt. 2. nu. 4. & 5.

Ibi nu. 9. vide Angel. Scialoya in ptaxi de foriudicat. cap. 18. nu. 1.

Ibi nu. 10. latè Muſcatell. in eius praxi crimin. rub. de recept. malef. nu. 40. Ang. Scialoya vbi ſuprà, nu. 4. & circà pœnam receptantium malefactores, vide Foller. in eius praxi crim. rub. banniantur, nu. 9. cum ſeq. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 90. cum addit. nouiſſimè Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. rub. de prouiſion. fieri ſolit. § 3. per totum, de quo ſuprà in addit. ad prædicam. relationis, q. 2. nu. 4. & 5. & cum ſit hoc delictum de iure prohibitum in l. 1. & 2. C. de ijs, qui latron. occul. & l. 1. de recept. & de iure Regni in Conſt. Pœnam eorum, & in pragm. ſituatis in d. titul. de receptat. & dùm eſſet aliàs dubitatum, ſi affines, vel conſanguinei malefactorum eadem pœna puniri debeant, gloſſ. in cap. 1. de pace tenen. §. receptatoribus, verſ. feriendis, inquir, quod etiam ſi pater filio, vel propinquo latroni manſionem poſt miſſam Sancti Ioannis Baptiſtæ dederit, quaſi latro infidelis debet iudicari, vndè qui illum ſuſcepit, ſimilis eſt illi, tamen hodiè mitigabitur pœna illis conſanguineis, vt per Bonif. in titul. de recept. n. 4. & ſeq. Reg. Rouit. in prag. 6. de recept. Capiblanc. in pragm. 6. num. 12. de Baron. meliùs Reg. de Ponte vbi ſuprà, num. 5. verum, quòad receptantes fures, etiam ſi eſſent conſanguinei, vel affines, quomodolibèt eis auxilium præſtantes, eadem pœna puniuntur, ſicuti fures, quod eſt ſpeciale ſtatutum in pragm. 12. §. & perche ſi non haueſſero, de empt. & vend. meminit Reg. de Ponte vbi ſuprà nu. 8. quòad receptantes alios malefactores ſtatuta eſt pœna in pragm. 1. & 2. de recept. in pragm. 1. de Exul. §. vlterius, ampliatis in prag. 3. eo. titul. etiam, ſi non eſſent adhuc contumaces malefactores prohibentur receptari, licèt non videtur eſſe derogatum iuri communi, nec iuri Regni, ex diſpoſitione prag. 4. eo. titul. benè verum eſt, quod contra receptatores ſancitum eſt, ad hoc vt pœna capitali puniantur, quod ſtetur confeſſioni trium proſcriptorum, etiam deponentium de diuerſis actibus in tortura, vt in pragm 5. eo. titul. Muſcatell. vbi ſuprà, nu. 37. ſed poſtremò extat Regia Pragm. Ducis Oſſunę 9. §. & come s'è viſto, vbi imponit pęnam mortis naturalis receptatoribus publicorum foraſcitorum perturbãtium quietem publicam, & incedentium per Campaneam, citrà tamen violentiam, ab eis commiſſam, & ſi fuiſſent citati infrà dies decem, & non comparuiſſent, ipſo iure vti diffidati, & rebelles, & contumaces, & banniti iudicentur, & hoc potiſſimum Prorex facere poteſt, ità Reg de Ponte vbi ſuprà, nu. 14. ſed an ad receptantem ſuum affinem Clericum bannitum per Iudicem ſecularem, & beneficiatũ quoque, fuit deciſum in S. C. incurriſſe in pęnam moderãdam per Proregem, qui poſteà mandauit, ſuperſederi, & non eſſe alitèr moleſtandum, ità Grammat. deciſ. 29. & ſic videtur, pœnam ceſſare quòad conſanguineos, niſi in ſpecie fuiſſet dictum, limitantur prædicta duobus alijs modis, primò, non procedere in receptante bannitos extrà Regnum, teſte Reg. Rouit. in pragm. 3. nu. 4. de recept. & ibi nu. 5. alio modo limitat, non procedere, quando receptaret bannitos tempore inimicitiæ, pro tutela ſui corporis.

Ibi ſub nu. 11. in Ciuitate Theatina, qui occiderit aliquem cum pugno, contingit hoc annis elapſis, quendam homicidam huiuſmodi obtinuiſſe impunitatem delicti ab Excellentiſſimo Prorege Comite Mirandæ, quia non videtur animo occidendi percuſſiſſe, ſicut idem ex iuris diſpoſitione ſtatuitur, vt qui cum calce percuſſerit, euadet pœnam homicidij, l. eum, qui C. de ſicar. & mihi contingit determinare in Terra Mondragonis.

QVÆSTIO 2.num.1. regularitèr vnus pro alio puniri non debet, vide Iul. Clar. lib.5.ſent.§.fin.quæſt.86.vbi n.7. limitat,ob publicam vtilitatem id poſſe admitti, vide Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg. titul.de prouiſion.fieri ſolit.§.5.nu.4.

Ibi nu.2.quòad exfractationem propinquorum, de qua extat antiqua Prag.1.§. vlteriùs,de exulibus,vbi decernitur, attenta multitudine foraſcitorum in Regno,quod omnes conſãguinei infrà dies octo exfractare debeant per tringinta milliaria extrà Prouinciã, vbi notabilitèr Carau.in eius Comment.& licèt videatur illa Pragm. localis,imponendo pœnam ducatorum mille contranenientibus,ac aliam arbitrio Proregis reſeruatam, tamen magìs diſtinctè per aliam Pragmaticam Comitis Oliuares,tunc Protegis 12. §. itèm ordinamo, & comandamo,che li parenti,eo. titul. diſponitur, quod omnes conſanguinei foraſcitorum,vſquè ad quartum gradum incluſiuè,tàm maſculi, quàm fœminæ exfractare debeant,exceptis pueris, & puellis annorum quatuordecim infrà, & ſenibus ſexagenarijs, infrà terminum dierum octo à die contumaciæ contractæ,ſub pœna fuſtigationis, quæ & ſi loquatur de conſanguineis cõmittentium recaptus, & compoſitiones violentèr ab hominibus, tamẽ ex poteſtate cõceſſa Regijs Audientijs,& Commiſſarijs Cãpaneæ,ad omnes conſanguineos foraſcitorũ, bannitorom, & foriudicatorum extenditur iſta materia exfractionis,& hoc iure vtimur, & ità pluriès vidi practicari in Regia Audiẽtia Calabriæ citrà, cum ſit hoc peculiare remedium extirpandi foraſcitos, noſtra experientia docet, & vidimus conſanguineos, delinquentes Curiæ præſentare, & fratres, & patres,& filios,& reliquos, vt nouiſſimè tradit Reg.de Ponte in tract. de poteſt.Proreg. tub.de prouiſion. fieri ſolit.§.5.nu.2. vbi ſingularitèr iſtam materiam examinat,multiſquè modis,doctrinis, ac authoritatibus cõprobat, fieri poſſe tale ſtatutum contra conſanguineos,pro bono publico, & præſertim num.7.etiam ad Amicos extendi poſſe tale edictum exfractationis, ſicuti fuit aliàs per ſtatutum Pij Quinti ordinatum, & aliquando vidi etiam, hoc particulare obſeruari in d. Regia Aud. & circa iſtam materiam breuitèr aliqua colligendo dico, edictum tale etiam ad fęminas conſanguineas ipſorum extendi, vt tradit Reg.Rouit.in tub. de exul. n.11.licèt hodiè ex ſuprà citata pragm. Comitis Oliuares ſit ità expreſsũ, itèm ampliatur, etiam procedere contrà conſanguineos Clericorum turbantium quietem publicam in Regno,Præſ.de Franch.dec.463.nu.9.ſecũdò erit aduertendum circà aſſignationem loci, quo ſe conferre debent cõſanguinei, quòd eſt repoſitum arbitrio Præſidum, vel Commiſſariorũ, vt quoquè Author noſter hìc in n.8.fatetur,& ſtatim in aſſignato loco in mãdato conferre ſe debent conſanguinei, & ibi authẽticam fidem Vniuerſitatis,ſeù loci aſſignati habere debent de aduentu, & ipſam Præſidibus, vel Commiſſarijs tranſmittere, & ſic continuare, nàm facilè inciderent in pœnam,in mandato contentam,ſi contrariũ facerent,& hæc eſt communis praxis, quam pluriès in contingentibus caſibus obſeruari vidi in d.Reg.Audientia,vltimo,non tantum pęna pecuniaria iſtis conſanguineis imponi poterit,ſicut in dictis pragmaticis impoſita cernitur, ſed etiam corporalis, ità in ſpecie tradit idem Regens de Ponte vbi ſuprà nu.14. maximè ſi iſti conſanguinei auxilium præſtarent ſcientèr foraſcitis, ex quo audaciores fierent, vt ibi Reg. nu.22. concludit,cũ declaratione ibi tradita,tenentur paritèr cõſanguinei foraſcitorum ad emendam damni damnum paſſis,ex nouella Pragm. Comitis Oliuares 12.de Exul.& tradit Capibl.in prag. 19.de Baron.nu.42.

Ibi num.2. Angel. Scialoya in praxi foriudicat. cap.22.nu.1.

Ibi nu.4. non ſolum conſanguinei poſſunt puniri diſterratione,& carceratione,ſed etiam pęna extraordinaria, vide eundem Reg. de Ponte in d.tract. de poteſt. Proreg. rub. de prouiſ.fieri ſolit §.5.nu.14.& ſeq.& nu.18.

Ibi nu.5. etiam factioſi poſſunt diſterrati, vide Reg.de Ponte in tract. de poteſt. Proreg.rub. de prouiſ. fieri ſolit.in principio,nu.12.& 14. ſic annis elapſis pro bono regimine Excellentiſſimus Comes de Lemos tunc meritiſſimus Prorex Regni,omnium virtutum genere ornatiſſimus, nonnullos homines vagantes per Ciuitatẽ,ludentes, & vitam libertati deditam, & vitijs implicitam irruentes à Ciuitate prædicta diſterrauit,ac nonnullos in Triremibus deſtinauit, & in loca deportationis confinauit.

Ibi nu.6.eſt pœna pecuniaria impoſita non exfractantibus ducatorum mille,& hæc eſt impoſita in dicta pragm.& ità cõmunitèr obſeruatur in omnibus mandatis exfractationum ſimilium, ſed hic non omitto caſum aliàs occurſum in Regia Aud. Calabriæ citrà circà hoc,dum fuiſſet factum mandatũ à Præſide quibuſdàm conſanguineis foraſcitorum,vt exfractarent à loco eorum habitationis,& ſe conferrẽt in locum aſſignatum, ſub pœna prædicta, fuit dubitatum in dicta Regia Audientia, ſi facta perquiſitione à Fiſco in loco aſſignato,& non fuerint reperti, an pœna ſolui debeat,Fiſco inſtante,abſquè vllo ordine iudiciario,nàm quando cauſa principalis eſt ſummaria, omnes eius articuli ſunt ſummarij,Marant.in ſpecul. in 9. diſt.nu.40.

Ae-

Acceſſoria enim ſunt eiuſdem naturæ, ſicut principalia, Franch. dec.513. dicam infrà in ſpec.35. hoc enim verum eſt, quando eſſet eadem cauſa cum eiſdem partibus, ſed nos ſumus in re acta inter diuerſas perſonas, vna eſt cauſa foraſcitorum, alia eſt cauſa conſanguineorum, qui ſunt ob ipſorum occaſionem in perſona moleſtati, & tantò magis, quia nos non ſumus in pœnis fiſcalibus ſtipulatis penès acta Curiæ, in quibus etiam per contrauentionem pars citatur, licèt ſummariè in eis procedi debeat, Carau.in ritu 128.num.3. ſed ſumus in pœna adiecta mandato pœnali, & per contrauentionem ipſorum inſtante Fiſco, abſq; perquiſitione iuridica fuerunt cõdemnati ad pœnam vnciarum 25. pro quolibet, & ideò ceſſante obligatione citari debebant ad dicendum cauſam, quarè non debebant ſoluere pœnam, per ea, quæ notabilitèr tradit Camp.in c.ab olim, nu.4.& antè eum optimè Paris de ſind. verb.quia ſępè contingit, in fine, licèt enim in his, vt dixi, ſummariè ſit procedendum, ex diſpoſitione dict. cap.ab olim, adhùc tamen ſunt neceſſariæ ſummariæ ordinationes, hoc eſt citatio, quæ eſt de iure Diuino, & defẽſiones, quæ sũt de iure naturali, Marant.in 4.par.d.9.nu.8.& 9. etſi eſſent contumaces, contumaciæ incuſari debent, vt moris eſt, ità Follet.in rub.accuſentur contumaciæ, in princ.& in ſpecie id tangit Franch.dec. 457.num. & ità fuit iudicatum in præſenti caſu, ſuſpendendo exequutionem ſententiæ ex defectu talis ſolemnitatis citationis, vltrà quòd perquiſitio priùs facta non fuerat ritè, & rectè, nàm erat clandeſtina, & non ſecundum praxim traditam per Foller.in rub. & ſi confitebuntur, nu.64. vbi ait, in materia carceratorum fieri debere perquiſitionem per locũ carceris, & vocari per turbicines, & nõ inuẽtis carceratis ſit citatio ad dicendũ cauſã, quarè non debent pro confeſſis haberi, & cõcludit, eſſe generalẽ practicã, & obſeruantiam totius Italiæ, & omnium Curiarum, & idem comprobat gloſſ.ſingularis in ciuilibus contrà abſentes, in Conſtit.Pœnam eorum, ſuper verbo foriudicari, verſ.ſed quid ſi huiuſmodi abſens, & ſubdit, non tantùm in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus obſeruari debet dicta ſolemnitas, & ſtante eius omiſſione iudicium corruit, & circà eandem materiam videnda eſt alia praxis tradita per Carau.in ritu 158. n.5. vbi ſe conformat cum ſupradicta.

Ibi nu.7.tertia eſt pœna corporalis, vide Reg.de Ponte in d.tract.de poteſt. Proreg. rub. de prouiſ.fieri ſol.5.5.nu.22. vbi in ſpecie de hac materia loquitur.

Ibi nu.9. Angel.Scialoya in praxi foriud.cap.22. num.13. & 15.

QVAESTIO 3. adde Angel. Scialoyam in praxi de foriud. cap.2. nu.17. & cap.4. num.7.& cap.13.num.9.& cap.14. num.3. & cap.16.nu.1.& cap.17 nu.5.& 7.& num.37.& cap.19.num.13.& 15. Danza de pugna Doct. tom.3. tit.de fine iu delict. excui.cap.2. col. pen.tit.de var.crim.c.1. n.32.

Ad Specialia.

IN 1.Speciale, contra exules procedi poteſt ad modum belli, & hoc virtute Reg.pragm.eum citat, & ſequitur Muſcatell.in praxi crim.rub. de priuil.furti, &c.nu.17.& 18. ſed non omnes Officiales huiuſmodi procedere debent, ſed illi, quibus ità mandatum eſt à Principe, Princeps enim concedit ex cauſa Commiſſarijs contra bannitos, & Regijs Audientijs facultatem procedendi ad modum belli, appellatione remota, ità Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.rub.de prouiſ.fier.ſol.5.4.n.1.

In 2.ſpeciale, continentur receptatores, vide Muſcat.in prax.crim.rub.de recept. n.33.

In 3.ſpeciale, pyratæ etiam continentur, vide P.æſ.de Franch.dec.142.

In ſpeciale 6. bellum mouere ſpectat ad Principem, videnda ſunt tradita ad iſtam materiam per Affl.in Conſt.Comes, & Baro, per tot. & Carau.in ritu 47.n.9.& ſeq.

Ibi nu.2.capti efficiuntur capientis, nota, quod valet ſtatutum, quod capiens bannitum, fiat dominus eius, Afſl.in prælud. Conſt.q.4.nu.4. Reg.Rouit.in rub.de exul.n.16.

Ibi nu.3.bellum contra exules proprium bellum, adde, quod tradit Affl.in d.Conſtit.Comes, & Baro, ſub num.67.verſ.Ipſis quidem exiſtentibus, quòd ſi fuerit conceſſus ſaluusconductus, vel fidantia Turcis, ſeù Infidelibus in Regno, & ipſis exiſtentibus in Regno, & damnificantibus homines, & bona Regia, iſti ſunt latrunculi, & omne dolum contra eos licet adhibere, vſq; ad fractionem fidei, quantò magis obſeruandum erit contra iſtos latrones, & diſrobatores ſtratarum, qui ſunt à iure diffidati, & banniti, ideò tanquàm diffidati, & bãniti à lege poſſunt à quolibet occidi, notat Par.de ſind.verbo latro cum fama, num.2. & ſubdit, nàm diffidati Cæſaris, vel à lege, ſunt extrà protectionem, contra quos notoriè bellum eſt, & idem Affl.in Conſtit.Pœnam eorum, ſub nu.37.dixit, & pondera benè iſtum text.quia probat, quod cauſatur iuſtum bellum inter ſubditum, & ipſum Regem, ratione contumaciæ commiſſæ contra Regem, vel eius Officialem, cui conceſſit merum imperium, maximè ex cauſa capitali.

In 9.ſpec.Præſes habet imperium merum, vide Affl.in Conſt.Ea, quæ ad decus, n.29.

In ſpec.11.Ang.Scialoya in praxi foriud.cap.23. num.7. 14.& 17.

In 12, ſpec.nu.1.contra deſeruientes in iſto bello habet Præſes iuriſdictionem, adde Car au

in titu 49.nu.10.vbi tradit, quod Iuſticiarius Officiales ſuos in officijs delinquentes punire poteſt, dixi ſuprà in prædic. Agere, q.1.

In 14.ſpec. perſequutores exulum arma etiam prohibita portare poſſunt, & eſt pragm. 10. de armis, & in ſpecie de hoc dicto videndus eſt Franc. Tuntolus in ſuis iudicijs, & votis, in iudic. 20. incip. nulli dubium, vbi ad hoc plures allegat, & Danza de pugn. Doct. tom. 2. tit. de armat. per Campan. c.8.n.4.

Ibi n.2. non poteſt concedere licentiam portandi arma, vltà Affl. in Conſt. Iuſtitiarij nomē, num.17. dicentem, quod Iuſticiarius Prouinciæ prouidere debet, nè arma molita portentur; & portantes puniri pœna contenta in Conſtit. Intentionis, extat Regia pragm.5. de armis, vbi mandatur Præſidibus, vt reuocent conceſſiones armorum portandorum.

In ſpec.15. Angel. Scialoya in praxi foriud. cap. 26.num.8.

In 16.ſpec. exules abſq; licentia poſſunt capi, & perſequi, cuilibet eſt licitum bannitum capere, & Iudici præſentare, Campag. in cap. ſiuè quis, nu.5. & Foller. in rub. banniantur; nu.23. vbi addit, quocunq; tempore, etiam feriato, & hoc propria authoritate capi, & occidi poteſt, idem Affl. in Conſt. Pacis cultum, num.35. ſed an Baro teneatur capi facere vaſallum ſuum bannitum, Foller. in rub. audiantur excuſatores, nu.83. dixit, quòd non, ſed tenetur ipſum expellere, idē confirmat Reg. Rouit. in prag. 1. de receptat. nu.1. vbi nu.2. dixit, quod priuari debet iuriſdictione ſua, ſi receptauerit delinquētes, niſi non potuiſſet euitari, vel per ignorantiam, aut tolerantiam id ſucceſſerit, vide Ang. Scial. in praxi foriud. c.19.n.24.

In 17.ſpec. nemo committit priuatum carcerē, detinēdo aliquem ex iuſta cauſa per ſpatium 20. horarum, Iul. Clar. lib.5. §. fin. q.68. nu.33. Ang. Scial. in praxi foriud. c.25.n.10.

In 18. ſpeciale; poſſunt in omni loco capi exules, etiam in loco ſacro, in caſibus à iure permiſſis, vt per Iul. Clar. lib.5. § fin. quæſt. 30. & nouiſſimè per Marinm Ital. in tract. de immun. Eccleſ. vbi omnes caſus tradit, ſed hoc adhibita licentia Ordinarij locorum, vt per Regentem Rouit. in rub. de exul. nu.24. & latiùs notaui ſup. in prædicam. Vbi, quæſt.2. nu.2.

Ibi nu.2. reſtituti, ſeù liberati non poſſunt ſtatim capi, & libertas debet eſſe talis, vt ſit difficilis perſequutio, vide Aſcan. Tholom. in addit. ad Nunt. Tartagl. in margar. Fiſci, cap.10. incip. ſi delinquens, verſus fin. dixi ſup. in prædicam. Quantitatis, q.3. ſub n.29.

In 19. ſpec. poſſunt foraſciti contumelijs affici, & verberari, ſecùs in alijs delinquentibus, nàm non decet, captos iniurijs, & contumelijs affici, Foller. in praxi crim. rub. notat. cap. de perſon. nu.16.

Ibidem nu.2, licèt capienti concedatur poteſtas offendendi, vel occidendi in ipſa captura, vt per Afil. in Conſt. Pœnam eorum, nu.3. quia cùm ſint extrà protectionem Principis, poſſunt impunè occidi, tamen ſi eſſent carcerati, nequeunt impunè offendi, Paris de ſind. verb. adulterium, n.5. §. tamen ego, & latè Iul. Clar. lib.5. §. homicidium, n.56. quia carcerati ſunt in protectione Curiæ, & in ſpecie de ſtatuto permittente occidi bannitos, tradit idem Foller. in rubr. vel carcerentur, nu.24. tamen quia Author hìc dixit, quòd per capturam tollitur poteſtas verberandi, ergò ſi offenderētur antè carcerationem, puniri debet offendens, vt per Bonif. in tit. de teſtib. & qui repell. nu.73. cum addit. ſed meliùs Foller. in rub. foriudicentur, num.13. vbi tradit, conſuluiſſe interrogatus, ſi quis cepiſſet foriudicatum, vt Curiæ præſentaret, & tenens ipſum in manibus, vt duceret, ſocius eiuſdem capientis retrò eum interficeret, teneri, licèt ipſe contrarium teneat. & meliùs in pragm. de foriud. at cùm contigiſſet ſimilis caſus in Reg. Aud. Calabriæ citrà, dùm quidam foraſcitus aſportaretur ab eius ſocijs cum militibus dicti Tribunalis, conſocius ipſum retrò ictu ſcloplitti interemit, & capud ipſius præſentauit in eadem Reg. Aud. nec per hoc fuit punitus, ſed potiùs guidatus, ſed hoc egit, nè talis homo aufugeret, attenta eius robuſtitate, ac mala qualitate, qui cum difficultate aſportari poterat, & hinc eſt, quòd delinquentes occidi non debent, ſi capi poſſunt, Affl. in d. Conſt. Pœnam eorum, n.81. & ibi num.73. concludit, nec poſſe occidi, ſi in poſſe Curiæ exiſtant, ſed quid in alijs delinquētibus, in perſequutione an poſſint occidi, maximè ſi reſiſtentiā feciſſent, vide Gramm. dec.41. & Iul. Clar. lib.5. §. fin. q.29. in princ.

In 20. ſpec. bona capta in bello efficiuntur capientis, vltrà Gramm. dec.71. nu.1. 17. & 18. Præſ. de Franch. dec.268. nu.1. vbi declarat, id in conflictu belli procedere, Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de triremibus, nu.8. vbi nu.15. limitat, non procedere, quando eſſent capta in aliena iuriſdictione, & ità licet, bannitum in illo conflictu deprædari, nō ex interuallo, vt Author num.2. concludit, & ſubſequitur, idem procedere in bannito mortuo, incontinēti poſſe deprædari, nō ex interuallo, vt poſt alleg. p ipsū Doct. Ang. ad Ang. in tract. de malef. verb. veſtem cæleſtem, nu.8. & 9. licèt contrarium teneat Afil. in Conſtit. Si quis aliquem, nu.2, quod non licet impunè ſpoliare foriudicatum mortuum, ſed ad ſatuitatem iſtius materiæ bonorum captorum in bello, vide Reg. de Pont. in dec.21. vbi latè.

In 21. ſpec. poteſt impunè offendi foraſcitus, dixi ſuprà in addit. ad prædicam. Pati, q.1. ſed an de iure Diuino procedat, Afil. in Conſtit. Terminum vitæ, nu.4. videndus eſt Iul. Clar. lib.5.

lib.5.ſent.§.homicidium,num.44. latè Conſil. Campana reſol.23.

In 23.ſpec. occidens exules an teneatur pœna æterna, vide ſecundum diſtinctionem Authoris Affl.in Conſtit. Pœnam eorum, poſt n.57. verſ.octauò quæro, vbi allegat plures Theologos, & Campag.in cap.miſericordiam, nu. 30.& túc peccaret occidens, quando ex odio, vel pręmio id feciſſet, Capiblanc.in pragm.6. de Baron.n.66.Ang.Scialoya in praxi foriud. cap.17. nu.7.

λ In 24.ſpec. an ſit licitum proditoriè occidere foraſcitum, etiam cum armis prohibitis, conclude, quòd ſic, vt per Caraut. in pragm.1. nu.104.de exul. & itá aliquandò vidi obſeruari in Prouincia Calabriæ citrà, & fuit annis iàm elapſis obſeruatum in quodam publico, & famoſo latrone exceptuato in publicis bannis Aſcanio Fuſco, qui fuit captus mortuus in domo diruta ex incendio, & eius corpus per totam Ciuitatem Neap. ad caudam equi aſportatus, deindè igne conſumptus, & ratio euidentiſſima eſt, quia foraſciti ſunt publici hoſtes, notat Affl.in Conſtit.Pœnam eorum, nu.72. & cum eis iuſtum bellum determinatum eſt, vt dixi ſuprà in ſpecial.6.& ſicuti cum hoſtibus de iure vti dolo, & fraude poſſumus, itá magis cum eis, idem Affl. in Conſtit.Comes, & Baro, poſt nu.67. & itá accidit annis elapſis in quibuſdam foraſcitis, in Campanea delinquentibus, qui cùm fuiſſent recluſi in Caſtro Sueſſano, ſub verbo à Commiſſario deſtinato, vt irent ad bellandum pro Rege noſtro, fuerunt ibi omnes interfecti, & hoc actum fuit ad publicam vtilitatem, licèt fuerit admiratione dignum, vulgò de iure hoc procedere videtur, quia iſti cùm ſint proditores, poſſunt etiam decipi, quia dolus cum dolo compenſatur, vt tradit Author in ſpec. 83.in fine, præterea quia fidantia, ſeu ſaluuſconductus cóceſſus à Superiore ſubdito, abſq; lege non erit ſeruanda, vel ſeruandus, vt concludit Imol.in l.is, qui reus, nu.30. ff. de publ. Iud.per text.in §.ſed neque, in auth. de mand. Princ. vbi ſimilibus delinquentibus denegatur, & non erit ſeruanda, vt ibi gloſſ. notabilis, in verb.cuſtodies comprobat.

In 25.ſpec.ibi num.3.idem in conſanguineis, ad liceat filio occidere patrem bannitum, vide Iul.Clar.lib.5.§.homicidium, num.49.Franch. dec.176.num.7.& 8.& quid è contra, an patri liceat filium occidere bannitum, vt fuit practicatum, ſicut audiui in Prouincia Calabriæ citrà, & itá concluditur, ſed an conſequatur pręmium, licèt aliqui teneant, quòd ſi conſanguineus conſanguineum occidat, non debet gaudere pręmio, vel indultu, exemplum patet in occidente fratrem bãnitum, tradit Camp. in cap.miſericordiam, nu.23.& ratio eſt, quia ipſi conſanguinei tenentur conſignare Curiæ bannitos affines, ſeù conſanguineos viuos, vel mortuos, vt valeant effugere pœnas exfractationis, ſeù diſterrationis, optimum remedium pro extirpatione foraſcitorum, Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.in tit. de prouiſ.fieri ſol.§.5.in princ.vide Ang.Scial.in prax.foriud. cap.17.n.47. & 48.

In 26.ſpec. an poſſit occidi bannitus reſtitutus, non tamen cancellatus à banno, vide latiùs Iul.Clar.lib.5.§.homicidium, nu.52. Foller.in rub.recipiantur defenſiones, nu.23. Ang.Scialoya in praxi foriud.c.17.n.37.

In 27.ſpec. nu.2. occidere licet foraſcitum guidatum, ambulantem in Comitiua aliorum bannitorum non guidatorum, vide Foller.in pragm.1.de exul.n.21. Ang.Scialoya in praxi foriud.c.17.n.53.

In 28.ſpec.nu.2. vide Afflict.in Conſt.Regni, in prælud.q.4.num.4. Reg.Rouit.in rub.de exul. n.16.Ang.Scial.in praxi foriud.c.17.n.4.

In 30.ſpec. vide relata ſuprà in prædicam. Pati, q.2.ſub n.2.in fin. immò ad hæredes ipſius, nã agi pôt actione furti contra hæredé latronis ad pęnã, ſi poſt confeſſionem criminis, præſente accuſatore, vel Aduocato moriatur antè ſententiam, Par.verbo ſi latro, in princ. vbi num.2.ait, procedere in vera confeſſione, non ficta, Campag.in cap.conſtitutionem, num.8. & tranſit iudicium in hæredem latronis per ſolam libelli oblationem, etiam ſine litis conteſtatione, Paris vbi ſup.n.2.

In 31.ſpec. tollantur animalia exulum, nè alantur pane, & victu eorum, item foriudicato prohibetur crediti exactio, nè inſtructior fieret ad fugam, Præſ.de Franch.dec.102.nu.19. prohibetur eis à conſanguineis auxilium pręſtari, nè audaciores fierent, Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.rub.de prouiſ.fieri ſol. § 5.nu.22.& ratio eſt, quia ſunt hoſtes publici, proptereà debent egeſtate laborare, idem Franch.dec.213.n.22. Ang.Scialoya in praxi de foriud.c.19.n.33.

In 32.ſpec. confiſcari poſſunt bona exulum vigore poteſtatis, adde Angel.Scial. in prax.forind.cap.16.nu.1.licet Angel. in tract. maleſ.in verb.mettidor de mali dati, nu.2.teneat, quod conceſſo Officiali arbitrio contra ludentes ad azardos, non poteſt virtute talis arbitrij bona ipſorum confiſcare, ſed in iſto caſu ſecùs eſt, cùm iſta confiſcatio bonorum veniat in conſequentiam delicti, Præſ.de Franch.d.dec. 102.nu.26.ideò delegata cauſa principali, cẽſetur delegata etiam cauſa acceſſoria, & connexa, Marant.in ſpec.par.4.diſt.16.num.31.& rationem aſſignat Author, cùm iſti effecti ſint hoſtes publici, & rebelles, bona ipſo iure Fiſco applicantur, & effecti veri foriudicati per lapsũ termini, vndè deficiẽtibus aſcendẽtibus, & deſcendentibus Fiſcus ſuccedit, non eſt dubium, quin bona rebellium in crimine

leſæ

læſæ Maieſtatis ipſo facto tranſeunt in Fiſcum vigore Capitulorum Regni, Gramm. dec. 105. n. 49. 56. & 57. ſimilitèr & bona proditorum, Campag. in cap. nuper ad vindictam, & ità de facto capi poſſunt, idem in cap. etſi frequentèr, num. 9. & 12. ideò ſi Fiſco ſunt applicanda, non neceſſariò dicitur in ſententia, quod publicentur, ſed tantùm declarari, ipſum eſſe culpabilem de cauſis, de quibus contra eum eſt proceſſum, Afflict. in Conſtit. Si dubitatio, n. 14. ſed in iſtis exulibus, & foriudicatis exquiritur confiſcatio bonorum, non ſic de facto proceditur, ex quo non in omnibus delictis confiſcatio locum vendicat, niſi in caſibus relatis per Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 68. & in Regni caſibus relatis per Nunt. Tartagl. in margar. Fiſci, cap. 17. in princ. ideò ſententia requiritur ordinatè, ex eo, quòd infrà annum bāni bona bannitorum non ſunt capienda per Fiſcum, Capyc. dec. 131. nu. 2. & facta foriudicatione Fiſcus in eius bonis ſuccedit, iuxtà Conſtit. Foriudicatorum bona, vbi Affl. ſed ſi eſſent parentes vſq; ad tertium gradum, ſuccederent, ſi verò filij extarent, bona ipſa diuiduntur cum Fiſco, in feudalibus verò bonis foriudicatorum, in proprietate feudalium Fiſcus nihil habet quòad fructus, virilem cum filijs, ſi feuda ſint diuidua, & hoc durante vita ipſius delinquentis, vt in Conſtit. Si quando, de qua meminit Reg. de Pont. in dec. 23. n. 13. in foriudicato à Barone non habente ſucceſſorē in feudo, Dominus ſuccedit in eo, non ex publicatione, ſed ex lege feudi, Frāch. dec. 213. nu. 31. ſed quid in foriudicatis Neapolit. quibus ex priuilegio conceſſo per Reges bona non publicantur, Affl. in d. Conſtit. n. 14. concludit contra Fiſcum, & de hoc videnda eſt deciſ. Præſ. de Franch. 192. vbi latè, & in alijs foriudicatis exteris vide eūdem in dec. 563.

In 33. ſpec. domus exulum deſtrui poteſt, vt aliàs in facto contingit, Paris in tract. ſind. verb. latro cum fama, quem citat, & ſequitur Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 82. in ſtatuto 8. idē Paris in verb. contumacia, nu. 9. & Campag. in cap. frequens, nu. 164. ſed non omnibus conceſſum eſt, bona bannitorum deuaſtare, inquit Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 12. n. 8. ſed illis, quibus id ſpecificè conceſſum eſt à Principe, attenta delicti enormitate, ſicut idem Reg. in d. tract. ſub rub. de prouiſ. fieri ſolit. in princ. nu. 35. fatetur, & in quibus caſibus domus deſtrui poteſt, vide Afflict. in Conſtit. Iuſtitiarius, nu. 8.

Ibi n. 3. an domus communis, vide Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 82. in ſtatuto 8. nu. 2. Capyc. dec. 130. num. 73. Paris in verb. publicatio bonorum, nu. 1. & in verb. an Iudex propter contumaciam, verùm comparere poſſunt ij, quorum intereſt, habentes talia bona obligata, & impedire, q in contingenti caſu fuit practicatum, vt inquit Reg. de Ponte in citato ſuo tract. in tit. 1. in princ. n. 36.

In ſpec. 35. adde, quod Iudex poteſt frangere hoſtia domus pro capiendo delinquente, ità Foller. in prax. crim. rub. notat. cap. de perſon. n. 4.

Ibi nu. 2. quod tempore belli poſſunt deſtrui Caſtra, ità in hoc caſu Villæ, & Caſalia deſtrui poſſunt, Campag. in c. frequens, nu. 104. Ang. Scialoya in praxi de foriud. c. 19. n. 35.

In 36. ſpec. pręmio gaudebunt, qui exules occidunt, hic aduertendum duxi, quòd aut loquimur de pręmio promiſſo omnibus, qui non ſunt exules, aut foraſciti, & non eſt dubium, quòd licet quilibet teneatur bannitum occidere, l. fin. C. de mathem. Paris in verb. pręmium, ſub nu. 3. & in Conſtit. Pœnam eorum, cum ipſi ſint hoſtes effecti, & rebelles à quocunq; offendi poſſunt, vt ibi Affl. ponderat, vt dixi alias, tamen cùm iſti ex debito teneantur capere, vel occidere exules, nullum eis pręmium debetur, niſi expreſsè cautum ſit, vt in Conſtit. allegata, & tot nouellæ pragmaticæ teſtantur, & hoc, vt faciliùs exules deſtruantur, & in hoc eſt aduertendum, quod iſtud pręmium conceſſum occidentibus, vel capientibus exules, regularitèr à Principe ſtatuitur, quia Princeps hoc facit ex cauſa publicæ vtilitatis ad extirpationem exulum, ſingularitèr tradit Tuntolus in iudicio 6. nu. 26. & tantò magis, cùm pręmium iſtud exoluendum ſit de bonis delinquentis, quia vt plurimum iſti carent bonis, ideò de bonis Fiſci pręmium conſtituitur, vt notat Ang. in l. ſi quis libellum, ff. de iniur. alleg. per Par. vbi ſup. ſub n. 3. & idem Ang. in tract. malef. verb. quod fama publica, num. 73. vbi ſecundo loco conſtituitur de bonis offenſi, quod fieri non poteſt ab alio, quàm à Principe, & hinc dixit Paris vbi ſup. quòd Officialis poſſit conſtituere pręmium capienti bannitum de burſa Fiſcali, vel de prouentibus Curiæ, de licentia tamen Superioris, nàm regularitèr non poteſt, l. prohibere, §. ſanè, ff. quod vi, aut clam, Angel. vbi ſup. nu. 72. & ibi Auguſt. ſic paritèr non poteſt Iudex, nec Rector Prouinciæ remunerare capientem bannitum, niſi habeat ſuper hoc conceſſam poteſtatem, hoc eſt de burſa Fiſcali, ità Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fier. ſol. §. 4. nu. 52. aliquandò ab ipſis partibus offenſis conſtituitur pręmium, ità offerentibus pro captura ipſorum, & hoc regularitèr fit in Regno de licentia Superioris, & banna ità publicantur, aliquandò enim cōſtituitur pręmium ab illis, qui tenentur ex debito ad perſequutionem ipſorum, vt ſunt Vniuerſitates, quæ licitè poſſunt pręmium conſtituere capientibus malefactores, etiam abſq; licentia Principis, in ſe congregando, Vrſill. dec. 265. nu. 7. & 8. & hæc eſt vna limitatio ad pragm. 9. de admin. Vniuerſ.

uerſ.& demùm omnibus ceſſantibus,de bonis Fiſci conſtituendum erit,vt Angel. loco citato meminir, & circà hoc videndæ ſunt quæſtiones adnotatæ per Campagn. in cap.frequens,num.107. & 108. ſi duo cęperint ſimul bannitum,cui dabitur pręmium. Item ſi plures eſſent in captura,cui dabitur, & demùm ſi nos loquamur de pręmio debito exulibus capientibus,vel occidentibus conſimiles, dicam in ſeq. adnot.

In 37.ſpec. exules non gaudent beneficio ſtatutorum,& ideò concludit Author noſter, non deberi pręmium pecuniarium exulibus, conſimiles exules indicantibus quàm ſocius ſi ſocium reuelauerit,non gaudebit pręmio, vltrà Doct. ab eo citatos vide Par. de ſind. verb. pręmium,num.2. & Iul.Clar.lib.5.ſent.5.fin. quæſt.27.nu.5. Campag.in cap. frequens, nu. 105. Angel.de maleſ. verb. quod fama publ. præced.nu.76.vbi contrarium tenet, benè verum eſt,quod gaudebit indultu; vt dicam infrà,& idem intelligas de prodente ſeipſum, licèt ibi Par.ſub nu.4.ſe remittat, tamen Iul. Clar.vbi ſup.ità concludit, & dixit,de ſeipſo Indicante non fuiſſe alitèr pręmium datum, ſed ſupplicium, ſic accidit cuidam foraſcito in Prouincia Calabriæ citrà, qui ſpontè ſe præſentando ad ſuaſionem ipſius conſanguineorum, loco pręmij ſupplicium conſequutus fuit.

Ibi num.2. exules ob capturam exulum poſſunt indultari, hoc eſt enim pręmium exulum, & foraſcitorum, ſcilicèt indulgentia, ſic ex diſpoſitione iuris communis apparet, vt capičti latrones milites parcatur, l.non omnes, §. transfugas,ff.de re milit.& dixi ſup.in annot. ad prædicam.Quantitatis,q.2.nu.11.& notabilitèr Alex.in l.relegati, ff.de pœn. per Affl. in Conſtit.Pœnam eorum,nu.90. dixit, quod bannitus,qui alium bannitum duxerit in fortiam Iudicis, qui eum banniuit, conſequitur liberationem à banno ſibi illato, quod etiam per pactum à Poteſtate fieri poteſt, vt concludit Albert.Gandin. in tract.crim. in tit.de tranſact.& pactis in malefic.nu.11. licèt contrarium teneat Campagn. in cap. miſericordiam,nu.28. & benè,iudicio meo, nàm Prorex tribuit poteſtatem indultandi bannitos pro alijs bannitis capiendis,ità nouiſſimè tradit Reg.de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. rubr.de prouiſ.fieri ſolit.§.4.nu.38. in Regno autem noſtro habemus expreſſam Conſt.Pœnam eorum, dictantem; quod ſi contumax, bannitus,& foriudicatus occiderit,vel cęperit alium bannitum,vel foriudicatum, aut eum latitantem detexerit, euitabit omnes effectus adnotatos in d.Conſtit.in pręmium ſuæ fidei, & probitatis, & ſic data paritate,& æqualitate conditionis inter ipſos, cęterum ſi foriudicatus bannitum tantùm cępiſſet, quia eum, qui minori vinculo tenebatur offendit,maiorem pœnam,foriudicationis ſententiam non euitabit,vt in d.Conſtit.declaratur,& ibi concludit Affl.nu.79.idemq; ſi eſſent pares, hoc eſt,ſi bannitus bannitum occiderit, vel foraſcitus foraſcitum, ſed eſſet inter eos diſparitas pœnarum, cùm vnus alio maiori pœna teneretur, ſicut dixit Campag.in d.cap.miſericordiam,nu.26. & ad euitandas iſtas diſputationes ibi citat pragm. D.Petri de Toleto, dictantem,vt quicunq; caperet, vel occideret foraſcitum, de pari, vel maiori delicto gauderet indultu, ſecùs de minori, hæc potiſſimùm conditio inter eos militat reſpectu pœnæ delicti,non autem conditio dignitatis, vt ſi Comes foriudicatus occiderit foriudicatũ, conſequitur liberationem,licèt videatur teneri, quod conſimilem ſibi occidere teneatur, quoniam ipſa Conſtit. hoc non dicit, nec facit diſtinctionem in foriudicato capto, an ſit eiuſdem qualitatis,ſeù conditionis, omnes enim ſunt hoſtes publici, & pro mortuis habentur,ſatiùs enim erit,ſi eſſent eiuſdem conditionis pœnæ,hoc eſt, vt poſſint occidi per ſententiam foriudicationis, vel capi, hoc eſt per bannum, Andr.in d.Conſt. ſuper verb.hoſtis publicus, verſ.nunquid Comes, vbi Affl. nu.81. & ità tenor Conſtitutionis validatur ex effectu ipſius, per rationem de minori ad maius,non è contra, tamen praxis inoleuit Tribunalis Campaneæ,& Reg.Audient.proùt vidi pluriès practicari in Regia Audientia Calabriæ citrà,quod iſtis minoribus foriudicatis bannitos occidendo non denegant totalitèr liberationem,ſed eis guidaticum concedunt, vt ſimilia ſeruitia faciant, & ità cum continuatione ſeruitiorum relationes faciunt Excellentiſs.Regni Proregi, à quo ſolent obtinere indulgentias, cùm ſit hoc reſeruatum Proregi,vt patet in d.Conſt.Pœnam eorum, ibi, ſed pręmium à gratia ſerenitatis noſtræ expectet,& ipſe tribuit poteſtatem indultandi bannitos pro alijs bannitis capiendis, ità Reg.de Ponte vbi ſup. & ſimilitèr ſubdit nu. 50.quod poteſtatem concedit faciendi ſecuritatem,ſiuè guidaticum; hæc omnia facere videntur ad deciſionem pragmaticarum fieri ſolitarum in contingentibus caſibus, hoc eſt per exiſtentiam Comitiuarum foraſcitorum in Regno, ad quarum extirpationem ſolet Prorex decernere,vt vnus bannitus, ſeù foraſcitus alium occidendo gaudere debeat indultu,vt in pragm.1.2.& ſeq. de exul. & in Prouincia Calabriæ citrà bis ab Excellentiſs. Prorege tunc exiſtente, attenta Comitiua malefactorum, mandatum fuit eidem Regiæ Audientiæ,quod vnus alium bannitum occidendo eiuſdem Comitiuæ,vel alterius Comitiuę gauderet indultu,& in hac generali pragmatica includuntur omnes illi, qui ſiuè ſine

foriudicati, ſiuè banniti, ſeù etiam foraſciti, & licèt Carauit.in pragm.1. de exul. nu.190. teneat contrarium, vt ſint etiàm particulari delicto notati, tamen ex nouella pragm. Ducis Oſſunæ id particularitèr decernitur in pragm.9.§.declarando,& ordinando, de exul. & etiam delinquentes incedentes in Comitiua,committendo furta,& alia, & publicè delinquendo,Carauit.ibi nu.189. Foller. nu.11. & ità ceſſante hac publica delinquendi actione,ceſſaret diſpoſitio Reg.pragm. & hinc eſt, quod non includuntur illi, qui ſtant in Ciuitatibus,Caſtris,vel Caſalibus recluſi,& in abſcondito,donec partes, & Curiam concordauerint,vt ibi Foller.nu.14.notat,& nec illi,qui publicè tolerantur, vltrà Foller.ibi Carauit. nu.10.at ſi contumax, ſubdit ibi Carau. nu.9. publicè conuerſaretur, non incedendo per Campaneam, non includeretur in diſpoſitione dictæ pragm.& hoc eſt vnum de requiſitis ad probandum occiſionem banniti, vt poſſit gaudere indultu,ſcilicèt,quod poſt promulgationem dictæ pragm. publicè non conuerſabatur,& ibat per ſyluas,& nemora in Comitiua latronum,Carauit.ibi nu.169. ſecundò, quod ipſe erat bannitus,vel delinquens, tertiò. quod per ſeipſum proprijs manibus interfecit,Foller.ibi num.40. & ex hoc notabili colligitur,quod occidens bannitum,vel foriudicatum,aut delinquentem non incedentem per Campaneam, non debet gaudere beneficio indultus,& hoc paſſiuè,& propterea cùm contigiſſet caſus in Ciuitate Coſentina,quod quidam ſimplex contumax pro homicidio inquiſitus commiſſo intus Ciuitatem prædictam cepit quendam foriudicatum,non incedentem in Campanea in Comitiua, & quod peius dubitabatur de viribus foriudicationis, petijt guidaticum ab ipſa Reg. Audientia, pendente relatione facienda Excellentiſſimo Proregi, & per diſparitatem vototum non fuit conceſſa,per rationem allegatam, & inſupèr per ſequentem rationem,nàm ſi actiuè conſideretur qualitas occidentis, vt poſſet gaudere indultu, ſeruata forma ipſius indultus concurrere debuerat cōditio ipſius pragmaticæ,quoniam pragmatica locum habet in eo,de quo ſpecificè loquitur,vt in terminis noſtris concludit Carauit.in d.prag.1. de exul. num.76.ſed quia in tenore ipſius pragm. conceſſæ Reg.Aud.dicebatur, vt poſſit gaudere tali gratia quilibet foraſcitus, bannitus, contumax,ſiuè delinquens,publicè incedens per Campaneam in Comitiua ipſorum delinquētium,& ità ceſſante inceſſu prædicto, ceſſare videbatur ipſius diſpoſitio, hinc notabilitèr dixit Foller.ibi nu.47. quod ſi condemnatus in exilium,vel deportatus per ſententiam, vel alitèr bannitus,non conſequetur indultum ex occiſione foriudicati, vigore Reg.pragm. parcitur enim pro ruptura exilij, vel deportationis, ſumus enim extra caſum pragmaticæ, quæ reſpicit perſonas publicè in Comitiua tantùm delinquentes, & in caſu memorato ille inquiſitus præſentando foriudicatum,non debebat gaudere tali gratia,cùm ſimus extrà caſum pragm.quæ non loquitur de inquiſitis priuatis,non in Comitiua incedentibus.& ad maiorem dilucidationem adducitur doctrina Carauit.vbi ſup. num.100. qui exornando illam pragmaticam mouet dubium, an ſi cōprehendantur delinquentes in ea, & ſub diſtinctione concludit, quod aut loquatur de delinquentibus poſt bannum, qui antè ipſum non erant delinquentes,& concludit, eos non comprehendi,tàm actiuè, quàm paſſiuè, nè detur materia delinquendi, quoniam pragmatica ipſa, quæ fuit pro extirpatione foraſcitorum condita,operaretur contrarium effectum,vt plurièſ ſeruari vidiſſe fatetur, aut verò loquatur de his, qui iàm delinquentes, poſt bannum alia delicta commiſerint,& tunc ſub nu.102.ſub diſtinctione concludit, quòd ſi paſſiuè loquatur, putat, eos comprehendi,aut actiuè, & tunc putat ſimilitèr includi,per rationes ab eo adductas, vbi per alias efficaciores rationes oppoſitum concludit, attamen in contingentibus caſibus refert ibi num.101. fuiſſe ſeruatum aliàs, quod *ſi quis* poſt bannum occiderit foriudicatum, vt in caſu relato per eum de quodam delinquente, qui occiderat foriudicatum magnæ importantiæ,& Reg.Aud. conſuluit Proregem, per quem fuit mandatum,quod ſi haberet partis remiſſionem, detur ſibi indultus pro delicto patrato poſt publicationem banni, ſed in caſu noſtro non erat remiſſio partis, tandèm vt audiui, fuit admiſſus iſte delinquens, vt gauderet.

In 38. ſpec. vide Iul. Clar. lib.5.ſent.§.fin.q.59. num.3.ſed meliùs Reg.de Ponte in tract. de poteſt.Proreg.rub.de prouiſ.fieri ſol. §.4. per totum, Angel.Scialoya in praxi foriud. cap. 34.n.26.& n.65.

In 39.ſpec.an detur præmium Officiali reuelanti foraſcitū, vide eund.Par.ver.præmiū,in princ. Camp.in cap.frequens,nu.106. Iul.Clar. §.fin. q.29.verſ.cæterum,Ang.Scial.in praxi foriud. cap.19.nu.15.

In 40.ſpecial.occidens bannitum extrà territorium an puniri debeat, vide Iul. Clar. lib.5. ſent.§.homicidium,nu.57. vbi concludit,non eſſe puniendum in loco,vndè fuit ille bannitus, ſed an gaudeat beneficio Conſtit. occidens foriudicatum extrà territorium, fuit iudicatum in S.C,quod non, vt refert Præſ.de Franch.dec.276. & ibi examinat, ſi debebat puniri,vel non,& ob difficultatem probationis mandati fuit liberatus in forma.

In 43.ſpec.Poteſtas concedit arbitrium regularitèr

ſitèr omnes Barones habent in commiſſis à Rege quatuor literas arbitrarias, inquit Carauit.in ritu 47.nu.8. & ſucceſſiuè eius Officiales, qui in regimine ab eis conſtituuntur in eorum Terris, cum talibus literis arbitrarijs, & præſertim extat arbitrium circà latrones inſignes, & alios, vt in Cap.Regni Prouiſa iuris ſanctio, vbi notat Campagn.nu.11.quod & ſi ad beneplacitum Regis eſſet conceſſum, quod morte extinguitur, tamen conſueuit Rex in literis Officialis in priuilegijs Baronum concedere iſtam literam, cum alijs arbitrarijs, & tamen Barones non poſſunt excedere modum ſolitum, & arbitrium boni viri in iſtis arbitrarijs, ità nec etiam eorum Officiales, vt tradit Camp.in cap.exercere, nu.31. eorum enim arbitrium non extenditur vltrà arbitraria, idem Campag.in d.cap. prouiſa, nu.10.nàm, vt ibi nu.12.ſubdit, Officialis debet diſcretè vti iſto arbitrio ſibi conceſſo, & ſubſequitur, quod illud aduerbium, diſcretè, intelligitur, ideſt arbitrio boni viri, arbitrium enim boni viri in dubio intelligitur, Blanc.in l.fin.nu.41.ff.de quæſt. & ideò conceſſo arbitrio, non de libero, ſed de boni viri arbitrio intelligitur, Affl.in Conſt.Domini à vaſallis, nu.15.& arbitrium alicui conceſſum in criminalibus, intelligitur ſecundum ius commune, Campagn.in cap.ſi cum ſceleratis, num.21.& quid poſſit hoc arbitrium, vide Iul.Clar.lib.5. ſent. §.fin. quæſt.31. verſ. arbitrio, & latiùs Par.de ſind.verb.arbitrium, ſed quando conceditur liberè arbitrandi voluntatem, tunc enim alio modo proceditur, nàm inquit ibi Paris nu.9.quod ſi concedatur arbitrium Officiali per verba liberæ voluntatis, non denotat arbitrium boni viri, quia tunc poterit etiã iniuſtè arbitrari, & in verbo poteſtas, qui habet, nu.2.notat, quod verbum, liberum, & plenum arbitrium, importat liberam voluntatem abſtractam à regulis iuris, idem confirmat. Capyc.dec.166.nu.11. quod plenitudo poteſtatis eſt arbitrij plenitudo, nulli neceſſitati ſubiecta, nulliſq; iuris regulis limitata, & nunquàm datum eſſe cenſetur tale arbitrium, niſi expreſsè fuerit conceſſum, Vrſill.dec.287.n.7. & nõ mirum, ſi iſtud liberum arbitrium Præſidibus expreſsè conceſſum operetur, vt poſſit de facto procedere; quia habet manum Regiam, & manus Regia operatur liberum arbitrium, vt põderat Author noſter, & antè eum Par.in tract.ſind.verb.latro cum fama, nu.2. & de hoc ſingularitèr meminit Gramm. dec. 19.num.4.quod clauſula, ſola facti veritate inſpecta, eſt tantæ importantiæ, vt Iudex poſſit manu Regia, inſpecto iure gentium, etiam iure ciuili remoto in cauſa procedere, & ſubſequitur ibi nu.5. quod Iudex, qui poteſt ſola facti veritate inſpecta de cauſa cognoſcere, poteſt recedere à regulis iuris, & poteſt pronunciare in alio, quàm ſit petitum.

Ibi nu.3.poteſtas liberi arbitrij non extenditur ad omnia, vide Par.de ſind.in verb.arbitrium, n.6. nàm liberum arbitrium ſemper in ſe recipit bonæ fidei interpretationem.

In 44.ſpec.vide Par.de ſind. verb.arbitrium, n.9.

In 46.ſpec. Magna Curia iuriſdictionem habet contra omnes, dixi latè ſuprà in annotat. ad prædicamentum Qualitatis, quæſt.3. & nouiſſimè Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.tit.de aſſenſ.Reg. § 7. non poteſt facere prouiſiones pro foraſcitis, & maximè vbi tractatur, & proceditur ad modum belli, & ità pluriès obſeruari, & practicari vidi in Prouincia Calabriæ citrà, vbi nunquàm fuerunt admiſſæ prouiſiones M.C.V. niſi prouiſiones Regij Collateralis Conſilij, mandantes, relationes fieri, & ità paſſim obſeruatur, & obſeruari vidi in multis cauſis ibi occurſis, & de hoc mentionẽ particularẽ facit Author infrà in ſpec.48.nu.2.& ratio eſt, quia hæc eſt poteſtas delegata à Prorege, vt aliàs dixi, Danza de pugna Doct.tom.1. tit.de poteſt. ad modum belli, c.1.citat hìc Authorẽ, & c.5.n.2.ad hoc extat dec.Nouar.49. vbi ità deciſũ refert.

In 47.ſpec.clauſula iuſtitiam faciat quid importet, vide omninò Vrſill.dec.253.nu.2. vbi dixit, nil ius tribuere parti in reſcripto, ſed tantùm per ea datur poteſtas cognoſcendi, & cauſam decidendi, benè verum eſt, quod quãdo in reſcripto exequutiuo Rex diceret, iuſtitiam faciat, non niſi exercitium iuſtitiæ denotare videtur, per quæ verba aliàs in expeditione reſcripti Papæ fuit decapitatus Rex Corradinus in foro magno Neapol. vt ipſe tradit ex mente Angel.in l.generalitèr, C.de ſecund.nupt. in tantum, quod ſi negotium, de quo pendet conſultatio facta Suæ Maieſtati, eſſet remiſſum, quod fiat iuſtitia, & de iure non poteſt procedi, non proceditur, quia decretatio nil aliud vult, niſi quod fiat id, quod iuris eſt, vt iudicatum fuit in S.C.teſte Præſ.de Franch.in dec.700.

In 48.ſpec.exules appellare nequeunt, & hoc ſtatuitur ex pragm.allegata per Authorem, Angel.Scial.in praxi de foriud.cap.14.nu.3. citat hìc Authorem, & cap.25.nu.16. idem fortiùs in foriudicatis, qui non appellant, & eis interdictum eſt, nè appellare poſſint, vt in Conſtit. Regni Pœnam eorum, in fin.vbi Andr.& Affl. ibi nu.70.nec etiam à ſententia foriudicationis appellare poſſunt, Franch.dec.673.num.7. tollere appellationem ſolius eſt Principis, Marant.in ſpec.rub.& quandoq; appellatur, num. 340. & ità delegare cauſam, appellatione remota, l.1.§.fin.ff.à quibus appell.non licet, Marant.vbi ſup.num.337.& ratio eſt, quia in delegatione proceditur, nomine Regio, & appellatio tollitur, dùm nomine Regio proceditur, Reg.de Ponte in tract. de poteſt. Proreg.

tit.12.num.15.& licèt appellatio cùm ſit ſpecies defenſionis nemini ſit deneganda, idem Franch.dec.136.nu.5.& defenſio eſt de iure naturali,l.vt vim, ff.de iuſt.& iur.tamen negari nequit,quin appellatio ſit de iure poſitiuo, Marant.vbi ſup.nu.340.& Princeps in his,quę ſunt iuris poſitiui,libero vtitur arbitrio, Affl. in Conſtit.Inſtrumentorum robur,nu.29. immò & contra tale ius poſitiuum Princeps etiam ſine cauſa diſpenſare poteſt, idem in Conſtit.Violentias, poſt num.57. & contra legem poſitiuam paritèr diſpenſare poteſt,idē in Conſtit.Pœnam eorum,nu.52. & non mirum,ſi appellationem tollere poteſt, præſertim in his caſibus, dùm proceditur ad modum belli,vt quoq; nouiſſimè meminit idem Reg.de Ponte in d. tract. rub. de prouiſ.fieri ſolit.§.4.in princ.quoniam in hoc procedendi modo ſolemnitates iuris ciuilis, & poſitiui ceſſant,& tantummodò iuris naturalis, & iuris gentium admittuntur, vt recollexit Author ſup.in prædic.Quando,q.1. ſed dubium occurſum in Reg.Aud. Calabriæ citrà fuit notabile circà hoc, exiſtente carcerato quodam inquiſito de crimine recapti per indicia verificata per duos conſocios, & ei adhibita tortura,confeſſus fuit,& ideò fuit ad mortem damnatus,à qua ſententia appellauit, dubitatum fuit,ſi appellationi deſerendum erat in hoc crimine,& non eſt dubium,quin attenta diſpoſitione iuris appellare potuiſſet,cùm pro tali delicto non reperiatur pœna mortis impoſita,vt tradit Affl.in Conſtit.Duram, & diram,nu.7.ſed per ius Regni ſtatuta fuit pœna mortis,vt in prag. vnica,de capientibus hom. per vim, quæ fuit nouiſſimè confirmata per Excellentiſs.Comitem Oliuares, tunc Proregem in pragm.12.de exul.vbi ſpecificè cauetur,quod tàm Iudices Regij, quàm Baronales debent pœnam ipſam mortis irremiſſibilitèr exequi facere, ex quibus verbis colligi videtur,appellationem eſſe ſublatam, dùm mandat exequi,& ità mandando Princeps, quod exequatur ſententia, tacitè appellationem tollere videtur,is enim,cui committitur nudum miniſteriū exequendi,delegatus proculdubio dicitur,c.vlt.§.fin.de offic.deleg. & licèt Officiales in tali caſu delicti præfati ſint Iudices ordinarij, tamen quia eorum iuriſdictio videtur alterari per alterationem pœnæ impoſitæ, ità in eadem pragm. mandatam eorum iuriſdictio abſq; dubio excitari videtur, Marant.in ſpec.4.par.diſt.5.num.77. & ob id licèt Iudex ſit ordinarius, vice delegantis fungitur in cauſa delegata, l.etſi prætor, ff.de offic.eius,quarè concludi videtur, appellationem in hoc caſu, attenta enormitate delicti ceſſare, & hoc potiſſimum,ratione publicæ vtilitatis, in quia ceſſat appellatio, ad text. in l.conſtitutiones,ff.de appellat.ibi, locum non habet in eorum perſonas, quos damnatos ſtatim puniri publicè intereſt, Paris in tract.ſind.verb.appellatio,cùmq; fuiſſet compertum, talem inquiſitum fuiſſe ſimilitèr pro cauſa prædicta foriudicatum, & ei denegatur appellatio, vt dixi ſup. fuit tandèm ſententia mortis exequutioni demandata,appellatione non obſtante, referente Reg. Auditore Franciſco Antonio Salinas, vltrà quod etſi dicatur in effectu iſtud delictū recaptus, quia fit per retentionem perſonæ per vim,vt pecuniā extorqueret,furtum paritèr appellatur ob effectum, indè latrones iſti dicuntur, & ideò ſicuti appellatio ceſſat in famoſo latrone, nā ei denegatur tale remedium, vt tradit And. in c.1,§.publici latrones,de pace tenen. quem citat Paris in verb.latro cum fama, poſt nu.7. Marant,in ſpec.par.6.verſ.appellatio, nu.296. & demonſtratur apertè in Cap.Regni Si cum ſceleratis, ità paritèr in caſu noſtro ceſſare debet,hinc notabilitèr ſubdit Angel.in tract. malefic.verb.Caium,verſ.& tene,num.5. quod Iudex procedendo contra aliquem tanquàm contra inſignem latronem,& ità condemnās, cùm pro ſententia præſumatur, non poteſt condemnatus appellare,dicendo,ſe eſſe latronem,ſed non inſignem,& hoc eſt ſpeciale in his criminibus,in alijs verò criminibus quando confeſſio facta eſſet cum aliqua qualitate minuente delictum,etſi confeſſus,& conuictus eſſet,appellatio admitteretur, vt fuit deciſum in S.C.Præſ.de Franch.dec.556.

Ibi num.2.limitat, poſſe remedium habere per viam recurſus,ſeù ſupplicationis ad Proregē, de quo per Affl. in Conſtit.Pœnam eorum, nu.51.& ità prohibita appellatione, non cenſetur prohibitus recurſus, vt inquit Par. in tract.ſind.verb.an ſi ſtatuto Superioris, poſt nu.3.verſ.tamen datur,optimè Gram.dec.35. nu.4.ſicuti in Fiſco dicitur,nàm in Regno nō appellat, non tamen prohibetur per viam recurſus audiri,vt per Franch.dec.487. nu.11. & ità aliàs conſultus reſpondi in contingenti caſu in materia Conſeruatorij Regni, in quibus Iudices vel delegati procedunt, nec admittitur appellatio,attamen per viam ſupplicationis viſum fuit mihi,eſſe audiendum ſuccumbentem,per doctrinam Par. allegatam, vbi etiam tradit aliam cautelam, ſcilicèt eſſe ſupplicationem porrigendam,cum cauſarum legitimè apparentium inſertione, & ità in facto obtinuiſſe fatetur in Conſilio Regio,vbi appellatio prohibetur, adeò quod ea, quæ fieri non poſſunt per viam appellationis, fieri poſſunt per viam reclamationis, vel ſupplicationis,nàm appellatio eſt de iuſtitia, ſed reclamatio,ex gratia dependet, ità Præſ.de Franch.dec.684.ſub nu.1. & hinc notanda eſt ſingularis deciſ.eiuſdem Præſ.de Franch.637. vbi refert,etſi reclamatio non detur à ſenten-

tijs

tijs criminalibus prolatis per Collaterale Conſilium, dabitur tamen ab incidentibus, quando damnum eſſet irreparabile in diffinitiua, vt refert deciſum in contingenti caſu per eum relato de quodam inquiſito de vxoricidio, qui confeſſus fuerat, feciſſe illud, vt commodiùs alia muliere vteretur, & datis defenſionibus, excipiendo aduerſus confeſſionem ipſam, & ratificatam, aſſerebat, feciſſe ex cauſa honoris, cùmq; eſſet per Fiſcum inſtatum pro reiectione exceptionum, & obtinuiſſet à tali decreto, inquiſitus reclamauit, & fuit admiſſa reclamatio, ex cauſis, & rationibus ibi adductis, & inſupèr ex his adnotandum eſt, quod admiſſa appellatione, & interpoſita per querulantem, inquiſito abſoluto, non poſſit in præiudicium Fiſci, qui non appellauit, tacitè, vel expreſsè renunciari, & fuit reſolutum, quod ſic, vt per eundem Præſ. deciſ.658.

Ibidem ſecundò limitatur, vt dicat de nullitate, adde Iul.Clar.lib.5.ſent.§.fin.quæſt.94.nu.10. & maximè, quando eſſet notoria, & licèt exceptio nullitatis notoriæ tolli non poſſit, poteſt tamen præfigi terminus ad eam opponendum, & eo elapſo opponi non poterit, ità Carauit.in pragm.1.de exul.nu.16. & ità vidi bis obſeruari in Reg.Aud.Calabriæ citrà aduerſus ſententias latas ad modum belli, fuiſſe conceſſum terminum nullitatis, quidquid aliqui, & malè contrarium dixerint, ceſſare in hoc iudicio nullitatis oppoſitionem, adeò quod eſſe poterat nullitas defectus iuris naturalis, vel gentium, quæ tolli non poteſt, ſecùs de nullitate iuris ciuilis.

In 49.ſpec.adde, quod nec M.C.V. poſſit contumacem Reg. Aud. purgare eius contumaciam, Foller.in rub.verum ſi citati comp. n.6.

In ſpec.50.non tenetur reddere rationem, vide eundem Par.in tract.ſind. verb.poteſtas, qui habet, nu.5. cum ſeq. Danza de pugna Doct. tom.1.tit.de poteſt.ad modum belli, c.7. in fin.& tom.2.tit.de ſalario, c.1. in fin.

Ibi num.2.ſindicantur, quando Principi placet, vide pragm.3. de offic. Iuſtit. vbi lapſo tempore officij præfixo ſtare debent ſindicatui Commiſſarijs deputatis per 50. dies, & ità paſſim obſeruatur.

In 51.ſpec. Poteſtati licet iura transgredi, & ſi hoc ſit cuilibet Iudici permiſſum in caſibus enormibus, vt per Par.de ſind.verb.Iudex, ver. an ſi Index, n.19.vbi adducit exẽplum relatũ à Iul.Clar.lib.5.ſent.§.1.nu.10. licèt iſtam materiam ibi nu.9.latè examinet, & Angel.in tract.malef. verb. deducta ſibi quarta, nu.14. & 15.Gramm.dec.36.nu.3. Campagn.in cap. ſi cum ſceleratis, nu.13.& Capyc.dec.130.nu. 34.quantò magis Præſidi hoc licebit, vigore eius liberi arbitrij, de quo per Par. in d. verb. arbitrium, in princ.

In 52.ſpec. Præſes debet eſſe ſeuerus, hoc eſt ſecundum ſubiectam materiam, ſcilicèt in caſu iſto exulum, nàm Iudex in enormibus vti ſeueritate debet, latè Paris in d.tract.de ſindic. verb. crudelitas Officialis, num.4. & Iudices diſſimulantes punire latrones, ſeuerè puniuntur, idem Par.verb.quia ſupra, n.6.

Ibi num.2.ſeueritas cum temperamento Iudex vti debet, aliàs puniretur, vt per Par. d. verb. crudelitas, & fręni temperies imponeretur, latè Campag.in cap.ſi cum ſceleratis, num.20. cum ſeq.ità & Baro malè tractans vaſallos ob nimiam ſeueritatem poterit iuriſdictione priuari, ſicut & Officialis, nouiſſimè multa congerit Reg.de Pont.in tract.de poteſt. Proreg.tit.de elect.Official.§.1. nu.2. immò cogi poſſunt ad vendendum feudum, vt ibi per eũ.

In 53.ſpec.vide Ang.Scialoya in praxi foriudic. cap.19.ſub n.27.an Præſes debeat abſq; conſilio Auditorum iudicare, & abſq; voto procedere, de iure Poteſtas debet cum conſilio ſapientis iudicare, non ex capite ſuo, Paris in tract.ſind.verb.poteſtas cùm eſſet, ſub nu.12. ſimilitèr & Prorex Regni, de quo latè per Reg.de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 12.per totum.

Ibi nu.2.Præſes eligere debet eius Conſultorem, & hoc quando eſſet ei conceſſa talis poteſtas, vt fuit conceſſa D. Lęlio Vrſino Vicario generali Prouinciæ Calabriæ citrà, qui cum voto ſui Conſultoris, per eum electi procedebat in cauſis iſtis ad modum belli, omiſſa cõſultatione Auditorum ordinariorum, & ità in alijs Commiſſarijs aliàs deſtinatis in Prouincia Aprutij, & Capitanatæ, aliquando enim conceditur poteſtas Præſidi eligendi ſibi Conſultorem in rebus Campaneæ, vnum ex ordinarijs Auditoribus, vt ſolitum eſt in quibuſdam Prouincijs, aliquandò in certis cauſis ſic delegatis Præſidibus per Proregem, vt aliàs vidi particulare reſcriptum Suæ Excellentiæ tranſmiſſum D. Georgio de Mendoza Præſidi Prouinciæ Calabriæ citrà, in cauſa illorum dell' Alimena de Montealto, vbi fuit mandatum, procedi in illa cauſa cum voto vnius ex Auditoribus, & in hoc caſu Præſes non tenetur de mala electione, dùm à Superiore ſit datus Auditor, ità Par. in tract.ſind.verb.aſſeſſor, nu.9. & ad materiam vide Campagn.in cap.item caueant Iudices, nu.7.Regularitèr enim vidi obſeruari in Regali Prouincia Calabriæ citrà in iſta materia Campaneæ, vbi proceditur ad modum belli cum voto omnium Auditorum exiſtentium in Audientia, etiam ſi vnus exiſteret Auditor ob abſẽtiam aliorum, ille ſolus procedere poterit in cauſa, vt vidi in vna cauſa obſeruari, relata per meum Conſobrinum Reg. Auditorem Franciſcum Antonium Salinas, in Tribunali tunc exiſtente in Terra

Pa-

Paterni ob ferias æſtiuas, ad euitandum æſtiuos calores, abſentibus alijs duobus Auditoribus, quorum vnus erat in Ciuitate Coſentiæ, alter verò in Ciuitate Roſſani, & in tali cauſa procedebatur ad modum belli, & fuit prævia ſententia ille inquiſitus ſuſpenſus ob eius delicta, & hanc praxim credo ſumptam fuiſſe ex text. in l. ſicut, §. in decurionibus, ff. quod cuiuſquè Vniuerſ. nom. vbi in Vniuerſitate ſi vnus ſolus remaneret, ius, & nomen Vniuerſitatis in illo remanet, & ità iudicatum in S.C. penès Annam ſeniorem, in ling. & tantò magis cùm Auditores Prouinciarum ſint inſolidum, eorumq; officium authoritate, & vtilitate publicum, Carauit. in ritu 53. n. 2. & ibi in princ. concludit, ità ſeruari in alijs cauſis, maximè quando ille Auditor eſſet Cõmiſſarius cauſæ, nullo contradicente, & hinc ſingularitèr adnotandum duxi, quod nequit Pręſes, omiſſo voto ſuorum Auditorum, aliud votum particulare inſequi, quoniam eſſet nullius momenti, vt in ſimili teſtificatur idem Reg. de Ponte vbi ſup. nu. 25. in Prorege negotium terminante cum conſilio alterius, immò ſubdit in ſequent. num. quod nec conſuetudo in contrarium tenet.

In 54. ſpec. Præſes an teneatur ſequi conſilium Conſultoris, non eſt dubium, quod tenetur, vt latè per Par. in tract. de ſind. in verb. conſilium, excepto, ſi fuiſſet contrà ius, nàm eo caſu debet ſe proteſtari, & idem è contra, vt ibi concludit, latè Campagn. in d. cap. item caueant, nu. 7. & ſeq. ſed hoc limitat Author procedere, quando id eſſet mandatum, vt cum voto vnius Auditoris procederet, cęterum ſi non fuiſſet mandatum, non teneretur ſtare conſilijs eorum, nàm eo caſu ſunt vota conſultiua, non deciſiua, & ideò ſequi non tenetur, quemadmodùm in ſimili dicitur de Regentibus Regiam Cancellariam, qui aliquandò in cauſis belli, & gubernij eorum vota prodeunt Proregi, & ſunt conſultiua, non autem deciſiua, ſicut nouiſſimè meminit Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Prorog. in tit. de delegat. cauſ. num. 16.

In 55. ſpec. contra foraſcitos de facto proceditur per manum Regiam, vltrà adducta per Authorem hìc vide Gramm. dec. 19. nu. 4. & ſeq. vbi ſingularitèr explicat talem cognitionem, & Par. de ſind. verb. poteſtas, qui habet, nu. 8. & vide adnotata ſup. in 43. ſpec.

Ibi nu. 4 quid importet iſta clauſula, ſummariè, vide Hippol. de Marſil. in ſing. 102. clauſula, & gloſſ. in extrauag. ad reprimendum, verb. ſummariè, quom. in crim. lęſæ Maieſt. proced. vbi ad noſtrum propoſitum tradit, omnia cum breuitate fieri debere, & proindè ex hac clauſula notat Author, vt poſſit breuiari dilatio contra foraſcitos, hinc ſumpta eſt practica Regiorum Commiſſariorum procedendi per horas, quod ipſe non laudat, tamen ità communitèr obſeruatur, & vidi obſeruari in Reg. Aud. Calabriæ citrà, in multis cauſis tangentibus ad Tribunal Campaneæ, & paritèr obſeruare ſolet M. C. V. contra delinquentes ob grauiora delicta per horas procedere, Præſ. de Franch. dec. 520. vbi ſimilitèr tradit, deuoluta cauſa appellationis ad S. C. in qua fuit proceſſum per horas, eodem modo poſſe procedi in cauſa appellationis introductę in S.C. nàm appellatio eſt filia cauſæ principalis, vt idem tradit in dec. 637. nu. 4. & hoc in procedendo iuris ordine ſeruato, cuius vigore nullus Iudex poterit procedere ità ſummariè, niſi ei ſpecificè fuerit mandatum à Principe, ex quo ſolus Princeps poteſt mandare, vt cauſa ſummariè, & abſq; figura iudicij terminetur, & ità ſolet mandare Pręſidibus Prouinciarum, ac Regijs Audientijs, vt nouiſſimè tradit Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. rub. de diuerſ. prouiſ. in tit. de ſaluoconductu, in fine, ſed quid in iudicio extraordinario, hoc eſt contra abſentes, an ità ſummariè procedi poſſit, & hoc per abbreuiamentum temporis foriudicationis, ſtante Conſt. Regni Pœnam eorum, vbi elapſo anni circulo poterit foriudicari contumax, & ità ſtante termino præfixo abbreuiari nequit, Afflict. in d. Conſtit. num. 53. diſtinguendo concludit, quod in hoc caſu, multiplicatis in Regno malefactoribus, pro communi bono poſſit Rex huius Regni ſtatuere legem, vt citatus pro cauſa capitali, ſi non comparuerit, foriudicetur, non expectato anni circulo, tamen aut Rex impoſuit tempus congruum, intrà quod citatus poſſit ſe defendere, & concludit, poſſe, quia eſt Monarcha in Regno ſuo, aut Rex nullum tempus congruum, vel anguſtum poſuit in ſtatuto, & non valet, quia eſſet per indirectum tollere defenſionem, quæ eſt de iure naturali, & circà hoc notandum eſt, antequàm ad vlteriora pertranſeam, quoniam exiſtente pragmatica Comitis Oliuares contra componentes homines per vim, & ipſos recaptando, ſituata in pragm. 8. de exul. vbi particularitèr fuit ſtatutum, quod ſi tales delinquentes ob tale delictum infrà quatuor dies non comparuerint, ipſo iure pro veris contumacibus, bannitis, & foriudicatis reputentur, non obſtante allegata Conſtit. Accidit inſupèr in Prouincia Calabriæ citrà, ob prædictum delictum fuiſſe quędam inquiſitum citatum, qui licèt non comparuerit in termino, ob quod fuit contumax, & foriudicatus per Reg. Aud. reputatus, vigore allegatæ pragmaticæ, demùm capto, & in fortiam ducto oppoſuit inter alia, attenta diſtantia locorum minimè potuiſſe comparere in termino præfixo, & tamen per iſtam oppoſitionem, ac per alias oppoſitas, vt infrà dicetur, fuit ſuſpenſa ſen-

ten-

tentia foriudicationis, & auditus inquiſitus in eius iuribus, referente Reg. Auditore Franciſco Antonio Salinas meo conſobrino, ſed redeundo ad rem interiectam dico, tempus foriudicationis prædictum abbreuiari poſſe per Proregem, ſtante eius ampliſſima poteſtate, ità Præſ.de Franch.dec.213.num.36. & ipſemet concedit poteſtatem abbreuiandi foriudicationis tempus, ſicut nouiſſimè congerit Reg.de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. rub.de prouiſ. fieri ſolit. nu.46. delictorum tamen qualitate ità exigente, vt ibi nu. 49.ſubſequitur, exemplum patet in hac materia exulum inquietantium publicam quietem, vt in pragm.1.5.9.11. & 13. de exulibus, vbi certum tempus ſtatuitur ipſis foraſcitis comparendi, quo elapſo pro veris foriudicatis reputari mandatur, & ità paritèr nouiſſimè mandatum fuit Reg.Aud.Calabriæ citrà, vt contra committentes homicidia cum ſclopis poſſit procedi cum breuiamento dierum quindecim ad ſententiam foriudicationis, nō obſtante Conſtit.Regni, ſicut hodiè viſa vtilitate pragm. prædictæ fuit per generalem ſanctionem omnibus Regni Officialibus mādatū, procedi cōtra omnes homicidia cōmittentes cū paruis ſclopletis, ſeù ſclopletolis, vt vulgò dicitur, vel piſtolis, vt in prag.47.de armis, promulgata in die 31. Martij 1612. per Excell.Comitē de Lemos iuniorē, tūc Regni Proregem, & poſtremò audiui, aliam deſupèr pragmat.editam fuiſſe, ampliatiuam ad omne genus armorum ſimilium, vbi cum puluere homicidia committuntur, & quidèm res ſanctiſſima fuit ad euitandam frequentiam delictorum prædictorum, ſimilitèr in alijs arduis caſibus ità Prorex mandari conſueuit, abbreuiari tempus foriudicationis, vt aliàs vidi in quodam matricida procedi huiuſmodi de ordine Excellentiſs.Proregis, ità mandantis Regiæ Aud.Calabriæ citrà, & non eſt dubium in iure, quod iſtis delinquentibus vnus terminus peremptoriè conceditur, vt in Conſt.Ad reprimendum, & ibi gloſſ.in verb.in termino, & idcircò duxi aliqua breuitèr notatu digna diſſerere, concernentia materiam iſtam abbreuiamenti temporis foriudicationis, quæ ſiquidèm in nonnullis caſibus ventilatis occurſis in Reg.Aud.Calabriæ citrà incidere facilè poſſint, alibi exiſtente generali pragmatica nouiſſimè promulgata, vt dixi ſuprà, & primò reſoluitur dubium, quod ſtante termino prædicto quindecim dierum præfixo, non comparentibus, reputentur contumaces, & foriudicati, vel decem, aut quatuor dierum, iuxtà alias pragmaticas, an poſſint iſti foriudicati in illo vltimo die occidi, notabilitèr Foller.in praxi crim.rub.banniantur, nu.63. mouet dubium ad intelligentiam pragm. dantis licentiam, poſſe impunè occidi citatos ad foriudicandum, qui non comparuerint infrà terminum decem dierum, & concludit, quod non, ſed expectari debet lapſus dierum præfixorum, ſecundò, aliàs dubitatum fuit in Regia Aud.Calabriæ citrà in cauſa cuiuſdam inquiſiti de recaptu, qui cùm non potuiſſet habere recaptum, interfecerat detentum, ob quod fuit foriudicatus, iuxtà formam Reg.pragm. Comitis Oliuares, poſtmodùm in fortijs Curiæ detentus, oppoſuit plures nullitates actorum aduerſus ſententiam foriudicationis, & non eſt dubium, quin foriudicatus exiſtens in poſſe Curiæ poſſit ſua iura proponere aduerſus contumaciam, nullitèr ſecum contractā, & alias fortè nullitates exiſtentes proponere, ſecundum ea, quæ fuerunt deciſa in S.C. authore Præſ.de Franch.dec.673.& 674.primò etenim oppoſuit nullitatem citationis, ex eo, quod contumacia non fuerat ritè, & rectè cōtracta, nàm prima dumtaxat contumacia incuſata apparebat, item quia ex arctatione termini præfixi ad comparendum, attenta diſtantia locorum legitimè comparere non potuerat, prætereà in citatione prædicta contra ipſum expedita, cum inſertione capituli eiuſdem pragmaticæ erat etiam expedita citatio ad foriudicandū, & fuerunt citati agnati, & cognati, nec contra illos contumaciꝑ alitèr incuſatæ, & quòad primam nullitatem dicebatur, non fuiſſe ſeruatum ordinem iudicij in incuſando contumaciam, poſtquàm dùm aderat pars quærulans, ad ipſam ſpectabat incuſare, & non ad Fiſcum, vt per Foller. in rubr.accuſentur contum.num.15. & meliùs in criminalibus concludit Batthol. de Capua in Conſtit.Pœnam eorum, licèt id etiam Fiſco competat, cùm vicē accuſatoris teneat, Carauit.in ritu 20.in princ. & in hoc paritèr dicebatur per Fiſcum, non alitèr fuiſſe ordinem iudicij ſeruatum circà incuſationem, quamuis Fiſcus nunquàm in mora eſſe cenſeatur in contumacijs incuſandis, iuxtà prag. 5.§.2. de citat. tamen re integra id erit intelligendum, non autem exiſtente interuallo tēporis, nàm reſpectu iſtius capitis nullitatis allegata corruere videntur, cùm ſimus in criminibus ità exceptuatis, in quibus proceditur iuxtà ordinem proditum in dict.pragm. adeò quod contumax ſatis dicitur, qui per hanc pragmaticam vocatur infrà terminum ab ea ſtatutum, ſi non comparuerit, vt in terminis comprobat Carauit.in d.prag.1. n.25. de exul. ſed difficultas, quæ nimium vrgere videbatur, erat, quia in dicta citatione aderat incluſa citatio foriudicationis, vbi paritèr agnati, & cognati citabantur, nec apparebat, omnes fuiſſe citatos, & quod peius non fuerat ſeruatus ordo incuſandi contra eos contumacias, adeò quod potuiſſent comparere, & aliqua allegare contra ſententiam foriudicatio-

Digitized by Google

tionis,& propterea attentis allegatis inſtabatur,non poſſe procedi ad exequutionem ſententiæ prædictæ, quinimmò omnibus diſcuſſis in Tribunali fuit votatum, quod ſuſpenſa exequutione ſententiæ foriudicationis audiretur inquiſitus, referente Reg. Aud. Franciſco Antonio Salinas, tertiò difficultatum fuit,ſi conceſſa poteſtate abbreuiandi tempus foriudicationis in aliquo delicto requiratur banni promulgatio priùs, vt poſſit ad foriudicationem deueniri,vel omiſſo banno ad vlteriora procedi, hoc contingit dubitari in cauſa cuiuſdam matricidæ, & clarum eſt in iure, vt antequàm quis foriudicetur, vt priùs banniatur, ità mandatur in Conſt. Pœnam eorum, vbi ſingulatitèr notat And. in princ. dependet enim foriudicatio à bannitione, ex quo niſi priùs quis banniatur, nunquàm foriudicatur,& ponderat ad id text. in Cap. Regni Siuè quis ſit foriudicatus,in verſ.ibi,quam foriudicationem tunc tantùm procedere volumus,cùm bannitus fuerit ob contumaciam criminis,cuius pœna eſt mors naturalis,& ità exorditur tela iudicij criminalis per Foller. in eius praxi,in rub. banniantur, in princ. & in alia rub.foriudicentur, in princ. & ſubdit ibi And. quod Iudices M.C.V. nunquàm foriudicant,nec bona confiſcant bannitorum, excepta tertia mobilium, niſi in publicatione banni conſter per publica documẽta,vel aliàs legitimè,& ex tunc computat annum,& benè, hæc nàmq; foriudicatio fit elapſo anno à die banni,iuxtà alleg.Conſt. verumtamen cùm hæc ſolemnitas ſit iuris ciuilis, dùm proceditur ad modum belli, vel militari modo, vel cum abbreuiamento foriudicationis, omitti poteſt, quod Princeps facere poteſt, vt aliàs dixi, & ideò referente eodemmet Auditore fuit proceſſum ad ſentẽtiam foriudicationis, non obſtãte banno, quartò fuit difficultatum in cauſa illorum dell'Alimena de Montealto, qui interfeci fecerant quendam Doctorem per intermediam perſonam cum ictu ſcloplitti,& per diſpoſitionem allegatæ pragmaticæ fuit proceſſum contra occiſorem ad ſententiam foriudicationis infrà dies quindecim,an contra mandantes eodem modo procedi poterat, & licet Troyſ. in ritu M. C. V. 276.nu.32.teneat,quod non extendatur pragmatica, loquens de ictu ſcloplitti ad mandantes,ſed id procedit quòad pœnam, nõ quòad modum procedendi,& propterea in iſto modo procedendi,cum optima diſtinctione tradita à Iul.Clar. lib.5. ſent. §.fin.q.89. num.2. fuit concluſum,poſſe contra mandantes procedi eodem modo,& ità exequutum, referente memorato Reg. Aud. & cauſæ Commiſſario,quia hoc ſtatutum,non ad perſonam, ſed ad rem ſe referebat, hoc eſt, mandando procedi cum abbreuiamento foriudicationis cõtra committentes homicidia cum ſclopittis, & pariter confirmatum per Collater. Conſil. de anno 1612. quintò fuit difficultatum in cauſa cuiuſdam homicidiarij de Dipiniano, citati cum poteſtate prædicta, & dùm erat procedendum ad ſententiam foriudicationis, agnati ipſius oppoſuerunt nullitatem citationis, ex eo,quod citatio fuerat expedita vno die,& alio die intimata, verùm in relatione facta per nuncium ſimplicitèr dicebatur, die tali in timaſſe inquiſitum in domo, ſed non dicebatur,hodie prædicto die, vt moris eſt in citationibus obſeruari,& relationibus, ſicuti in ſpecie retulit Foller. in eius praxi crim. in rub.capiat.informat.num.2. nàm propter incertitudinem dierum non poterat contumacia incuſari,& ob id fuit iudicatum, iterùm citari, referente ſupradicto Reg. Aud. cauſæ Commiſſario.Paterni.

In ſpec.56. cauſæ cognitio non requiritur, vide Camp.in cap.de violentijs,nu.5.& dixi ſup.in prædicam.Subſtantiæ,q.3.n.7.

In ſpec.57.Ang.Scial.in prax.foriud.c.25.n.47.

In 58.ſpec.ordo iuris neceſſarius eſt, Carauit.in ritu 2.Affl.in Conſtit.Pacis cultum, num.43. latè Marant.in eius ſpec.in proœm.& ſicut in cauſis priuatorum obſeruatur, ità etiam in cauſis fiſcalibus, de Franch.in prælud. feud. nu.100.Affl.in Conſt.Si dubitatio,num.4. ſed idem Affl.in Conſtit. Pacis cultum, nu.62. in ſpecie loquens de latronibus, & graſſatoribus,concludit,contra eos procedi,iuris ordine non ſeruato,putà procedendo ad furcarum ſuſpendium.

Ibi in iudicio militari nõ eſt neceſſarius, ex quo Rex ità mandat procedi contra tales, nàm ibi ordo eſt,ordinem non ſeruare, Paris in tract.ſind.verb.latro cum fama, & dùm Princeps ità mandat,vel ſummariè procedi, ordo non requiritur,latè Affl.in Conſtit.Pacis cultum,ſub nu.48.vbi proſequitur, in quibus caſibus ordo iuris non ſeruatur,& in enormibus ordo iuris omittitur, Foller. in rub.item ſor. venen.nu.11.

In 59.ſpec. ſolemnitates iuris in actis probatorijs,& deciſorijs ſunt ſublatæ, vide Campagn. in cap.iuris cenſura,n.6.

In 60.ſpec.de iure communi proceſſus eſt fabricandus,& maximè in criminalibus, ſed quomodò,& quo ordine fabricetur,vide Marãt.in ſpec.par.6.in 14.actu,num.10. & iſte pœnalis proceſſus debet eſſe liquidus, vt per Franch. dec.267.nu.3. & in multis caſibus relatis per Affl.in Conſt.Authoritatem, proceſſus debet eſſe ſummarius,& præcipuè in Regno, ſtante pragm.diſpendia litium,de ord.iud. & tantò magis in criminalibus, & licet, vt dixit Author nu.2.in iſtis delictis, in quibus proceditur ad modum belli,non requiratur fabricatio proceſſus,cõcludit in fin.tutius eſſe, quod non

non omittatur, ſed breuitèr regiſtrentur omnia acta, & ità practicatur, ipſi ſiquidèm proceſſus cum crimine extinguntur per mortem delinquentis, Franch.dec.501. num.11. pernecesse enim eſt, ipſos reos citari, iuxtà pragm. allegaras, & proceſſus incipit à citatioue, Carauit. in ritu 299. nu. 2. quæ ſiquidèm citatio formatur ex probationibus, quæ ſunt neceſſariæ, vt dixi ſup. in prædicam. Subſtantiæ. q. 3. num. 5. vndè reſultant contumaciæ, banna, & foriudicationes, ſed quia memoria hominis eſt labilis, l. peregrè, ff. de acquir. poſſeſſ. per ſcripturam conſeruatur, immò omnia conſeruantur, & ità omnes delinquentes, qui non comparuerant, parendo mandatis, facilè obliuioni Curiæ eſſent, ſed per proceſſus dignoſcuntur, & conſeruantur, vt quotieſcunq; in fortijs Curiæ perueniant, condigna pœna mulctentur, contingi paritèr ſolet, proceſſus diſperdi, & comburi, & maximè contra iſtos delinquentes, nè puniantur, aliquandò procurant à Magiſtris actorum, vel Scribis, ipſos occultari, vel diſperdi, aut comburi, vt aliàs vidi dubitari in Prouincia Calabriæ, & per Reg. Aud. fuerunt aliquandò ſub cautione liberati, donec repertis actis alitèr fuerit prouiſum, ſed in hoc caſu extat notabilis deciſio S.C. quod iterùm compilentur, Præſ. de Franch. dec. 707. ſed hìc poſſet dubitari, an ſi fuerit deindè repertus antiquus proceſſus poſt compilationē noui, ſecundū quem debet Iudex iudicare, & ſententia ferri, And. ab Affl. citatus in Conſtit. Cordis nobis eſt, num. 19. concludit, ſecundum primum eſſe iudicandum, quem citat, & ſequitur Maranr. in eius ſpec. in 6. par. verſ. actorum editio, nu. 52. & hoc intelligunt antè ſententiæ promulgationem, ſed ſi ſententia fuerit promulgata cum ſecundo proceſſu, nil iuuaret primus proceſſus.

In 61. ſpec. torqueri nemo poteſt abſq; indicijs, Campag. in cap. tormenta, Par. de Puteo in tract. ſind. verb. an ſtetur, nu. 8. Affl. in Conſtit. Monarchiam, poſt num. 3. & in Conſt. Inquiſitionibus, n. 12. latiſſimè idem Camp. in cap. ſi cum ſceleratis, num. 19. etiam ſi Iudex haberet liberum arbitrium, vt ibi Par. n. 19. concludit Foller. in rub. dentur capitula, nu. 58. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. q. 74. num. 9. & hinc notatur, quod contra Neapolitanos nequit procedi vigore præeminentiæ, abſq; mandato Proregis, benè verum eſt, quod S.C. pro inferenda tortura eis, cognoſcit, an adſint, vel non adſint indicia, Franch. dec. 143. n. 4.

Ibi nu. 2. à tortura contra exules incipiendum regularitèr non poteſt incipi à tortura, Campagn. in cap. ſi cum ſceleratis, nu. 26. tamen in iſtis latrocinijs ex proceſſu informatiuo procedi poteſt, & incipi à tortura ex præeminentia M.C.V. vt in d. cap. ſi cum ſceleratis, & ibi Campag. immò in nonnullis grauioribus delictis, Franch. dec. 143. num. 2. In quibus ità procedi mandatur ex deciſ. S.C. vt per Affl. & ibi Vrſill. dec. 391. & in hoc tantùm compecit arbitrium M.C.V. licèt hoc ſit extenſum ad Regias Audientias vigore poteſtatis extraordinariæ eis conceſſæ, procedendi ad modum belli, vt aliàs dixi, licèt contra Neapolitanos ceſſet hæc præeminentia procedendi ex proceſſu informatiuo, virtute priuilegiorum Regiorum eis conceſſorum, & hoc abſq; mandato Proregis, communicata rè cum Regentibus Regiam Cancellariam, idem Franch. vbi ſup. d. dec. 143. & ad rem ipſam deueniendo dixit Author ſuam opinionem confirmando, vt poſſit procedi ad torturam contra exules, ſtante vitæ, & conditionis leuitate, ac ſama diſſamationis probata, vt per Campagn. in d. cap. ſi cum ſceleratis, ſama etenim vehemēs, indicium proculdubiò ad torturam facit, Gramm. dec. 34. nu. 52. & 53. & vide Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. q. 21. in princ. Blan. in l. fin. ff. de quæſt. nu. 311. cum ſeq. addit inſupèr Author contumaciam ipſorum, ex eo, quia non comparuerunt infrà terminum præfixum, vel foriudicati facti ſunt, ità Carauit. in pragm. 1. de exul. nu. 25. & ſic indicium ſufficiens ad torturam facit contumacia iſta, & bannum eius, qui pro aliquo crimine contumax; & banniius eſt, circumſcriptis cæteris indicijs, idem Gram. vbi ſup. n. 50. & vide ſingularitèr Blan. vbi ſup. n. 293. vbi in ſpecie tangit dubium.

In ſpec. 62. condemnari quis poteſt ex indicijs indubitatis, vide elegantem deciſ. S.C. authore Præſ. de Franch. 372. diſputante articulum, & referente, in contingenti caſu fuiſſe ad pœnam ordinariam quendam inquiſitum condemnatum per M.C.V. ob indicia indubitata, & licet pendente appellatione reus mortuus eſſet, concludit, adhùc ſi ſuperuixiſſet, eum ad pœnam extraordinariam S. C. condemnaſſet, & loquitur in ſpecie in cauſa quorundam latronum, & idem confirmat in dec. 538. in fin. aſſerens, hoc eſſe in praxi S.C. & ità ſeruari vrgentibus grauiſſimis indicijs, etiam reo bis torto condemnare reos ad pœnam extraordinariam tolerabilem.

In ſpec. 63. exules effecti ſunt hoſtes publici, ità etiam & foriudicati, & ità poſſunt impunè occidi, Affl. in Conſtit. Pœnam eorum, nu. 72. dixi ſup. in prædic. Qualitatis, q. 1. n. 2. Angel. Scial. in praxi foriud. c. 15. n. 2.

Ibi nu. 2. quæ amittunt exules, concludit Author ea, quæ ſunt iuris communis, & licet Reg. Rouit. in rub. de exul. nu. 15. remiſſiuè tradat pœnas, quas banniti incurrunt, & quibus iuribus, & commodis priuentur, & an ſuccedant ab inteſtato, proptereà breuitèr dico, quod aut loquimur ſecundum ea, quæ ſunt de iure communi ciuili, & principalitèr perdunt omnia beneficia, in ſtatutis municipalibus contenta,

G &

& alia relata per Iul.Clar.lib.5.ſent.§.fin.q.71. item deſinit eſſe eius quòad eius commoda, ſecùs quòad incommoda, Foller.in rub.banniantur,nu.37. & ideò bannitus extrà protectionem Ciuitatis eſſe dicitur, ſeparatuſq; à beneficijs alijs ciuibus competentibus, Carauit.in ritu 220.num.4. ideò ad collectas tenetur, Affl.in Conſt.Clementiæ, n.19. Campag. in cap.porrecta,nu.81. immò ſi fuerit bannitus Electus creatus in Ciuitate,impedienda erit adminiſtratio, donec per ſententiam fuerit terminatum, Montan.in pragm.2.de admin.Ciuit.nu.364. immò & matrimonium diſſolui poteſt,non tamẽ quòad vinculum,ob crimen latrocinij ſectantes vitam, aut per ſuſceptionem latrocinantium, §.mitiores, & §. ſi igitur,auth.de nupt.licet non procedat in foriudicato,vt tenet Affl.in Conſt.Pœna carcere,ſub nu.4.immò nec filij ipſorum poſſunt contrahere matrimonium, durante banno ſuorum parentum, gloſſ.in Cap.Regni Satis conſtat,verſ.quorumlibet, licèt loquatur in proditorum filijs, quod malè ſeruatur hodie, item bannitus pro cauſa criminali non poteſt comparere, etiam per procuratorem in alia cauſa ciuili,Frãch.dec.271.n.7.ſed nõ amittit ea,quæ ſunt iuris naturalis,vt patria poteſtas, Clar.vbi ſup.n.7.vbi limitat, in vno caſu non procedere,ſimilitèr nec ius agnationis, vel filiationis, inſpecto iure naturali, quoniam naturalia ſunt immutabilia, §.ſed naturalia, inſtit.de iur.nat. ſed inſpecto iure ciuili amittit omnia, quæ ſunt annexa huic iuri, vt ſucceſſiones,& alia,Vrſill.dec.361.nu.23. immò nec dominium,nec poſſeſſionem ſuorum bonorum retinet,Franch.dec.213.n.11.& eius bona filijs quæruntur,vel agnatis, idem ibid.

In ſpec.64.vide Angel.Scial.in praxi foriud.cap.24.num.2.

In 65.ſpec. exules verè effecti ſunt forindicati Reg.Cur.& hoc,quia non comparuerunt infrà terminum præfixum à Reg.pragm.Muſcatell. in eius praxi crim.rub.de pœnis furti, nu.39. ſicuti enim contumax, qui non comparet infrà annum,foriudicetur, Foller.in praxi, rub. banniantur,n.1. ità in caſu noſtro per lapſum temporis præfixum à Reg.pragm. ad comparendum,non comparentibus ipſis, verè foriudicati dicuntur. quod facit pro pragmaticis nouiſſimis, in quibus abbreuiatur tempus foriudicationis, relatis ſup. in ſpec.55. & id etiam confirmat Carauit.in d.pragm.1. de exul.num.25.& ad hoc notandum eſt id,quod dixit Affl.in Conſt.Pœnam eorum, num.53. quod Rex poteſt pro bono communi, multiplicatis malefactoribus in Regno, ſtatuere legem, vt ſi citatus pro capitali cauſa non comparuerit, foriudicetur, non expectato anni circulo, dummodò ſit præfixum tempus congruum ad comparendum, non anguſtum,vt ſup.dixi in 55.ſpec.n.4.

Ibi nu.2.banni terminus à quo tempore currit, concluditur,à tempore præfixo in ſtatuto,ſeù in pragmatica,idem Muſcatell.in d.rub. allegata,& in ſimili videnda eſt deciſ. de Franch. 360.nu.2.& nota ibi,dùm dicit Author,quod reſpectu futurorum foraſcitorum à die, quo cœperunt ire per Campaneam currer terminus, ex eo,quod per præcedentem publicationem cenſetur futuros foraſcitos notitiam habere de præteritis, at antè publicationem banni ſi quis haberet notitiam, non operaretur tunc publicatio,idem Præſ.de Franch. vbi ſup.n.5.& 6.

Ibi n.3.adde Conſil.Campan.reſol.8.n.1.

Ibi nu.4.vbi fieri debet publicatio, ſi erit publicatio banni facienda cõtra delinquentes particulares, regularitèr fit in locis delictorum per loca conſueta,vt per Foller.in d.rub. banniantur,nu.3. ſi verò eſſent banna generalia, ad hoc,vt ligent,ſimilitèr promulgari debent in locis ſolitis,& conſuetis, Gramm.dec.47. nu.9.& ideò quando promulgantur pragmaticæ,vel banna Regalia, primò publicantur Neapol.deindè reſcribitur per Proregem Regijs Præſidibus Prouinciarũ, & p eos in locis ſibi decretis publicari mandantur, vt pluriès ità vidi ſeruari,& cõmunitèr ſeruatur, & maximè,quando de publica tractaretur vtilitate, vt in ſpecie tradit Franch.vbi ſup. in princ. at facta publicatione banni generalis in Ciuitate,afficit omnes exiſtentes in Ciuitate, Affl. in Conſtit.Homines,nu.4.tamen ſi eſſet facta in Ciuitate Metropoli,omnes de Prouincia afficeret,quapropter publicato banno in Ciuitate, cenſetur eſſe publicatum per totum Regnum, vltrà rationem adductam per Authorem hìc,quia Neapol. eſt caput Regni, & Prouinciæ Terræ laboris.Franch.vbi ſup. n.4. ſed quando eſſet expreſsè cautum, vt publicaretur in omnibus locis, tunc perneceſſe erit publicari per omnia loca.& ità particularitèr fuit in præſenti banno de anno 1583.obſeruatum,in quo fuit mandatum, vt delinquentes alios occidentes gauderent indulgentia, at cũ caſus contigiſſet,facta publicatione Neap. & in Prouincia Baſilicatæ poſt multos dies, deindè in quadam Terra, & die præcedenti fuerat commiſſum delictum ibi,& ipſe delinquens capiendo alium inſtabat pro indulgentia,ex eo,quod bannum non porrigebatur ad futura delicta, & tantò magis,ſtante publicatione banni facta Neap.& in Prouincia tantùm,& licet fuiſſet contra inquiſitum iudicatum,tamen per S.C. fuit pro inquiſito determinatum,& confirmatum per Collat. Conſil. vt gauderet indultu,authore Præſ. de Franch. in d.dec.360.quem citat Reg.Rouit.in rub.de exul.n.9.& 10.

In ſpec.66. Ang.Scial.in prax.foriud.cap.23.n.5.

In 67. ſpec. co̅ntra foraſciros non eſt opus nouo proceſſu; immò nouis defentionibus, vide Angel. Scial. in praxi foriud. cap. 25. n. 8. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. q. 94. nu. 12. & Campag. in cap. ſiuè quis, nu. 24. vbi limitat, exiſtente legitima cauſa abſentiæ, ſeù captiuitatis, ità etiam ſubſequitur Foller. in rub. audiantur excuſatores, nu. 60. licet contrarium teneat Afſl. in Conſt. Pœnam eorum, nu. 70. & ibi n. 82. ſubſequitur, quod foriudicatus quandocunq; venerit in fortiam Iudicis, non requiritur alia ſententia condemnatoria, niſi quod mittatur ad furcas, vel incidatur capud à ſpatulis, ſed hodie inoleuit practica tradita hic per Authorem, vt fiat recognitio ipſius, vel per confeſſionem ipſius, vel ſi negauerit, per probationem teſtium, vt antè ipſum examinat Foller. in rub. foriudicentor, in fin. in verſ. vt nihil remaneat, in princ. & ſequitur Frãch. dec. 688. & in ſimili idem tradit Afſl. in Conſt. Humanitatem, nu. 28. & ità communitèr obſeruatur, poſtmodùm expeditur citatio ad dicendum cauſam, quarè non debet ſentētia foriudicationis exequutioni demandari, vt concludit hic Author, aſſerens, ità ſeruari, & ità ſeruari vidi in Prouincia Calabriæ citrà; poſſet enim aduerſus ſententiam foriudicationis allegari aliqua nullitas, quæ indifferentèr admittitur, vt ibi Foller. nu. 5. refert, & Franch. d. dec. 688. nu. 1. ità & foriudicatus paritèr exiſtens carceratus, non impeditur opponere, quę non fuerunt oppoſita tempore citationis ad foriudicandum, vt nouiſſimè teſtatur Franch. dec. 673. & 674. vbi deciditur, quod dùm fuiſſet oppoſita exceptio per agnatos tempore citationis ad informandum, ſecuritatis, & guidatici, M.C.V. proceſſit ad ſententiam prædictam, oppoſitis non obſtantibus, poſtmodùm exiſtente reo carcerato fuerunt per eum iterùm oppoſitę exceptiones reiectæ, & per S.C. fuit declarata ſententia foriudicationis nulla, vt in d. dec. 673. ex cauſa contumaciæ incuſatæ, pendente ſecuritate, ſed an eo non exiſtente in carcere poſſit pro eo de nullitate ſententię dici, vide eundem Franch. dec. 688. vbi extat deciſum, procedi poſſe ad diſcuſſionem nullitatum, circumſcripta comparitione de perſona, & deindè confirmatum in reclamatione.

In ſpec. 68. vide Angel. Scial. in praxi foriud. cap. 19. ſub n. 27.

In 69. ſpec. Auditores an poſſint ab Audientia diſcedere, & certum eſt, quod non, vt extat Ritus ſeptimus M.C.V. & ibi in ſpecie Carauit. num. 1. notat, dùm loquitur de Auditoribus, quibus expreſsè prohibentur diſceſſus ſub pœna priuationis officij, & tradit cautelam de hoc pro Fiſco, & meliùs demonſtratur in pragm. 7. de offic. Iuſtit. vbi limitat, hoc in caſu magnæ importantiæ, occurrendo fortè in Prouincia, & expedit accedere vnus ex Auditoribus, ſi ità fuerit concluſum in Tribunali coràm Gubernatore, ac alijs Auditoribus, & Fiſco, & hoc iure vtuntur paſſim Auditores, quando diſcedunt ab Audientia, & limitatur etiam hoc alio modo, non eſſe neceſſariā iſtā concluſionē, quando aliquis ipſorū diſcederet ab Audientia, & ſe conferret in aliquo Caſali Ciuitatis, vbi reſidet ipſa Reg. Aud. & hoc facit pro Reg. Aud. Calabriæ citrà, q̄ reſidet in Ciuitate Coſētiæ, quæ habet multa Caſalia ei adiacētia, & quādo aliquid occurit, vt Auditor accederet ad Caſalia, abſq; alia diſcuſſione accedit, & ità paſſim obſeruari ibi vidi multoties, ex quo vnum corpus cum Ciuitate reputantur Caſalia, & ipſa veniunt appellatione Ciuitatis, maximè quando de exercenda iuriſdictione tractatur, vt in caſu iſto, vel muneribus ſubeundis, vt ſingularitèr tradit Afſl. in Conſt. Proſequitur, ſub nu. 11. & per talem doctrinam decreui vti Iudex iſtius Ciuitatis Theani, Caſalia ipſius eſſe obligata ad contributionem onerum fiſcalium, non obſtante quod in prouiſionibus Regiæ Cameræ non fuiſſent ſpecificè nominata, ſed tantùm ipſa Ciuitas, & ità exequutum de menſe Aprelis 1614. limitatur tū, prędicta nō procedere, quādo Caſale eſſet diuiſum quòad iuriſdictionē, vt per Præſ. de Franch. dec. 129. præterea non tantùm Auditoribus hoc eſt inhibitum, ſed etiam omnibus Officialibus, vt in d. ritu, etiā in Continuis S.E. qui licet petierint licentiam, & non obtinuerint, ſi diſceſſerint, officio priuantur, vt fuit deciſum in Collat. Conſil. teſte Vinc. de Franch. dec. 455. ſed hìc incidit dubium, an proprijs impenſis diſcedere debeāt, Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. rub. de elect. Official. §. 6. nu. 16. dixit, quod Præſides, & Auditores Prouinciarum proprijs expenſis per ſuas Prouincias iter facere debent, quod malè ſeruatur, & propterea quando diſcedunt pro cauſis fiſcalibus, quolibet die conſequuntur ſalarium ducatorum trium, in quo habebitur ratio ordinariæ prouiſionis, & excomputetur totum illud, quod illa die conſequuntur ex ordinario ſalario, ſi verò ad inſtātiam partium diſceſſerint, ad rationem quatuor ducatorum pro qualibet dieta habebunt ſalarium, nulla facta excomputatione ordinarij ſalarij, ſed hìnc incidit quæſtio, quia ipſi Auditores quatuor teſtes tenentur vno die examinari facere, ſi in vno die plures teſtes eſſent examinati, an tantùm quatuor ducati conſequentur, vel habita ratione teſtium, eſt enim practicabile inter Auditores Prouincialibus, & proptereà dico, integrum ſalarium deberi, habita ratione numeri teſtium, ità quod ſi plures fuiſſent examinati vno die, non tantum pro illo die, ſed quantum erit numerus teſtium ſalarium debetur ad rationem quatuor teſtium cuiuslibet dietę, & ità Alber.

per gloſ. in l. eos, §. qui pro ſe milite, ff. de falſ. concludit, quod ſi Officialis, cui quolibet die aſſignatum eſt certum ſalarium, & in vna die tantum fecit, quantum facere debeat in duobus diebus, debet habere ſalarium duplicatũ, & ibi Carauit. in addit. ad d. §. qui pro ſe, in ſpecie notat, pro dietis Auditorũ huius Prouinciæ Calabriæ, & Commiſſariorum, vbi ſubdit pro intellectu Frecc. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Dux, nu. 35. & Cotta in verbo diploma, & ità vidi obſeruari in dicta Prouincia Calabriæ citrà per triennium quaſi, dùm ibi degebam in Ciuitate Coſentiæ, ad ornatum vide Ang. Scial. in prax. foriud. c. 19. ſub n. 27. citantem Authorem.

In 70. ſpec. creatio Alguzeriorum fit à Præſide, Auditoribus, & Aduocato fiſcali, iſtæ perſonę ſolent per Curiam deputari Magiſtro Camerario, quæ debent ſeruire ſuo officio, vt tradit Affl. in Conſt. Quæſtiones, num. 8. vbi ſubdit, & ſic ipſe non eligit ſibi familiam, ſed Regia Curia, tamen reſpectu Præſidum Prouinciarum particularitèr ad ipſos dumtaxat ſpectare videtur, creare iſtos ſeruientes, vt colligitur ex Cap. Regni Remedia, & maximè in iſto caſu exulum, vt concludit Author, verumtamen quia in vnaquaq; Prouincia conſtitutus eſt Capitaneus Campaneæ, à Prorege electus, vt moris eſt, ſicut nouiſſimè comprobat Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſolit. §. 3. in princ. & ipſi eligunt milites cum interuentu Aduocati fiſcalis, vt vidi obſeruari in Reg. Aud. Calabriæ citrà, ſed quòad numerum ipſorum licet ſit incertum ex d. cap. remedia, ſecundum neceſſitatem Prouinciarum aliquando ſunt quatraginta, ſicut eſt in Prouincia Calabriæ citrà, & credo, etiam in alijs aliquando plus, & minus, & licet Author dicat, quod etiam infames eligi poſſunt, improbatur hoc in d. cap. remedia, & ibi Campag. nimium extollit, & multorum authoritatibus corroborat, tales non eſſe admittendos.

In 72. ſpec. de exceſſibus Alguzeriorum, & Commiſſariorum cognoſcit Præſes leuato velo, &c. Affl. ſingularitèr in Conſt. Iuſtitiarij per Prouincias, poſt num. 6. in 6. notab. tangit dubium, ſi Iuſtitiarius creatus in Prouincia Calabriæ haberet familiam, antequã eſſet creatus Iuſtitiarius, & poſt creationem quærit, ſi de cauſis ipſorum, tàm actiuè, quàm paſſiuè cognoſcere poſſit, & concludit, quod non, per multa media ab ipſo relata, licèt ipſe loquatur de familiaribus ei ſeruientibus, nos enim loquimur de Alguzerijs, & Commiſſarijs deſeruientibus Curiæ, vbi ceſſat tanta familiaritas, vel ſuſpitio, & hoc inſpecta iſta poteſtate ob delicta talia enormia, quod ampliatur, non tantùm de exceſſibus ſuorum Alguzeriorum, ſed etiam aliorum Officialium ſibi ſubiectorum, committentium tamen delicta prædicta .ſ. latrocinia, vt contingit in anno 1611. in Ciuitate Coſentię contra Alguzerios Locumtenentis Regij illius Ciuitatis, qui cũ iter agerent extrà Ciuitatem ipſam, ab ea longè per tria milliaria in vno hoſpitio inuenerunt duos tranſeuntes cum beſtia onerata rebus æneis, vbi erat abſconſa quædam ſumma denariorum, & ſub certo quæſito colore perquirendi ſurripuerunt ducatos triginta, & dùm eſſent capti per Reg. Aud. idem Locumtenens vigore literarum prouiſionalium Collat. Conſil. inſtabat pro remiſſione ipſorum inquiſitorum, prætendens, ad ſe ſpectare cognitionem delictorum ſuorum Seruientium, & fuit vnanimitèr denegata, attenta atrocitate delicti commiſſi in locis publicis, vbi ceſſat omnis alia prætenſio remiſſionis, & tantò magis grauabatur delictum, dùm erãt Alguzerij, qui ſunt cuſtodes oppreſſorum, & perſequutores malefactorum, & ex Paſtoribus effecti erant Lupi, l. ſi ſeruum veſtrum, C. de furt. exemplo in militibus demonſtratur in l. ſi quis, C. de re milit. lib. 12. vbi viui comburi mãdatur, qui prædam factam diuiſerint cum inimicis, & in ſpecie de Alguzino, qui diuidebat prædam cum furibus, ob quod fuit ſuſpenſus Neap. refert Par. in tract. ſind. in verb. an ex eo, n. 8. quem citat Iul. Clar. in §. *fin. q. 68. n. 9.* quanta enim erit pœna, ſi abſq; *diuiſione* permittendo furari, ipſimet furentur, eapropter inſpecto tali delicto dubitatum fuit in Reg. Aud. ſi contra tales poterat procedi ad modum belli, iuris ordine non ſeruato, iuxtà Cap. Regni Prouiſa iuris ſanctio, & ſi dicatur, diſpoſitionẽ cap. prædicti loqui in famoſis, & inſignibus latronibus, ac diſrobatoribus ſtratarum, pyratis, qui publicè graſſantur, contra quos fama laborat, & id etiam corroboratur in cap. iuris cenſura, ibi, inſurrexerunt latrones inſignes, diſrobatores ſtratarum, incendiarij, violenti, raptores, & aliorum grauium ſcelerum inſolentes enormitèr notabiles, & famoſi, contra quos fama laborat, & ipſorum delictorum graſſantia eos facit quodammodò manifeſtos, & in cap. ſi cum ſceleratis, ibi, quod ſint diſrobatores ſtratarum, aut homicidæ, fures, ſeù latrones inſignes, vel aliorum grauaminum labefactos infamia, at ſi cernimus eorum qualitatem, certè affirmare videmus, rectè non poſſe dici, nec famoſos, nec inſignes latrones, nàm aliqui dicuntur inſignes, & alij famoſi, ſecundum And. in c. 1. §. publici latrones, de pace tenen. relatum per Par. in tract. ſind. verb. quia ſupra dictum eſt contra, ſub nu. 4. quamuis, vt ipſe fatetur, latro publicus, ſeù famoſus nunquàm dicatur, qui ſemel, ſed qui plurièſ furatur, quia tunc erit famoſus, vt ibi Par. num. 2. decidit, vel ſaltim per binum actum, per quem inducitur conſuetudo,

di-

diceretur tunc famoſus latro, Par. vbi ſuprà, verb. latro, in fin. Muſcat. in pract. crim. rub. de furt. rapin. & latroc. nu. 54. & ſubdit, quod ex vnico actu quis non dicitur latro publicus, ex mente aliorum, quæ ſiquidèm qualitas expreſsè requiritur, vt cantãt capitula allegata, & iſta ſunt ponderanda propter capitula Regni, quæ loquuntur de latronibus ſtratarum, dixit idem Par. in alleg. verb. quia ſupra num. 5. & quod vnicus actus non ſufficit, ſequuntur in terminis ità concludendo Bonifac. in tit. de furtis, rob. & latroc. num. 14. & Follet. in rub. etſi confitebuntur, nu. 101. ergo ceſſante iſta qualitate, debet ceſſare diſpoſitio capitulorũ, & hac ratione procedi nequit ad modum belli, ſed hodiè indifferentèr proceditur huiuſmodi contra ſimiles delinquentes, quamuis eſſet minimũ furtum, nos enim non loquimur de ijs famoſis latronibus, aut inſignibus, qui verè dicuntur illi, qui nõ ſemèl, ſed pluriès furantur, Paris d. verb. quia ſuprà num. 2. ſed loquimur de diſrobatoribus ſtratarum, qui propriè latrones dicũtur, dùm hoc publicè faciunt, Par. vbi ſuprà num. 1. & iſti vocantur Graſſatores, & famoſi latrones, non quia ſæpiùs talia committere ſolent, vt putat Gloſ. quam aliqui ſequuti ſunt, ſed quia cum armis aggrediuntur in ſtratis publicis, & vim inferunt, vt notat Muſcatell. vbi ſuprà nu. 19. & huiuſmodi vocantur diſrobatores ſtratarum, cum in publicis ſtratis id committere nitantur, Muſcatell. ibi num. 17. & hæc diſrobatio habet ſimilitèr qualitates, quæ furto ſimplici non conueniunt, vt idem ibidem nu. 18. concludit, quæ ſi quidem qualitates in diſrobatione in ſtrata probandæ ſunt, ſubſequitur ibi num. 37. Muſcatell. & quod diſrobatus fuerit aggreſſus ab aliquibus, ſeù ab vno ex armatis, ſeù armato tali genere armorũ in itinere in ſtrata publica, & in tali loco ipſum diſrobauerunt, nàm hæc qualitas ſemper cum armis, & in ſtratis publicis facit particulare delictum diſrobationis ſtratæ publicæ, ex tex. in d. §. graſſatores, dùm ibi dicitur, graſſatores proximi latronibus habentur, nàm ſi ſunt proximi, ergo non idẽ, inquit ibi Muſcatell. ſed ſi intuamus verbũ, graſſare, idem eſt, quod delinquere, vel animare ad delinquẽdũ, notat Gloſ. in §. ſed ſi quis, verb. graſsãdi, inſt. de ſuſpect. tutor. & ſi in hoc delicto non fuerit probata inceſſio per Campaneam cum comitiua, vt ſunt illi, qui ſtatim recedunt ad domos proprias poſt furtum, ob quod non intrat poteſtas ad modum belli, tamen poteſt etiam extraordinariè procedi ex proceſſu informatiuo, vt notat elegantèr idem Muſcatell. in tit. de priuil. furt. &c. num. 21. ex mente Authoris noſtri, quanto magis in præſenti caſu ità procedendum eſſe videtur, dum iſti Satellites in comitiua inceſſiſſent per Campaneã, vt caperent quẽdam malefactorem, & eius prætextu tale delictum cõmiſerunt; & ideò quemadmodum contra tales latrones, ac diſrobatores ſtratarum proceditur ex proceſſu informatiuo vigore præeminentiæ M.C.V. vt quoquè fatetur Muſcatell. ibi. nu. 54. ità paritèr contra iſtos procedendum erit à fortiori, attenta eorum qualitate, ex eo, quod dum ſunt ſatellites, nulla eis fides adhibetur, niſi ad inquirendum, vt voluit Præſ. de Franch. dec. 379. quocirca contra eos fuit proceſſum ad modum belli, & dum duo ex eis confeſſi fuiſſent, fuerũt laqueo ſuſpenſi, & in fruſtra ſciſſi, de menſe Auguſti 1611. Paterni, referente Regio Aud. Franciſco Antonio Rocca, tunc Iudice M.C.V. cæteri verò conſocij, non tamẽ confeſſi, condemnati fuerunt ad triremes, licèt per M.C.V. liberati, viſa informatione, re tamen pleniùs in Aula diſcuſſa.

Ibidem in fine, tàm actiuè, quàm paſſiuè cognoſcunt de offenſionibus Alguzeriorum, vide ſimilem deciſionẽ cũ nonnullis auctoritatibus ibi adductis per Præſ. de Franch. deciſ. 722. & ego vidi, dum in Terra Foggiæ cõmorarer paritèr idem practicari in Reg. Aud. Menepecudum Apuleæ de offenſionibus factis omnibus Dohanatis per eam cognoſci, quapropterè fuerunt duo ſuſpenſi, qui non erant ſubditi, ex eo, quod in publica ſtrata diſrobauerunt quoſdã Dohanatos violentèr.

In 73. ſpeciali, an poſſit Præſes grauare ſubditos hoſpitijs, & alimonijs, vide nouiſſimè Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. rub. de prouiſ. fieri ſolit. §. 6. per totum, & dixi ſuprà in loco ab Authore noſtro citato, quo ſe remittit.

In ſpeciale 74. quilibet tenetur capere foraſcitos, vide Foller. in praxi crim. rub. banniantur nu. 23. Camp. in cap. Regni, ſiuè quis, n. 5. aduerte circa capturam delinquentium vltra prędicta, quod in delictis occultis eſt arbitraria, & pro ea decernenda ſufficit extraiudicialis informatio, in grauioribus verò ſola ſuſpitio, nec appellatione relaxatur, ſed interim ea pendente captus detinetur, ità Reg. de Põte in tract. de poteſt. Proreg. rub. de prouiſ. fieri ſolit. in princ. nu. 19. adde Conſil. Campanam reſol. 12. ſub nu. 5. & Ang. Scialoyam in praxi foriudicat. cap. 19. n. 20.

In 75. ſpeciale, ſubditi an poſſint cogi ad capturam foraſcitorum, vide notata ſuprà in prædic. ſitus, quæſt. 2. & 3. & per Conſil. Campanã d. reſol. 12. ſub n. 5.

In 76. ſpeciale, modus militaris eſt neceſſarius, & Præſes ex neceſſitate tenetur eodem modo procedere, ſed an idem ſit in modo procedendi ex proceſſu informatiuo, vigore præeminẽtiæ M.C.V. Camp. in cap. ſi cum ſceleratis, nu. 55. dixit, quod cum ſit actus voluntarius, eſt in poteſtate Iudicis, & eius arbitrio proceden-

Digitized by Google

cedēdi ex proceſſu informatiuo; vel ordinariè.

Ibi num.2. ſed non obſeruat, & proceditur aliquādo ordinariè, adde, quod ſi Princeps cōmittit cauſam Iudici, quod ſummariè procedat, & ille procedit ordinariè, valet proceſſus tanquàm ordinarius, & ordinariè factus, Marant. in diſp.4. n.3.

In 77. ſpec. iudicium cęptum ordinariè non poteſt ad modum belli finiri, Conſil. Campana reſol.5. ſub nu.1. citat Authorem Danza de pugn. Doct. tom.3. tit. de pręeminent. num.45. cauſa inſupèr cępta ordinariè, ità finem accipit, Annib. Troyſ. in pragm.7. nu.8. de dilat. & faciunt tradita per Foller. in praxi crim. rub. audiantur excuſat. poſt nu.148. in addit. de hoc, & latè Valaſc. in conſult.78. vbi concludit, iudicium ordinariè cęptum, & plenariè, non poſſe ſummariè proſequi, verumtamen cum hæc quæſtio incidiſſet in Reg. Aud. Calabriæ citrà pluriès, & præſertim in quadam cauſa ventilata in Curia Regij Locumtenentis Ciuitatis Coſentiæ, contra certos inquiſitos de recaptis, vbi ordinariè incęperat agitari, poſtmodùm deuoluta cauſa ad Reg. Aud. vigore reſcripti Proregis Prouinciæ, dubitatum fuerat, ſi poterat procedi ſummariè ad modum belli, ad quod allegabatur deciſ. Carauit. in ritu 287. nu.33. diſputantis, ſi cauſa cępta ordinariè, & poſteà ordo eſſet peruerſus, an de nullitate dici poterit, & concludit contra mentem And. quod non, & id declarat, quando cauſa eſſet incępta ordinariè, & ordo iuris fuerit peruerſus per errorem, non autem, quando ex propria partium voluntate, & conſenſu, quoniam tunc nulli dubium eſſet, quin poſsint pœnitere, & ſummariè procedere, ſed benè hoc ad rem facere non videtur, nàm etiam partes id agere poſſunt, vt cauſa ordinariè intentata, poſsit ſummariè determinari, reſte Marant. in ſpec. par.4. diſt.9. n.213. & hoc contra opinionem Carauit. qui loquitur differentèr à caſu noſtro, nos enim loquimur de Iudice, poteſtatem habente in ſimilibus cauſis procedendi extraordinariè ad modum belli, & proindè ſi fuerit iudicium cęptum ordinariè, nequit extraordinariè determinari, vt concludit Author hic, & ità fuit in eadem cauſa pronunciatum, & in duabus alijs ſimilibus, quod non tantùm procedit in prima inſtantia, vel ſi fuiſſet coràm alio Iudice incępta, & deindè ad alium deuoluta, ſicut in caſu, de quo agebatur, ſed etiam in cauſa appellationis, ſicuti elegantèr tradit Præſ. de Franch. dec.520. de cauſa incępta in M.C.V. per horas, eodem modo in S.C. procedi determinat, limitantur prædicta, niſi id eſſet expreſsè mandatum à Prorege, vt ità procederetur, non obſtante, quod fuerit cępta ordinariè, ad quod facit elegans deciſ. Præſ. de Franch. dec.589. vbi loquitur de abſentia allegata in citatione, expedita ad informandum, & capitula, & poſtmodùm fuit obtentum reſcriptum à Prorege, vt cum abbreuiamento temporis foriudicationis procederetur, indè fuit neceſſe iterùm citare reum, & ità proſequi extraordinariè, ſed quid è contra, an iudicium cęptum ſummariè, poſsit ordinariè proſequi, & determinari, Carauit. in ritu 288. n.28. concludit, quod ſic.

Ibi nu.3. eum citat Muſcatell. in titul. de priuil. fori, nu.22. circà differentiam procedendi ad modum belli, & ex proceſſu informatiuo, nā in iſta poteſtate militari Iudex neceſſitatur ità procedere, vt dixi in præced. ſpec. ſecùs in procedendo ex proceſſu informatiuo vigore præeminentiæ M.C.V. nàm cùm ſit actus voluntarius, eſt in arbitrio Iudicis procedendi ex proceſſu informatiuo, vel ordinariè, vt notat Camp. in d. cap. ſi cum ſceleratis, num.55. iſta ſiquidèm poteſtas militaris dumtaxat Præſidibus Regiarum Audientiarum regularitèr committitur, & Commiſſarijs Regijs deſtinatis per Campaneam, vt nouiſſimè cōgerit Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. rub. de prouiſ. fieri ſol. §.4. nu.1. & ſub iſta militari poteſtate includitur iſta præeminentia procedendi ex proceſſu informatiuo, vt poſſit torqueri, ſed non è contra, adeò quod hæc eſt vna ex præeminentijs M.C.V. procedendi ex proceſſu informatiuo, ſicut patet in d. cap. ſi cum ſceleratis, vbi Camp. n.4. & 24. & in cap. prouiſa, num.9. Carauit. in ritu 259. nu.10. Franch. dec.143. nu.1. nouiſſimè Conſtant. Papa in ſuo opuſc. ad arbitrium M.C.V. in princ. & talis preæminentia ſoli M.C.V. competit, & non alijs Iudicibus inferioribus, aliàs ſic procedentes tenerentur in ſindicatu, Par. in verb. tortura, §. & an ſi quis, verſus fin. alleg. per Campag. in d. cap. prouiſa, nu.9. & ea raro vtitur M.C.V. inquit Camp. d. cap. ſi cum ſceleratis, num.17. niſi in atrocioribus delictis, Franch. dec.143. nu.2. Camp. vbi ſup. n.22. expreſſiùs in dec.391. Aff. vbi Vrſill.

In ſpec.78. Præſes deſtinat Commiſſarios ad capturam informationum, regularitèr Commiſſarij deſtinantur ad capturam informationum delictorum, tàm ad inſtantiam Fiſci, quàm partium, vt nouiſſimè tradit Reg. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. rub. de diuerſ. prouiſ. in tit. de donis, & expenſ. Vniuerſ. nu.6. ſed in Regno deſtinantur per Proreges, & in Prouincijs per Præſides, vidi enim practicari in Reg. Aud. Calabriæ citrà, Commiſſarios in materia iſta exulum deſtinari vnum ex Auditoribus, vel Aduocatum, aut Procuratorem fiſcalem, diſcuſſo priùs negotio in Tribunali, & paritèr in alijs Commiſſarijs deſtinandis vigore prouiſionum Collat. Conſil. nominari debent à Præſide in Tribunali Commiſſarij coràm omnibus Auditoribus, ac Fiſci Patro-

no, licèt malè ſeruetur aliquando ob potentias Præſidum, & ità fuit obſeruatum in mei perſona, dùm fui electus Commiſſarius, tàm à Præſide, quàm à toto Tribunali in Regia Aud. Calabriæ citrà, ad capiendas graues informationes nonnullorum publicè delinquẽtium in Terra Acri, & potiſſimum ſtante verificatione delictorum fuerunt condigna pœna acerrimè puniti.

In 79. ſpec. contra latrones proceditur ex officio, vt in cap. ſi cum ſceleratis, & ratio eſt, quia pro eis imponitur pœna capitalis, & in omnibus delictis, in quibus imponitur dicta pœna, ex officio procedi poteſt, latè Campag. in cap. ſubiungendo, in fine, Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 46. nu. 6. Tarragl. in margar. fiſci, cap. 1. n. 11. & maximè Iudex, qui habet literas arbitrales, vide Marant. in ſpec. par. 6. num. 202. & ità paritèr ex officio perquirere latronem cum furto in domibus, & compellere ad indicandum furem Iudex poterit, latè Gandin. tit. de furt. & latroc. nu. 20. immò contra tales proceditur per inquiſitionem generalem, & particularem, latè Muſcat. in eius praxi crim. tit. de priuil. furti, n. 51.

In 80. ſpec. non poſſunt habilitari ſub cautione inquiſiti, ſeù foriudicati, eum citat Muſcat. in prax. crim. tit. de priuil. furti, &c. nu. 53. & maximè ſi eſſent de hac infamia furtorum notati, quia ex ea communitèr reſultat pœna capitalis, & in prædictis delictis, in quibus pœna capitalis, vel abſciſsio membri imponitur, nõ debet fieri habilitatio, niſi in plena bãca, audito Fiſco, vt in prag. 8. §. itẽ vogliamo, de offic. magn. Iuſt. licèt titulus nõ faciat, quẽ eſſe reũ, vt notat Franch. dec. 330. nu. 7. & reus criminis non dicatur eo ipſo, quod ſit inquiſitus, ſed oportet, quod veritas exquiratur, Reg. Rouit. in pragm. 1. de prodit. num. 33. & ob id an ſit attendendus titulus criminis, vel natura, aut conſuetudo pœnæ in delictis, in quibus veniret imponenda pœna vltrà relegationem, & ex cauſis erit minuenda, concluditur, quod titulus ſit attendendus, vt tradit Capiblanc. in pragm. 8. nu. 265. & 266. de Baron. qui nu. 267. concludit, quod ſi pœna imponatur à iure arbitraria, licet arbitrium non poſſit excedere relegationem, antequàm pœna ſit arbitrata, cauſa poterit dici vltrà relegationem, procediq; poterit ex officio, & denegari habilitatio, & ità in materia habilitationis ſemper titulus obſtat, ſiuè verus, ſiuè non, ſicuti etiam obſtat in materia indultus, vt tradit Reg. de Ponte in dec. 22. nu. 7. vbi limitat, niſi adeſſet ſummaria cognitio veritatis, & proindè ſubdit Affl. in d. Conſt. Humanitare, num. 7. dubitando, ſi Commiſſarij deſtinati ad capiendos ſuſpectos de robaria in ſtrata publica, & ipſi offerant fideiuſſores de ſtando iuri, teneantur recipere dictos fideiuſſores idoneos, & concludit, quod ſic, licet eius practica non ſeruetur, & ad hoc aduerte, quod ſi famuli Curiæ bannitum cepiſſent, poſſunt cõſignare illum Officiali, vel Sindico Vniuerſitatis, vt ipſum tutè teneant, donec ipſi redierint cum maiori familia ad ipſum capiendũ, ità Foller. in eius praxi, rub. notat. cap. de perſon. nu. 21. in alijs verò bannitis comparentibus infra duos menſes à die banni, præſtita cautione de ſe præſentando, non carcerantur, Capyc. dec. 154. num. 3. & in princ. dixit, quod banniti pro homicidio ſe voluntariè præſentantes Curiæ, poſt lapſum etiam duorum menſium, ſi nobiles maximè ſint, poſſunt in Camera poni cum fideiuſſoribus, & cuſtodia.

In 81. ſpec. non poſſunt componi foraſeiti, eum citat Muſcatell. in eius praxi, tit. de priuil. furti, num. 51. adde, quod nec Barones poſſunt componere latrones, Capiblanc. in pragm. 6. nu. 77. de Baron. & an in receptatoribus admittatur cõpoſitio, vide Reg. Rouit. in rub. de recept. maleſact. num. 3. qui allegat pragm. 5. de compoſit.

In 82. ſpec. eum citat Muſcatell. in praxi crimin. rub. de recept. maleſact. num. 37. & dictum Authoris quoad receptatores, & præſtantes victum foraſeitis, intelligit, procedere in illis, qui doloſè, & appenſatè hoc faciunt, non in illis, qui ignoràtèr, vel ſi ſcientèr tamen ob timorem aliquid faciunt, & receptationem, aut victum præſtant, quod nouiſſimè confirmat Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. rub. de prouiſ. fieri ſolit. §. 3. per totum, vide Ang. Scial. in praxi foriud. c. 18. n. 13.

In 83. ſpec. vide latè Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 55. nu. 8.

In 84. ſpec. poteſtas militaris debet inſeri in actis, ex eo, quia eſt poteſtas delegata, vndè delegatus citare debet cum inſerto tenore ſuæ delegationis, latè Marant. in ſpec. p. 4. diſt. 5. num. 59. & 60. & Campag. in extrauag. de vita, & honeſt. cler. verſ. tenore, fol. 5. col. 1. & ità vidi indifferentèr practicari in Regia Aud. Calabriæ citrà in omnibus cauſis tangentibus iſtam poteſtatem militarem, vel vigore Reg. pragm. cum abbreuiamento termini ad foriudicandum, inſeri in citationibus poteſtatem ipſam commiſſam, & ità creditur eis, ſicuti habẽtibus arbitriũ, dicentibus aliquid facere ex eorum arbitrio creditur de eo, quod in ſuis præfationibus aſſerunt, ità Par. in tract. de ſind. verb. an ſi Iudici, poſt n. 1.

In 85. ſpec. in princ. poteſtas militaris eſt priuatiua quòad alios, quæ nàm ſit iuriſdictio priuatiua, vide Præſ. de Franch. dec. 417. n. 7. Aug. Scial. in praxi foriud. c. 26. n. 7.

Ibi num. 2. remiſſio foriudicati non fit ad Barones, & quid in crimine recapti, ſeù diſrobationis in ſtrata, de quo extat pragm. 5. incip. item, quod Officiales Regij, vbi de delict. quis con-

tonutn.deb. in qua diſponitur, poſſe tales latrones publicos, & diſrobatores ſtratarum publicarum à quocunq; Officiali capi, puniri, & caſtigari, & ità attenta præuentiooe capiẽtis remiſſio denegatur, latiſſimè Præſ. de Franch. dec. 142. & in dec. 722. num. 15. dixit, quod Barones huius Regni non debent conquæri de pragmatica facta contra diſrobatores ſtratarum, à quibus eis adimitur iuriſdictio eorum vaſallorum, quando ab eis capiũtur, qui etſi ipſi alios capiunt, pragmatica prædicta vtuntur, quamuis Foller. in praxi crim. rub. audiantur excuſatores, nu. 89. vſquè ad nu. 166. cum ſeq. concludere videatur contra Officiales Regios in fauorem Baronum, & nouiſſimè Reg. Rouit. in fol. 72. qoos citat Capibl. in pragm. 8. de Baron. nu. 233. ponderantes, pragmaticam ipſam loqui tantùm de Officialibus Regijs, non autem Baronalibus, contrarium ibi Franch. in fio. ſubdens, etiam quando accideret in vaſallis Baronum, quia omnibus poteſt obeſſe, vel prodeſſe, & idem Foller. vbi ſup. nu. 169 poſt longam diſcuſſionem licèt dicat, pluriès pro ſua opinione obtinoiſſe, hoc eſt pro Baronibus, tamẽ hodie, vt ipſe fatetur, eſſet impoſſibile, immò miraculum, eo caſu obtinere remiſſionem, quod vix petmittitur contradici, etſi permittatur, id non fit abſq; contemptu peteotium, eandem opinionem confirmat Capibl. vbi ſup. nu. 232. & nouiſſimè Muſcatell. in pract. crim. tit. de furtis, & rapin. & in ſeq. tit. de pruil. ipſorum, nu. 56. nàm adhùc Barones dicuntur Officiales Regij, Franch. dec. 274. nu. 3. licèt largè, Carauit. ritu 49. num. 7. & ità memini, in duobus caſibus fuiſſe denegatam remiſſionem per Reg. And. Calabriæ citrà, dùm ibi commoraret in Ciuitate Coſentiæ, & quatenus eſſet facienda remiſſio, an erit facienda per Officialem, cui fuerat facta conſignatio inquiſiti per alium capientem, Franch. dec. 342. concludit, quod non, cùm ſit caſus extrà pragm. & in ea non comprehenſus, ſed quid in Clerico diſrobatore ſtratarum, an pro eo ſit faciẽda remiſſio ad Curiam Epiſcopalem, hæc quæſtio incidit nouiſſimè in eadem Regia Aud. Calabriæ in quodam Clerico in minoribus conſtituto, qui pluriès tale delictum in ſtratis perpatrauerat, immò & ſacrilegium quoq; furando animalia Eccleſiæ S. Franciſci, & dùm eſſet in fortijs Curiæ oppoſuit, ſe eſſe clericum, & dato termino ad docendum de clericatu, nihil probauerat, ob quod fuit deciſum, cauſam eſſe decidendam in Reg. Aud. & procedendum ad vlteriora, ſed quid ſi verè eſſet clericus in minoribus, ob enormitatem delictorum prædictorum an ſit remittendus, videbatur dicendum, quod ſic; cùm clericus ſit penitùs exemptus à poteſtate Imperatoris, & hoc eſt de iure Diuino, Gramm. in voto 33. nu. 7. & ibi num. 3. inquit, Cœleſtinum Tertium dixiſſe, Clericum nec à Rege, nec ab altera perſona ſęculari iudicari poſſe, & fori priuilegiom emanaſſe à iure Diuino, Gram. ibi nu. 16. tamen in Clerico conſtituto in minoribus, dùm per iſtum actum exercitij armorum ſęua committendo, quæ ſunt contraria ordini, talia ageret delicta, Eccleſiaſticum priuilegium perdit, Foller. in rub. audiantur excuſatores, nu. 48. & inquit Capyc. dec. 161. ſub nu. 1. quod ipſo facto perdit priuilegium, & ſingularitèr tradit Franch. dec. 463. num. 7. quod licet requiratur trina monitio, vt Clericus perdat priuilegium fori, nihilominùs hoc noo procedit in eo, qui dimiſſo habitu eſt inueteratus in aggreſſuris, & tiranoijs, & ibi loquitur de clerico forbannito, inquietatore publicæ quietis, adeò quod ſi eſſet in ſacris conſtitutus, dùm de fureo cum comitiua inquietaretur, & adulterio violentèr commiſſo, ob talia delicta citrà incorrigibilitatem degradatiooe meretur, vt in facti contingentia ſeruatum fuiſſe teſtatur Angel. de maleſ. verſ. & ibi capud à ſpatulis, nu. 38. in fiue, & in ſpecie in turbatore publicæ quietis aliàs in clericis conſtitutis in ſacris contingit, quinimmò per Senatum Mediolanẽſem fuit quidam Clericus eiectus à Ciuitate, & loco perturbationis ad tempus, authore Iulio Claro lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 36. num. 20. ſed verè cognoſcit Iudex laicos poſt degradationem factam per Epiſcopum, & potiſſimum io iſta materia furtorum in ſtrata vide Franch. dec. 571. in caſu enim allegaro occurſo in dicta Reg. Aud. fuit de altero dubitatũ, nunquid cõparente Epiſcopo, & appellante à ſententia prolata per ipſam Reg. Aud. vt cauſa remaneret, erit ſuperſedendum in exequutione iuſtitiæ, vel procedeudum, videbatur dicendum, eſſe ad vlteriora procedendum, poſtquàm dùm proceditur ad modum belli, proceditur leuato velo, de facto, iuxtà alleg. cap. ſi cum ſceleratis, & in hac materia appellatio ceſſat in cauſa principali, ergò in cauſa acceſſorij videtur paritèr ceſſare, cùm acceſſorium ſequatur naturam principalis, l. cùm principalis, ff. de reg. iur. & quando cauſa eſt ſummaria, indè omnes articuli ſunt ſummarij, Marant. in ſpec. 4. par. diſt. 9. nu. 40. & incidentia, & emergentia in cauſa principali ſunt eiuſdem oaturæ, cuius eſt cauſa principalis, quia naturam eiuſdem cauſæ principalis aſſumit, Franch. dec. 513. nu. 1. & 637. item quando interloquutoria interponitur ſuper declinatoria fori, declarando ſe Iudicem competentem prouidentem, eſſe cauſam remanendam, ſi à tali decreto appellaretur, non debet Iudex ad vlteriora procedere in cauſa, maximè quando peteretur ad inſtantiam tertij, ſcilicèt Baronis remiſſio vaſalli, per ea, quæ tenet Carauit.

in

in ritu 259.nu.19. ſed contra eum plutimum inſtat,contrariam ſententiam ſequendo Muſcatell.in praxi S.C.lib.2. par.1. gloſ.ſententia,n.188.& ſeq.ſed his non obſtantibus contrariũ apparet verũ eſſe,& proindè nõ obſtat contraria de acceſſorio,quod ſequatur naturã principalis,nàm eſt vera, dummodò non generetur præiudicium tertio, vt in caſu noſtro,& quòad incidentia dico,procedere in iudicijs ciuilibus, & criminalibus, in quibus idem Iudex ſęcularis eſt Iudex competens, ſed quando eſſet incompetens, ceſſarent vtiquè allegata, adeò quod Iudex Eccleſiaſticus eſt Iudex compętens, & cognoſcit de cauſa merè ſpirituali clericatus, etiam quod incidentèr tractetur coràm Iudice laico, ità Præſ.de Franch. deciſ.189. num.3. & maximè hæc cognitio clericatus, nàm principalitèr ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, licèt incidentèr ad inſtructionem Iudicis ſęcularis ad eum pertinere videatur, Carauit. in ritu 235. num.4. vltimò, non obſtant adducta,tàm per Carauit.quàm per Muſcatell. ſibi inuicem contrarios, ex quo loquuntur in vaſallis Baronum, qui etiam vaſalli Regis dicuntur, quia in eos habet Rex dominium directum, & multotiès ab eis cauſas auocat ex aliqua cauſa legitima, ſed nos lòquimur in clerico,& iſti clerici ſunt penitùs exempti à iuriſdictione ſęculari,diuiſum .n. Imperium cum Ioue Cęſar habet, vt dixi, prætereà in cauſa ſtatus datur appellatio,inmò reclamatio,vt fuit deciſum in S.C. Franch. deciſ.684. quanto magis in caſu noſtro debet admitti, cùm cauſa ſtatus perſonæ dicatur grauis, & magna; Afflict.in Conſtit.Proſequentes,n.18. & in particulari adducitur punctualis deciſio relata ab eod.Pręſ.de Franch.dec.637.vbi apparet, fuiſſe admiſſam reclamationem per Collaterale Conſilium ab incidenti in cauſa criminali, non obſtante, quod non detur reclamatio à decretis ibi prolatis, & demùm audiui, relata cauſa prædicta per Reg.Aud. Lęlium Thomaſium patricium Capuanum, cauſæ Commiſſarium,de menſe Maij, die 30. anni 1613. in Tribunali fuiſſe prouiſum per ipſam Reg. Aud. dictum aſſertum clericum inquiſitum,vt ſuprà,eſſe tormentis ſubijciendum, & interim ſtante appellatione interpoſita per Epiſcopum Caſſanenſem à decreto primo loco lato,eſſe certiorandum Excellent. Proregem,& ità exequutum.

In 86.ſpec.defenſionibus renunciare poſſunt, vide Auguſt.ad Angel.de maleſ. verſ.qui Iudex dictis inquiſit.nu.12.Par.de ſind.verb.quia ſupra dictum eſt,n.7.

In 87.ſpecial.cadauera damnatorum an concedantur petentibus, latiſſimè Iul. Clar. lib.5. §.fin.quæſt.100.ſed non corpora latronum, debent enim ſemper ſtare in furcis ob exemplum aliorum,vide Par.de ſind. verb.quia ſuprà,nu.8. & ità vidi obſeruari in Regia Aud. Principatus vltrà,& Calabriæ citrà, immò in omnibus Audientijs ità ſeruatur, & in capitibus foraſcitorum ſolent pro eorum ignominia,ad demonſtrandum, eos fuiſſe capita factionum malefactorum,imponere coronam aureipellis, & in ianuis Ciuitatum affigi,vt multotiès vidi.

In 88.ſpec.Audientia denegatur contumaci, Carauit.in ritu 220.n.2.& 269.n.5, Ang.Scial.in prax.foriud.c.25.n.30.

In 89.ſpec. de ſocijs erit interrogandum in tortura, vide Gramm.dec.28.latiſſimè Camp. in cap.frequens,num.51.& ſeq. Carauit. in pragm.1. de exul. num.73. Reg. Rouit. in pragm.5.de recept.malefact. & in ſpecie in latrocinijs interrogandum erit de ſocijs, Bonifac.in rub.de carcer.num.15. Gramm. dec. 56.n.2.Follet.in rub.& ſi confitebũtur, n.102. Blanc.in l.fin.ff de quæſt.n.371.

In 90.ſpec.vide Ang.Scial. in praxi foriud. c.18. n.15.Danz.de pugn.Doct.tom.3. tit. de confeſſo,cap.9.nu.9.declarationes duorum foraſcitorum quam probationem faciant, confeſſio latronis regularitèr quòad ſe facit plenam probationem,quò verò ad alios,non, l.1.§.cũ quis, ff.de quæſt. hìnc oritur alia difficultas, quid ſi famoſus,& publicus latro confiteretur, ſe eſſe publicum,& famoſum latronem, vel ſi non confiteretur,conſtaret per teſtes, eſſe talem,tamen non conſtat,nec per teſtes,nec per confeſſionem de aliqua diſrobatione, vel aggreſſura in particulari,an poſſit procedi contra ipſum,& puniri,Muſcatell.in prax. crimin. tit.de furtis,&c.nu.51.allegat Par. verb.latro, verſ. quia, & verb.ſi latro, verſ. an ſi fiat,& alios,& concludit,quod non poſſit puniri, ſed laborante fama publica de iſta famoſitate contra ipſum per generalem, aut ſpecialem informationem,ex mero officio procedi poſſit,& torqueri,& hoc credie, inquiſitionem valere,& eſſe ad torturam proceſſum, quia illa fama, q̃.laborabat de famoſitate, ſuccedit loco delicti in genere, ad condemnationem tamen deueniri non poteſt, niſi in ſpecie eſſet de nouo confeſſus; vel conuictus de diſrobationibus,& aggreſſuris, eſſentq; probata tot furta,quæ facerent eum publicum latronem, quod ſequitur Camp.in cap.ad hoc, n.57.quò verò ad alios licèt inducat præſumptionem contra ſocium nominatum, vt voluit Camp. in cap.frequens,num.15.& antè eum Par.in verb.confeſſio ſociorum,in princ. & hìnc eſt, quod etiam ſi ſocius habuerit gratiam, ſiuè indulgentiam de crimine,torquæri poteſt, vt faciat indicium contra ſocium, Franch.deciſ. 459.cum citat Capibl.in pragm.6.nu.60. de Baron.tamen id non ſufficit contra ſocium nominatum,vt poſſit ille torqueri, ſed con-

currentibus alijs iudicijs,& ità ſi præceſſerint
alia indicia,Gramm.dec.56.nu.6. & hinc no-
tanda ſunt duo ſingularia, primò,quod ſocij
criminis admittuntur in teſtes, cùm veritas
aliter haberi non poteſt, vt nouiſſimè refert
Reg.de Ponte in tract.de poteſt. Proreg. rub.
de prouiſ.fieri fol.54.n.43. & in dec.16. n.14.
item adnotatur,quod licet quodlibet indiciū
verificari debeat,ſaltim per duos teſtes,iuxtà
opinionem gloſ.in l.fin. C.famil. erciſc. Iul.
Clar.in §.fin.q.22. limitatur in delictis occul-
tis,vt voluit idem Reg.in alleg.dec.16. nu.15.
ſed hodiè in Regno per Cap.Regni Frequens
patet,eſſe in hoc crimine ſpeciale, vt confeſ-
ſiones trium latronum poſt tormenta factæ
contra ſocios,fautores, & receptatores faciūt
plenam fidem,& tantam,quantam faceret te-
ſtimonium duorum proborum virorum, vbi
latiùs Camp.n.63.& 83.Foller.in praxi crim.
rub.& ſi confitebuntur,n.109. nouiſſimè Mu-
ſcat.vbi ſup.n.26.& in tit.de priuil.furti,n.26.
& hoc cum conditione expreſſa in cap. Con-
ſtitutionem diuæ memoriæ, ponderato per
Muſcat.vbi ſup.n.27.& Foller. procedere con-
tra nominatos, mala vita, fama,& conditio-
ne vrgentibus,adeò quod contra alios bonæ
vitæ,& famæ,& cōditionis facerent indicium
ad torturam, & ità ex his contra nominatos
malæ famæ,& vitæ exiſtentes, non ſolùm ad
torturam, ſed etiam ad condemnationem
procedi poteſt,vt retulit Afſl.in Cōſt.Si dam-
na,poſt n.51.& nouiſſimè Præſ.de Franch.dec.
570. in princ. & 577. ampliatur hæc ſimilis
probatio trium confeſſionum, etiam ex di-
ſpoſitione nouellæ prag.editæ de anno 1581.
contra comittentes furta intus Ciuitatem
Neap.& eius Burgos,cum qualitate ſcaſſatio-
nis apothecarum, domorum, vel ſcalatione,
aut cappiando,vt vulgò dicitur, procedere, ſi
fuerit furtum commiſſum citrà ſcaſſationem,
vtputà ſi fuerit ianua aperta inuenta per fu-
res,& furati eſſent,nàm etiam in hoc caſu per
viam comprehenſionis locum ſibi vendicaret
pœna mortis,vigore probationis prædictæ,vt
fuit deciſum in M.C.V. & confirmatum in
S.C.teſte Præſ.de Franch. dec.570. vlterius ſi
adeſſet vna depoſitio latronis contra alium
latronem cum alijs adminiculis, & poſt libe-
rationem in forma ſuperueniſſent aliæ duæ
confeſſiones latronum, an inquiſitus debeat
pœna mortis damnari, vigore diſpoſitionis
Cap.Regni allegati, fuit deciſum in S.C. con-
tra decretum M.C.V. quod non debet mori,
ſed condemnari ad triremes, nàm illa prima
depoſitio fuit eliſa per torturam intermediā,
ità cōgerit nouiſſimè Præſ.de Franch. d.dec.
577.ſed an ſufficiāt duæ nominationes latro-
num contra alios ſocios, etſi per diſpoſitionē
Cap.prædicti Regni tres eſſe debent, tamen
communitèr tàm in M.C.V. quàm in Regijs
Aud.ſeruatur,duas ſufficere nominationes ad
condēnandum,etiam ſi depoſuiſſent de diuer-
ſis actibus,vt tradit Muſcat.in eius prax.crim.
rub.de priuil.furti,n.34. motus ex prag.ſitua-
ta in tit.de recept.malef.incip. Eſſendo tanto
aumentato, quæ licet loquatur contra rece-
ptatores foratcitorum, & ità ipſam ponderat
ibi Muſcat.defendendo illam opinionem va-
lidiſſimis argumētis,tamen ex communi ob-
ſeruantia concludit, extendi ipſam probatio-
nem ad ipſoſmet latrones, quapropter ſub
nu.31.tradit caſum de hoc occurſum in Reg.
Aud.Capitanatæ, per eum defenſum in cauſa
cuiuſdam ſui Clientis bonæ famæ,contra quē
erant duæ nominationes, & licet concludat,
non potuiſſe ad condemnationem deueniri,
refert tandèm in contingenti caſu,ſuum Cliē-
tem fuiſſe tortum,non tamen confeſſum,con-
demnatum ad triremes, & deuoluta cauſa ad
M.C.V. fuit iterùm tortus, & non confeſſus,
liberauit eum in forma. Poſtremò inueſtigā-
dum erit,quid ė contra,an ſocij itineris diſro-
bati faciant plenam fidem contra diſroban-
tes,accidit hoc in Reg.Aud. Calabriæ citrà,
adeò quod duo latrones ſecum violentèr ex
ſtrata publica traxerunt tres viatores, quos
ligauerunt in nemore, deindè dimiſſis duo-
bus ex eis,retinuerunt vnum magis diuitem,
à quo habuerunt recaptū,& poſteà eū libera-
uerunt,& demùm captis ipſis latronibus in
fortijs exiſtentibus, in termino defenſorio di-
cebat Aduocatus Pauperum, adeſſe depoſi-
tiones duorum ſociorum itineris,& nullam
fidem facere videbantur, ex eo, quia iniuria
illata alicui,cenſetur etiam ſocio itineris illa-
ta,ità Gramm.dec.25.nu.2. quæ ſiquidèm
iniuriæ illatio apparebat, eſſe non ſolùm ca-
piendo aliquem per veſtem, vt notat Ang. in
tract.de malef.verſ.per pannos, ſed magis per
capturam perſonæ, immò fortiùs per ligamen
ipſorum factum in arbore in nemore exiſten-
te,quocircà violentèr offendi cenſebantur, cū
iniuria dicatur,quod nō iure fit, omne igitur
quod non iure fit,iniuria cenſetur, l.1. ff.de
iniur. & ſi dicatur, quod talis iniuria non fit
perſonæ principalitèr,ſed propter bona, ſeù
recaptum conſequendum, adhùc iniuria dici-
tur,cùm iniuriæ appellatione damnum culpa
datum ſignificet,ſicuti in lege Aquilia dicere
ſolemus,l.1.verſ.interdum, ff.de iniur. notat
gloſ.in Conſt.Super inciſionibus, in princ. &
proindè dùm talis iniuria facta eſſe appareat
ſocio,cenſebatur eſſe alijs facta, gloſ.in l.item
apud Labeonem,§ tenetur, ff.de iniur. & hac
ratione rectè dicebatur, debere ſocium itine-
ris à teſtimonio repelli vti principalem, &
odioſum delinquētium,latè Cæpol.conſ.crim.
32.col.6. & ſi diceretur,ad probandum dam-
num ſtari debere iuramento damnum paſſi,
hoc procedit contra ipſos delinquentes tan-
quàm

quàm doloſos, vt retulit gloſ.in Cōſt.Si damna, verſ.damnis clandeſtinis, ibi, ſecundū quod propter difficultatem, & id notat Campag.in cap.frequens, n.91.immò plus dixit ipſe n.91. quod circà probationem rerum amiſſarum admittuntur ſocij, & familiares, hoc tamen probatur, & verificatur, ciuilitèr procedendo, non autem criminalitèr, ſed his non obſtantibus contrarium patet eſſe verum, quoniam ea, quæ de iniuria, vt ſuprà diximus, loquūtur, quando adeſſet aliqua inimicitia priuata, præcedens cum ipſis aggreſſoribus, qui licet dicātur hoſtes publici, latrones, & diffidari, vt notat Par.in verb.latro, non per hoc verè, & ſingulares inimici dicuntur, vel dato, quod eſsēt inimici ex tali actu inſultationis, id certiſſimum eſt, talem actum non principalitèr fieri ob iniuriam, ſed ad terrorem, & ob intentionem furandi, & diſrobandi, adeò quod in delictis potiſſimum animum intuemur, nec per hoc cenſeri debeat iniuria, vt afficiat conſocios, ſicuti in rixa ſpecialitèr dicitur, vt in exēplis traditis per Cępoll.& Gram. in locis ſup. adductis, propter quod ſocius itineris poterit deponere de iniuria illata ſocio, ſecundùm Bald.in l.quoniam, vbi Salyc.nu.8. C.de teſt. cum alijs citatis per Farinac.in tit.de oppoſit. contra perſon.teſt.q.60.illat.15.nu.402. quidquid dixerint Maſcard. & alij citati per eum, niſi iniuriā ſocio illatam in ſe reuocauerit ſocius, vt ibi Farinac.declarat n.403.quod putat ipſe n.404.cognoſci, & probari ex ſignis, verbis, & alijs coniecturis, quæ omninò ceſſabant in caſu noſtro, nàm iſti ſocij fuerunt paritèr ligati, licèt dimiſſi, nec alitèr de iniuria ſocij curantes, vt periculum euitarēt, & demùm cùm ſit tale delictum enormitèr commiſſum in ſtratis, hoc eſt in Campanea, ob difficultatem probationum nunquàm probarentur, & ſemper latrones in Campanea perſiſterent, propterea quando alitèr veritas haberi non poteſt, in delictis occultis, & enormibus quilibet admitti videtur, vt nouiſſimè Reg.de Ponte in citatis locis tradidit, immò iura ob difficultatem probationum, etiam inhabiles teſtes admittunt ad probationem ſcelerum, præſertim in materia furti domeſtici, quod nō niſi per domeſticos probari poterit, vt fatetur Præſ.de Franch.in dec.538. quanto magis in furtis publicis erit dicendum, quæ per viatores probari non ambigitur, & per viatores, qui illud committi faciliùs cernere poſsūt, & ſic nulla habita ratione de allegatis fuerūt inquiſiti prædicti ad mortē dānati per Reg.Aud.vltrà quod aderant alij teſtes de viſu, ex his omnibus dùm loquimur de iſtis detentis à latronibus incidentèr, notanda duxi quædam ſingularia, & primò, quod citatus per Curiam, ſi non comparuerit, excuſabitur, ſi fuerit detentus à latronibus, tex.eſt in l.qui comeatus, ff.de re milit. ibi, vel à latronibus detentum, notabilitèr retulit Tuntol. in ſuis iudic. & votis, in ind.11.nu.2. & Foller. in rub. audiantur excuſatores, n.58. ſecundò, ſi Ambaſciator miſſus eſſet per Ciuitatem, & fuiſſet à latronibus, vel pyratis captus, redimi debet ab ipſa Vniuerſitate ſuis impenſis, vt fuit deciſum in S.C.teſte Præſ. de Franch. deciſ.147. quem citat Capibl.in prag.1. de Baron. n.57. vbi examinat paritèr, cogendos eſſe vaſallos redimere Baronem captum ab hoſtibus, & hoc ſi pro ſeruitio Regis militauerit, at ſi pro eius ſeruitio incidiſset in latrones, non tenerentur, vt ibi n.59.cōcludit, tertiò, hæredes interfecti à latronibus non tenentur ad bona depoſita penès interfectum deponentibus, tex.eſt in l.1.C.depoſ. latrocinium enim caſus fortuitus dicitur, inquit ibi gloſ. verſ. vel alio, & notat Affl.in dec.54. nu.2. nec ſufficit, quod ſit interfectus, ſed quod bona ſint ablata, quia vnum poteſt eſse ſine alio, vt notat ibi Bald.& idem procedit in furto commiſso per domeſticum, ſeù familiarem, de quo diligentiſſimus homo non fuiſset ſuſpicatus, vt in addit.d.l.1.verſ.dicas quando, & ità conſultus reſpondi Capitaneo Ciuitatis Viciequenſis, cui fuerat furto ſubtracta certa quantitas pecuniæ ſibi depoſita ab Vniuerſitate à certo ſuo confidente famulo, quartò, captus à latrunculis, ſi eis promiſerit, vt euadat, an teneatur, Affl.in dec.149.n.3.ex mente Ang.in l.nàm & ſeruus, ff.de neg.geſt. cōcludit, quod nec ciuilitèr, nec naturalitèr tenetur, vbi ſingularitèr notat Vrſill.nu.6.quod ſi aliquis cępiſset pecuniam, vt liberaret aliquem à latrunculis, iſta donatio facta ab iſto obſeſſo, ſiuè carcerato eſt merces laboris irreuocabilis, nā contemplatione ſalutis æſtimari non poteſt, quod nota ob nouellas prag.exiſtentes contra aſportantes nummos, vel dantes foraſcitis pro recaptis hominum captorum ab eis, & vidi circà hoc ſeruari in Reg.Aud. nunquā punire tales ſoluentes pecunias, nàm non debet afflictio addi afflicto, gloſ.in l.ſi ſeruus, ff. de euict.& notabilitèr tradit ibi Vrſill.num.7. quod quando aliquis ſoluit aliquam quantitatem latronibus pro aliquo ſaluando, qui detinebatur à latronibus, repetit, & ità in facto conſuluiſse refert, prouùt ego aliàs in facto vidi in cauſa Vincentij de Nello de Terra Pedimontis de Aliſe, cum certis detentis à foraſcitis in M.C.V. & obtinuit, licèt appellatio erat introducta in S.C.patrocinante meo dilectiſſimo patruo, recolendæ memoriæ, omnium virtutum genere claro Fabio de Falco, cuius anima requieſcat in pace.

Ibi n.2.quod ſint factæ in tortura, vide Campag. in cap.frequens, nu. 58. Muſcat. in eius praxi, rub.de priuil.furti, nu.48. nouiſſimè Reg.de Ponte dec.16.nu.18.

Ibi, ſecundum, quod ſint repetitæ parte citata, abſente, vel præſente, Camp. in d. c. frequens, n. 61. Muſcat. vbi ſup. & Reg. Rouit. in prag. t. de perſeq. malef. nu. 7. vbi tradit, ità fuiſſe per S. C. deciſum, nec alitèr habitam fuiſſe rationẽ contra inquiſitum ex depoſitionibus, ſiuè cõfeſſionibus ſociorum factis, ipſo inquiſito nõ citato, nec illis repetitis, & proindè fuit liberatus.

In fine, vide Ang. Scial. in praxi torquendi reos, cap. 6. nu. 26.

In 92. ſpec. in iudicio militari non eſt acceptio perſonarum per Iudicem, nàm nõ ſolùm ſubditi Regis, ſed etiam vaſalli Baronum continentur, vt tradit Carau. in prag. 1. n. 6. de exul. ſicuti etiam in indultu continentur, quibus etiam prodeſt, refert nouiſſimè Reg. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de. prouiſ. fieri ſol. §. 4. nu. 45. ſed an fœminæ comprehendantur, idem Carau. vbi ſup. n. 153. tenet, quod nõ, dicens, non eſſe à ſeculo auditum, fœminam incedere in Comitiua foraſcitorum, & ſub nu. 152. concludit, non includi in edicto paſſiuè, ſecùs verò actiuè, & mihi dictum fuit in Ciuitate Caſtrimaris de Stabia, quandam meretricem inceſſiſſe armatam in Campanea cum Comitiua, ob delictum per eam patrarum .ſ. homicidij. An ad exteros delinquentes extendatur iſta poteſtas, notabilitèr tradit Præſ. de Franch. in dec. 521. quod exiſtente banno in Ciuitate Neap. contra omnes committentes furta de nocte intus dictam Ciuitatẽ, & Burgos, cum ſcaſſatione, iter agentes diſrobando in ſtrata, vulgò cappiando, ſit pœna vltimi ſupplicij, & dùm eſſet quidã Siculus pro cauſa prædicta inquiſitus, & carceratus, & contra eum dubitaretur de pœna ſtatutaria, fuit condemnatus ad pęnam prædictam mortis, & ità cõfirmatum per S. C. & ratio fuit illa, quia sũt iſta delicta de genere prohibitorum, & ità puto eſſe dicendum in caſu iſto, prout pluriès contingit obſeruari, & quid ſi eſſent nobiles iſti foraſciti, vel latrones, an cum eis acceptio fieri debeat, reſpectu pœnæ impoſitæ, vel carceris, ex quo reſpectu carcerationis diuerſimodè carcerantur, Foller. in rub. vel carcerentur, n. 5. nàm carceres M. C. V. ſunt diuerſæ à carceribus popularium, Franch. dec. 630. in princ. & n. 2. ſubdit, quod tortura pro exceſſibus intus carceres diuerſo modo infertur nobilibus, à popularibus, item reſpectu pœnæ, nobili regularitèr non imponitur pęna ignominioſa, Gramm. dec. 32. nu. 1. adeò quod in Regno datur nobili delinquenti pœna truncationis capitis, & ignobili furcarum, idẽ Frãch. vbi ſup. in dec. 569. in princ. immò mitiùs punitur nobilis, quàm plebeus, regularitèr Cauenſ. in ritu 276. n. 18. ſed quia hæc materia exulum in Regno eſt ſatis exoſa, & propter enormitatem ſcelerum, & delictorum nobilitas ipſa amittitur, nàm licet nobilis non poſſit furcis ſuſpendi, propter enorme delictum, vt proditionis, & ſimilium ſuſpẽdi poteſt, & in altioribus furcis, inquit Gram. dec. 36. nu. 5. vt vidi ſeruari annis elapſis in quodam Barone inquiſito de crimine leſæ Maieſtatis, qui fuit ſuſpenſus antè Caſtrum nouum ob rebellionem intentatam Calabriæ vltrà, & nouiſſimè id comprobat Regens de Ponte in tract. de pot. Pror. in tit. de prou. fier. ſol. §. 2. in princ. in hac re puto, ità eſſe procedẽdum circà pęnæ exequutionem, nàm ſi loquamur de foriudicatis ſimplicitèr, & in hoc caſu attenditur qualitas perſonæ, vt concludit Affl. in Conſt. Pœnam eorum, n. 82. vbi dixit, quandocunq; foriudicatus venerit in fortiam Iudicis, non requiritur alia ſententia condemnatoria ad mortem, niſi quod mittatur ad furcas, vel inciditur capud à ſpatulis, vigore ſententiæ foriudicationis, & ità vidi aliquando ſeruari in foraſcitis nobilibus, ſed in foraſcitis incedentibus per Campaneam, graſſando, inquietando, diſrobando, præſertim alitèr videre dicebatur, cùm pro furto ſit impoſita pœna ignominioſa .ſ. furcarum, c. ad hoc, de furt. in Cap. Regni, nàm furi nil prodeſt nobilitas, inquit Affl. in Conſt. Proſequentes, nu. 32. eum citat Iul. Clar. §. fin. q. 60. nu. 20. & in ſpecie Par. in tract. ſind. in verb. an ſi ſtatutum, præſertim n. 7. vbi tradit, Bald. feciſſe ſuſpendere quendã nobilem armigerum, qui furto ſubtraxerat Crucem argenteam, & Calicem Sacrę Eccleſiæ, qui non erat dignus pęna nobilium, & ità in ſpecie ſubſequitur Capibl. in prag. 19. de Baron. n. 20. vbi plures allegat Doct. aſſerẽtes, nobilitatem amitti ob furta, & robarias, & idẽ particularitèr confirmat Muſcat. in eius praxi crim. tit. de pœn. furti, n. 30. & 31. vbi etiã dixit, in hoc non fieri acceptionem perſonarum, & pro ſua opinione adducit Afflict. in Conſtit. Terminum vitæ, col. pen. qui paritèr concludit, non fieri diſtinctionem perſonarũ inter nobilem, & ignobilem, quia furca ſuſpẽdi debent, eundem quoq; allegat Camp. in d. c. ad hoc, n. 30. licet ipſe contrarium teneat ex diſpoſitione eiuſdem cap. dùm dicitur ibi, quod ſit pœna capitalis, alij verò ſuſpenduntur, & hanc opinionem ſequutum fuit S. C. in contingenti caſu occurſo in perſonam cuiuſdam nobilis furta committentis in ſtrata publica, qui fuit condemnatus ad amputationẽ capitis, teſte Præſ. de Franch. in alleg. dec. 569. & memini annis elapſis ſub Præſidatu Excell. Comitis Oliuares, inter cęteros foriudicatos, & publicos latrones, qui fuerunt in foro magno in rotis more Germanico confoſſi, nobilem fuiſſe decollatum poſt paucos dies, immò concluſa per Reg. de Ponte vbi ſup. quod Prorex ſicut Princeps in atrocibus delictis nobilitatem attendere non debet, ſed nobiles ſuſpen-

ſpendere,& ad triremes condemnare, idquè ſępè practicatum fuiſſe, tamen exiſtente nouella ordinatione Proregis,ſituata in pragm. 10.in tit. de condemn. pro delict. mandantis M.C.V.quod non condemnet ampliùs delinquentes,quod ſeruiant nobilitèr in Reg.triremibus,credo,nobiles in pęnis eſſe paritèr pręferendos,iuxtà eorum conditionem, ſed quia antiquitus per allegationem nobilitatis impediebatur exequutio ſententiæ capitalis, & maximè nobiles forenſes allegantes nobilitatem,in qua requiritur altior indago, ſecùs in Nobilibus Neap.nàm eo ipſo, quod ſunt de vno ex quinq; Sedilibus,ſicut tradit Præſ.de Franch.dec.207.n.13.ſufficit,fuit.n.Reg.prag. condita,vt antè ſententiam,ſiuè in prima,ſiuè in ſecunda inſtantia allegetur, aliàs nulla ratio de ea habeatur in prag.7. de condem.pro delict. & licèt talis probatio nobilitatis pernecesse requiratur,nàm per eam multa commoda condemnandis afferuntur, de quo per Iul.Clar.vbi ſup.n.20. attamen ad euitandam plenam probationem in materia iſta allegationis nobilitatis per inquiſitos,ſufficit, quãdo incidentèr allegetur quaſi poſſeſſio, non data probatione in contrarium, vt fuit nouiſſimè iudicatum in S.C. authore Præſ.de Frãchis dec.630. & ità vidi in duabus cauſis obſeruari in Reg.Aud.Calabriæ citrà,referente Reg.Aud.Franciſco Antonio Salinas I.C. ſolertiſſimo,& hoc in Nobilibus, quid dicendũ in Doctoribus in Chirurgia, an aſſequantur dignitatem,ità vt in genere pœnæ iudicentur Nobiles,fuit deciſum in S.C.quod ſic, teſte eod.Præſ.in dec.564. & quid in Clerico degradato ab Epiſcopo ob furta commiſſa in Campanea,an debeat puniri de iure Canonico in pœna furti,vel de iure Ciuili,fuit deciſũ in S.C.eſſe puniendum pœna mortis naturalis,verùm non diuidi corpus in fruſtra, vt alij conſocij fuerunt puniti,& ità exequutũ,Franchis dec.571. & demùm ab iſta prag. exulum exceptuantur multi,vt per Carau.in d.prag.1. de exul. n.63.

In 92.ſpecial.Doctiſſimus Danza de pugn.Doct. tom.3.tit.de minore in delict.excuſ.c.2. n.11. hìc citat Authorẽ. Aetatis acceptor Pręſes eſſe non debet,hęc itàq; ętatis qualitas nouiſsimè eſt remiſſa arbitrio Iudicantis, vt conſiderata qualitate perſonæ, ac delicti enormitate poſſit illos minores punire,vel ordinaria, vel extraordinaria pœna, ſancitur in prag.1. de minor.meminit Vrſill.dec.287.n.9.at in materia exulum cùm tractetur de enormitate delicti, nulli dubium eſt,quin pœna ordinaria puniri debent minores, & memini annis elapſis ſub Præſidatu Excell.Comitis Oliuares fuiſſe decem,ſi rectè recolor, latrones laqueo ſuſpenſos in foro magno, inter quos erat quidam minor annorũ quatuordecim in circa,eo quia ſub falſificatione barbæ ſuppoſitæ homines de ſero in eorum domibus aggrediebantur, & pecunias ab eis violentèr extorquebant, nec alitèr cognoſci poterant, ſimilitèr in crimine parricidij,dùm ſit crimen atrociſsimum, minor puniri debet pœna ordinaria, ſicut fuit deciſum in S.C. Vinc.de Franch. dec.23c. ità paritèr in crimine ſodomiæ, quando minor eſſet agens,& ità deciſum,vt dixi in meo Cõpend.dec.Regni, verb.minor, & in omnibus delictis atrocibus, & capitalibus, maximè quando ſtudiosè,vel dolosè minor deliquerit, ordinaria pœna locum habet, nec reſtitui debet minor aduerſus confeſsionem ab ipſo factam,proùt in contingenti caſu iudicauit S.C. condemnando minorem ad mortem, quia aſtutè commiſerat,teſte Vrſill. dec.208.n.3.& in dec.287. & potiſsimum ſi ſolus deliquiſſet,quemadmodum contingit in alio minore, qui dolosè interfecerat quendam hominem cum pugione antè Caſtrum nouum, ob quod fuit laqueo ſuſpenſus,referẽte Octauio de Piccolellis Iudice tunc M.C.V.viro integerrimo, qui paritèr vti Regius Cõmiſſarius Campaneæ in Ciuitate Caſtrimaris de Stabia in anno 1608.condemnauit alium minorem, qui appenſatè cum ſclopo interfecerat quendam Apothecarium in eius apotheca, de quo erat confeſſus,& conuictus,licèt de iure communi ſit regularitèr Iudicum arbitrijs commiſſum minorare pęnam in minoribus, ſicuti Author hìc nu.2.concludit,& ſequitur Rom. ſing.807. Gram.dec.23.n.13. Clar.in §.fi.q.60.in princ. Foller.in rub. pœnis debitis ſeriantur, nu.17. vbi in ſpecie de hoc loquitur,tamen attenta allegata pragm.totum Iudicantis arbitrio remittitur.

Ibid.minores non poſſunt torqueri, ſed terreri, aut verberibus flagellari,aut virgis cędi,Cãp. in cap.ſi iuſtè,nu.59. Foller.in prax.crim. rub. rei indurat.torq.n.20. Gramm.conſ.crim.60. n.14.Iul.Clar.§.fin.q.64.n.20. &,latiùs Farin. in tit.de indic.& tortur.q.41. n.16. eapropter cùm incidiſſet quæſtio minoris in Reg. Aud. Calabriæ citrà,inquiſiti de furto, & dubitatũ fuiſſet, ſi poterat torqueri, ex eo, quod erat maior 14.annorum, adeo quod per Conſtit. Regni Minorum iura ſtatutum ſit, maiores omnes dici poſſe,cùm annum decem, & octo compleuerint, verumtamẽ iſte inquiſitus nondùm compleuerat, reſultare videbatur, eſſe minorem adhùc, & ſucceſsiuè non poſſe torqueri, & hinc oriebatur quædam delicti impunitas,ſed ibi Affl.ſub nu.12.ex mente Salyc. Bald.Nicol.de Mattarel. concludit, poſſe torqueri minorem decem,& octo annis ad eruẽdam veritatem,& nouiſsimè ſequitur Gomeſ. var.reſol.tom.3. c.1. rub.de delict.nu.67.verſ. adultos tantum, quem citat Farin. vbi ſuprà, n.21.& ibi cenſet,quod ſi eſſet minor 14. an-

norum,

norum, licet minor viginti poteſt non ſolùm terreri, ſed etiam torqueri, quod intelligit leuitèr, Ego autem ad id adduco auream deciſ. Gram.48. vbi deciſum patet, inquiſitum de furto, & confeſſum, præuia tortura condemnatum fuiſſe ad mortem, tàm per M.C.V. quā per S.C. non obſtante minori ætate allegata, ex eo, quod deindè fuit compertum, eſſe maiorem annorum 20. & ità exequutum, vndè colligitur antè talem probationem, dùm per aſpectum fuerat iudicatum, per M.C.V. fuit tortus inquiſitus, quarè in caſu allegato occurſo in d.Reg.Aud. fuit minor liberatus in forma citrà torturam, quia non aderant indicia ſufficientia, referente Reg.Aud. Franciſco Antonio Salinas cauſæ Commiſſario, de anno 1613. die 15. Aprilis. Coſentiæ.

Ibid. in fin. Curator minori dari debet in iudicio, text. eſt in l. clarum, C. de author. præſt. vbi Doct. Camp. in cap. ſi iuſtè, n.54. Affl. in Cōſt. Minorum iura, n.11. Gram. conſ. crim.16. n.6. & maximè quando tractatur de confeſſione minoris, quæ ſi fuerit ſacta abſq; curatore, nil valeret, & hinc tradit ex Alber. d.l. clarum, Affl. vbi ſup. alleg. nu.12. idemq; affirmat Iul. Clar. §. fin. q.55. n.11. & q.50. vbi tradit, eis nō obeſſe confeſſiones factas per minores, abſquè authoritate curatoris, ergò nec alijs obeſſe debet, licèt ipſe in fin. concludat, id parum prodeſſe, cùm de conſuetudine non requiratur authoritas Curatoris, maximè in Italia, & tādèm concludunt Doct. quod ſi loquamur in confeſſione ſpontanea, authoritas Curatoris benè interuenire debet, non autem in ea, quæ fit in tormentis, Par. in tract. ſind. verb. Officialis, n.8. & ità in praxi receptum eſſe tradit Angel. de malef. verb. comparuerint dicti inquiſiti, n.8. & demùm concludit Foller. in rub. & ſi confitebuntur, n.93. quod ſi confeſſio facta ſit in tormentis, abſq; interuentu Curatoris, eſſet valida, dummodò in principio cauſæ eſſet datus Curator, & adhibita fuiſſet cauſæ cognitio, vide Vrſill. dec.208. de hoc.

In 93. ſpec. delictum in genere probari debet, latè Foller. in prax. crim. rub. capiat. informat. n.3. & ſeq. Camp. in cap. ſi iuſtè, nu.50. Innoc. Vital. in ſuo vnic. conſ. crimin. impreſſo poſt prax. Tartagl. n.9. & meliùs modernus Doctor Io. Bernard. Muſcat. in ſua praxi crim. nouiſſimè edita, vbi per plura Capita, Rubric. & Titul. examinat probationem delictorum in genere ſingulorum maleficiorum, poſt Farin. in eius prax. crim. in tit. de inquiſ. in princ. q.2. & ob id nemo foriudicari poterit, niſi conſtet, delictum eſſe commiſſum per eum, qui foriudicatur, Affl. in Conſt. Pœnam eorū, n.47.

Ibi nu.2. limitat in foraſcitis confitentibus plura delicta in Campanea, quamuis non appareant delicta in genere, ſed quid in delicto in genere diſrobationis in ſtrata publica, hoc eſt in Cāpanea, quomodò probetur, hoc contingit dubitari in Reg. Aud. Calabriæ citrà, in furto nummorum commiſſo per certos Satellites Locumtenentis Regij Ciuitatis Coſentiæ à certis viatoribus, quod probari non poterat plenè, dùm ex longinquis partibus diſceſſerant, & in locum propè Ciuitatē Coſentiæ per tria milliaria appulerunt in quadam hoſteria, vbi diſrobati fuerunt noctis tempore, & in hac re putauit Foller. delictum in genere ità probari, quod ſi fuiſſet viſus pauló antè exire cum tali quantitate pecuniæ, & poſteà fuit ſtatim viſus redire plorans, & flebili, ac lamentabili voce, vel quod fuerit repertus ligatus in loco furti, ex depoſitione ipſius cum iuramento probabitur delictum in genere, ſi verò furtum non reliquerit poſt ſe veſtigia; tunc nulla poſſet eſſe cognitio, ſeù probatio delicti in genere, quia confunduntur cum illa ſpecie, vt Foller. in eius praxi crim. rub. capiat. informat. n.12. & ponit exemplum in furto in ſtrata, & ſic in latrocinio, quem citat Muſcat. in rub. de furtis, n.5. licèt teneat contra Foller. tamen ibid. nu.50. tenet, quod lamentationes, & conqueſtus illicò exorti diſrobatorum ſuccedunt loco delicti in genere, immò fama ſufficiens eſt ad probationem delicti in genere in hoc caſu, ità Camp. in cap. item ſtatuimus, quod Vniuerſitates, n.5. & paritèr ſubſequitur ibi Muſcat. n.37. quod delictum iſtud in genere probatur per aggreſſuras latronum cum tali genere armorum in ſtrata, vel in ſyluis, vt ibi n.38. in caſu noſtro nō poterat probari quantitas pecuniæ, ſed benè in itinere fuerunt viſi plorantes, & quærulantes, & introire huiuſmodi in Ciuitatem conquærentes de tali delicto, & illicò adierunt Proregem Prouinciæ, & coràm eo quærelam exponendo, depoſuerunt cum iuramento omnia, & inſpecta depoſitione iſtorum fuit allegatus Farin. in tit. de inquiſit. q.2. nu.16. vbi ſingularitèr ſub diſtinctione tradit, quod ſi ciuilitèr actum fuerit, ſufficeret ſola depoſitio principalis, ſi verò criminalitèr, aut quærulans ſit malæ famæ, & credi non poterit, tales habere pecunias, nulla fides ex ea orietur, nec delictum in genere probaretur, ſi verò eſſet bonæ famę, & facilè eis credendum eſſet, eos habere tales pecunias, & tunc ſi ageretur ad inquirendum tantùm, hæc ſola depoſitio ſufficeret, ſi verò ad torquendum, & tunc licèt aliqui dixerint, probari delictū in genere, & ſuſpectos facilè torqueri debere, tū cauti Iudices hoc nō faciāt, ex quo ſola depoſitio principalis faceret indiciū ad torturā, ꝙ eſſet abſurdū, aut ad condemnandum, ſequuta confeſſione rei, ſecundum mentem Iul. Clar. in §. fin. q.55. verſ. quomodò autem quærela præcedēte, vel illius loco aliqua informatione, ſubſequens confeſſio ſufficeret in materia furti ad condemnandum,

dum,tamen concludit ibi Farin. ſi Clarum ſequatur,verificandam eſſe quærelam expoſitã, at in occurrenti caſu relato licèt partes depoſuerint,tantam quantitatem pecuniatum portaſſe,& ab eis fuiſſe furto ſubtractã ab inquiſitis,& erant viri bonæ famæ, & mercatores; & facilè eis credi poterat, habere potuiſſe tales pecunias, iunctis alijs ſuſpitionibus, indicijs, & qualitate fuerunt torti, & deindè confeſſi, quorum confeſſiones in nihilo variabãt cum depoſitionibus principalium diſrobatorum, quinimmò fuerunt duo ex eis vti confeſſi ad mortẽ damnati, & in fruſtra diuiſi,de menſe Auguſti 1611. referente Regio Audit. Franciſco Ant.Rocca, tunc Iudice M.C.V.

In 95.ſpec.n.2.an poſſint cogi ad pacem, adde, quod poteſtas poterit guerrantes ad inuicem ponere ad confines,ſi nolint facere pacem,immò poterit accipere fideiuſſores à qualibet parte,& poſteà eis præceptum facere, quod vnus alter non offendat,ſub pœna, Bonif.in tit.de pace,n.11. ſimilitèr & Prorex pro ſedãda contentione,& tumultu poteſt perſonas in carcerem detrudendas mandare, quæ & ſi poſteà in manus illius paciſcantur, nihilominus poterit pro iuſtitiæ cultu ſcelus admiſſũ debitè vendicare,ità Reg.de Ponte in ſuis lecturis feudal.lect.9.n.16.& melius in tract. de poteſt.Proreg.tit.1.in princ.n.3 & ſeq.vbi ſpecificè loquitur de pace componẽda inter ſubditos, & ibi n.17. tractat materiam cautionis præſtandæ de non offendendo,cũ praxi noua.

In 96.ſpec.n.2. Barone contumace ſuſpenditur iuriſdictio,vide Foller.in prax.crimin.rub.annotentur bona contumacis,n.2. & vide latiſſimè Reg.de Ponte in ſuo tract.de poteſt. Proreg.tit.1.§.1.per tot. Bannitus non habet ſub ſe vaſallos,nec ei vaſalli tenentur adiuuare, & alia, ad quæ tenentur miniſtrare, gloſſ.in c.1. hic fin.lex,vbi Aluar.Præpoſ.Martin. Laud. & Affl.ſimilitèr & Officialis, vide Carauit.in ritu 220.n.20.

In 97.ſpecial.contumax nequit petere remiſſionem fori,ſeù declinatoriam,vide Carauit.in ritu 205.n.4.Præſ.de Franch.dec.417.nu 1.& 722.n.10.Danz.de pugn.Doct.tom.1.tit.de poteſt.ad modum belli,c.1.nu.2. Ang.Scial.in prax.foriud.c.26.n.7.

Ibi nu.2.fallit in Barone petente remiſſionem ſui vaſalli,Carau.in d.ritu 205.n.4. & Franch. d.dec.722.nu.10. nouiſſimè Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de elect. Official. §.1.nu.22.

Ibi de Clericatu ſummatiè cognoſcunt, hoc eſt ad inſtructionem, non principalitèr, Franch. dec.329.n.9. latè Carauit.in ritu 235. n.4.vbi paritèr dixit,Reg.Aud. Principatus citrà cognoſcere,& ſimilitèr vidi obſeruari pluriès in Reg.Aud.Calabriæ citrà, immò in omnibus alijs Audientijs ità ſeruatur.

Ibi in fin.quomodò probetur Clericatus, vide Carau.in d.rit.235.n.20. Foller.in prax.crim. rub.audiantur excuſat.nu.39. nec probatur ex eo,quod Papa conferendo beneficium in ſua bulla nominaret Clericum aliquem,Gramm. dec.81.n.3.adde Ang.Scial.in prax. de foriud. cap.2. nu.17.

In 98.ſpecial. in iudicio militari poteſt imponi nouum genus pœnæ,regulaticèr Iudex nõ poteſt noua genera pœnarum imponere, Par in tract.ſind.verb.an Iudex,qui debebat, nu.1.& latiſſimè in verb.an ſi ſtatutum, nec pœnam inconſueram, Angel.in tract.malef.verb. & ibi capud à ſpatulis,n.29. vbi Auguſt. ex diſpoſitione iuris ſtatuta eſt pœna contra famoſos latrones furcarum ſuſpendij, l.capitalium, §. famoſos, ff.de pœn. vel ad beſtias damnari, gloſ.in l.ſciendum,ff.arb.furt.ceſ. Par.io verb, latro cum fama, Bonif. in tit. de furt.rob.& latroc.n.10.latè Iul,Clar.lib.5. ſent.§.furtum, n.9.Camp.in cap.ad hoc,nu.16.& ità de conſuetudine Italiæ ſeruatur,aliquãdò poſt mortẽ in fruſtra diuiduntur,vt quoq; fatetur Præſ. de Frãnch.dec.571. & eorum quarta affiguntur in locis,vbi graſſati ſunt, aduertendum eſt,quod etſi graſſatoribus impòſita ſit pœna capitalis à lege; d.l.capitalium,§.graſſatores, quia proximi latronibus habentur, hodiè relictis æqualitatibus à iure ſic traditis ſeuerè contra eos proceditur ad vindictam, ità Par. in verb.quia ſuprà,n.4. & ſucceſſiuè licet pœna capitalis ſit triplicitèr, & in dubio de minima intelligendum erit, ſecundum Marant. in ſpec.par.4 num 63.in caſibus prædictis de maiori erit intelligendum, quia à lege profertur, ſecundum explicationem traditam à Præſ.de Franch.dec.140. n.2. & ſic rigoroſè proceditur in ijs criminibus, & ſubſequitur text.ibi, etiam ad beſtias hos damnauerunt, vbi gloſ.in verſ.ad beſtias ſubdit, quia ponebantur inter feras beſtias, vel trahebantur ad caudam equi,donec morerentur, & licet talis pœna in deſuetudinem abijſſet, inquit Clar, in §.fin.q.67.n.4.tamen in perſonis latronum, ſeù publicorum bannitorum mortuorum obſeruari ſolet,& pluriès vidi Neap. quando viui capi non potuiſſent,ſolent Iudices ſic mortuos ſuſpendi facere in furcis, vt quoq; tradit Par. allegatus per Nunt.Tartagl. in margar. fiſci,rub.de defenſ.reorum,c.1.num.9.vbi tradit,vidiſſe Neap. quendam latronem per Ciuitatem fuiſſe proraptatum, & combuſtum, & vidi id obſeruari in quodam publico foraſcito famoſo, & exceptuato Aſcanio Fuſco mortuo capto,ad caudam equi ligatũ per totam Ciuitatem duci, & deindè comburi, & ſimilitèr in alio foraſcito de domo Moruilli, ſub regimine Comitis Benauenti, qui fuit captus,& occiſus iuſſu ipſius Proregis, & aſportatus in Columna M.C.V.deindè ad caudam

equi

equi ligatus, & per totam Ciuitatem ductus, poſtmodùm combuſtus, ſed hodiè, vt plurimum, tàm ipſi foraſciti publici, famoſi latrones, qui non ſolùm furta, ſed homicidia committunt, quàm etiam latrones, & diſrobatores ſtratarum cum Comitiuis foraſcitorum ſolent puniri pęna mortis naturalis, cum nouo genere tormenti, in rota diſtendi, & ligari, deindè cum malleo ferreo eorum crura frangi, more Germanico, & ibi moriuntur, & ità vidi pluriès ſeruari Neap. & in Reg. Aud. Calabriæ citrà, & ità ſeruari aſſeruit Muſcat. in praxi crim. rub. de priuil. furt. nu. 25. in Prouincia Capitanatæ, immò, vt ipſe fatetur in tit. de pœnis, nu. 36. in toto hoc Regno talis pœna imponitur, originem habens ex veteri lege Iudæorum, nàm legitur in Euangel. Io. 18. Venerunt ergò milites, & primi quidèm fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus eſt cum eo, & iſti erant duo latrones, vt dicitur in Euang. Matth. 26. Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris.

In ſpec. 99. vide Ang. Scial. in praxi de foriudic. cap. 19. n. 32.

In 100. ſpec. nu. 2. An poteſtas iſta extendatur, & vtiliſſimè infertur, ſi ad cauſas ciuiles dependentes fortè ex latrocinijs poteſtas extendatur, & licèt videatur dicendum, quod non, cùm eis ſit permiſſum à Principe corporalitèr punire malefactores, ideò iudicare non poteſt de pecuniaria, text. eſt in l. ſolemus, §. latrunculator, ff. de iudic. Angel. in l. vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10. tamen incidentèr poterit, l. interdum, §. qui furem, ff. de furt. & vbiq; Bologn. idem Angel. in proœm. inſtit. verſ. per legitimos, in fin. hinc latrunculator dicitur talis Iudex, qui cognoſcit de iſtis furtis, d. §. latrunculator, p quē tex. notat Aff. in Conſt. Iuſtitiarius, poſt n. 6. quod Præſes non poteſt dici latrunculator, cùm non tantùm de latronibus, & cauſis criminalibus cognoſcit, ſed etiam de ciuilibus per dict. Conſtit. Et ſic ijs Adnotationibus finem impono Ego Ioannes Baptiſta de Thoro I.C. Neapol. ad laudem, & gloriam Sanctiſſimæ Trinitatis, Beatæquè Virginis Mariæ, ac Sanctorum Ioannis Baptiſtæ, Franciſci de Aſſiſio, Franciſci de Paula, Caroli, & Michaelis Arcangeli, aliorumq; Sanctorum, necnon ad communem vtilitatem in foris verſantium, vt ſi quid boni dictum inueniant Lectores, Deo Optimo Maximo adſcribant, à quo omne bonum, & datum optimum dependet, ſi aliquid verò abſonum, communi fragilitati imputandum cenſeant. In die Dominico, in quo Dominus requieuit ab opere, quod patrauerat, ità & Ego ab hoc labore requieſcā in pace. Amen.

FINIS

INDEX

INDEX MATERIARVM

in Paraphraſibus, ſiuè Adnotationibus recollectarum.

A

ABbreuiari an poſſit tempus foriudicationis, quomodò, & quando, in ſpec. 55. n. 4.

Abbreuiantur omnes actus iudiciarii in iudiciis ſummariis, potiſſimum in hac materia exulum, ibi.

Actione furti contra hæredes furis quando agatur, in ſpecial. 30.

Actuarii an dicantur Officiales, in prædic. Agere, q. 1.

Aduocati, & Procuratores an includantur in ſtatuto denegante defenſionem exulibus, in prædic. Relationis, q. 2. ſub n. 4. & 5.

Aedificium dupliciter dicitur, in præd. Vbi, q. 2.

Aetatis ratio hodie Iudicantis arbitrio commiſſa eſt per Reg. pragm. in ſpec. 92.

Alguzerii diuidentes prędam cum furibus, ſeuerè plectuntur, & in facto demonſtratur, in ſpec. 72.

Alguzeriorum creatio ad quem ſpectat, in ſpec. 70.

Allegans cauſam abſentiæ pro foraſcitis, an puniatur, in præd. Relationis, q. 2.

Ambaſciator captus in itinere à foraſcitis, tedimi debet ab Vniuerſitate, in ſpec. 90.

Appellatio eſt filia cauſæ principalis, in ſpec. 55. n. 4.

Appellatio tollitur, quãdo nomine Regio proceditur, in ſpec. 48.

Appellatio an admittatur in crimine recapti, dùm ipſa in ſpecie non ſit vetita, refertur caſus cum deciſ. Reg. Aud. ibid.

Appellatio denegatur famoſo latroni, item foraſcitis, ibidem, ſimilitèr exulibus.

Appellatio an admittatur in cęteris delictis, exiſtente confeſſione rei qualificata, traditur deciſ. S. C. ibid.

Appellatio per Principem ſolum tollitur, cùm ſit iuris poſitiui, ſimilitèr delegare, appellatione remota ipſius eſt, ibid.

Appellatio conceditur à ſententia ſtatus, & ità iudicatum, in ſpec. 85. n. 2.

Appellatio interpoſita per Epiſcopum à decreto Iudicis laici declarantis, ſe eſſe Iudicem competentem, an impediat curſum cauſæ, ibid.

Apprehenſio an ſit neceſſaria in iſto delicto inceſſus per Campaneã, vel viſio tantùm ſufficiat, diſputatur articulus, & determinatur cum deciſ. Reg. Aud. in præd. Pati, q. 1. nu. 3.

Arbitrium omnes Barones habent, ſimilitèr & eorum Officiales, maximè cõtra latrones, vigore literarum arbitralium, in ſpec. 45.

Arbitrio conceſſo, non de libero, ſed de boni viri arbitratu intelligendum erit, ibid.

Arbitrium liberum cõceſſum, quē effectũ pariat, ibid.

Arbitrium liberum recipit interpretationem bonæ fidei, ibid.

Arma prohibita aſportare poſſunt perſequutores exulum, in ſpec. 14.

Arma reperta iuxtà aliquem inducunt præſumptionẽ contra ipſum, in pręd. Pati, q. 1.

Articuli ab inquiſito de difrobatione facti in termino defenſorio, de directo contrarii probationibus Fiſci, an reiici debeãt, deciſ. affertur in pręd. Quando, q. 1.

Aſportatio armorum quando verificari poſſit per teſtes, in præd. Pati, q. 1. n. 3.

Aſſecuratus nullam vim pati debet, nec cũ armis, nec ſine, nec in iudicio, nec extrà, in prædic. Quantitatis, quæſt. 3. nu. 29.

Aſſenſus præſtitus eſſe cenſetur, renuente domino requiſito, in prædic. Quando, q. 1.

Auditores tres ſingulis Audientiis Prouincialibus ſunt deſtinati, excepta Audientia Menepecudum Apuleæ, vbi vnus præeſt Auditor, in præd. Vbi, q. 1.

Auditores Prouinciales ſunt Officiales inſolidum, ſed authoritate, & vtilitate publici, in ſpec. 53. n. 2.

Auditores nequeunt diſcedere ab Audientia, & quando, refertur in ſpec. 69.

Auditores exiſtentes in Audientia, reſidentiam facere in aliqua Ciuitate poſſunt, etiam citrà licentiam, ibi. & in eius Caſalibus, abſq; diſcuſſione accedere ad capiendas informationes, cum limit. ibid.

Auditor vnus ſolus quando poſſit in cauſis procedere, maximè in cauſis ad modum belli, obſeruantia adducitur, & quid in ciuilibus, in ſpec. 53. n. 2.

Auxilium præſtari à conſanguineis foraſcitis quarè ſit interdictum, in ſpec. 3 1.

Auxilium militare debet Pręſes inuocare ad perſequutionem foraſcitorum, in Proœm.

Auxilium præſtatur multifariam, in præd. Relat. q. 4.

B

BAnni promulgatio an requiratur antè foriudicationẽ, ſtante abbreuiamento temporis foriudicationis, caſus proponitur cum dec. Reg. Aud. in ſpec. 55.

54 *Teſtamento veteri proditum eſt, Iudices, & Magiſtratus conſtitui.*
55 *Lex primò Moyſi data fuit à Deo.*
56 *Iudices, iuxta legem priùs iudicabant.*
57 *Populi Iſrael Samuelem rogarunt, vt Regem conſtitueret.*
58 *Reges fuerunt primi Domini in Mundo.*
59 *Imperium vndè originem ſumpſit.*
60 *Dominus voluit naſci ſub iuſto imperio Imperatoris Octauiani.*
61 *Imperium de Cęlo conſtitutum eſt, & qualiter.*
62 *Deus eſt Rex Regum, & Dominus Dominantium.*
63 *Per me Reges regnant, &c.*
64 *Reges, vices Dei gerunt, & ipſum in terris repræſentant.*
65 *Imperator dicitur Deus totius Mundi, & n. 73. & qualiter.*
66 *Deus vnus, & pater omnium eſt.*
67 *Imperatores, & Reges, dicuntur Miniſtri Dei, ſimiliter & Iudices.*
68 *Rex vndè dicatur.*
69 *Reges, cur inſtituti fuerunt.*
70 *Rex non faciens iuſtitiam, non eſt Rex dicendus.*
71 *Nomen Imperatoris eſt terroris.*
72 *Imperium, à potentia originem habuit.*
74 *Imperator conſtitutus eſt in præminenti dignitatis culmine.*
75 *Imperator, & Rex ligantur præceptis Eccleſiæ.*
76 *Apud Deum non eſt acceptio perſonarum.*
77 *Iuſtitia proprium eſt, vt æqualitas in iudicio ſeruetur.*
78 *Iuſtitia, ius ſuum tribuit vnicuiq.*
79 *Imperator, cur pater, & filius iuſtitiæ dicatur.*
80 *Reges, & Imperatores ſunt exequutores diuinæ prouidentiæ, & n. 85.*
81 *Rex, dicitur lex animata in terris.*
82 *Officium Regale eſt, iuſta præcipere, & iniuſta prohibere.*
83 *Regia poteſtas conſtituta fuit, vt mali à malo coerceantur, & boni inter malos viuant.*
84 *Officium Regis eſt, facere iudicium, & iuſtitiam.*
86 *Reges ſunt vultores iræ Dei, in vindictam malefactorum, & laudem bonorum.*
87 *Imperatorē, non ſolùm armis, ſed legibus oportet eſſe armatum, & quare.*
88 *Imperator eſſe debet potēs in defendēdo populos, vt per ſuos milites coerceantur rebelles, & legibus inobedientes.*

89 Im-

89 *Imperator debet eſſe iuſtus in ſe, & in alios, & quare.*
90 *Princeps, pacem, & iuſtitiam diligere debet.*
91 *Iuſtitia eſt cuſtos pacis.*
92 *Deus miſit filium ſuum in Mundo, & quare.*
93 *Poteſtas omnis, in Chriſti filium fuit data à patre.*
94 *Chriſtus aliqua geſſit vt Imperator aliqua vt Rex, aliqua vt Sacerdos, aliqua vt Iudex, & n.119.*
95 *Dei filius duas conſtituit in Orbe dignitates, Põtificiam, & Imperialem.*
96 *Papa eſt Vicarius Dei in terris, & Imperator Vicarius in temporalibus.*
97 *Papa, & Imperator ſunt Iudices Ordinarij in terris, & delegati Altiſſimi.*
98 *Principes cùm non poſſint vbiq; præſentialiter adeſſe, conſtituerunt Magiſtratus, vt pro eis officia exercerent.*
99 *Magiſtratus à Principe electi repræſentant eius perſonam.*
100 *Iudex, potiſſima pars iudicij eſt, eùm ſit Dux, & Imperator.*
101 *Electio Officialium eſt de Regalibus.*
102 *Officialis dicitur pars Principis.*
103 *Rex, inter Senatores connumeratur.*
104 *Officiales omnes vnius Principis, vnã faciunt Curiam.*
105 *Maieſtatis nomen quid ſignificet.*
106 *Nomen Maieſtatis conuenit Imperatori, ac Regibus.*
107 *Magiſtratus dicuntur habere maieſtatem, ſimiliter & Iudices.*
108 *Offendentes Officiales Regios, dicuntur crimen læſa Maieſtatis committere.*
109 *Magiſtratus ius dabant, & Iudices iudicabant.*
110 *Magiſtratus Imperium appellabantur, & Iudicum ſententias exequebantur.*
111 *Iudex, honor, & onus dicitur.*
112 *Aliud eſt, ius dicere, aliud iudicare.*
113 *Officiales omnes, à Populo Romano eligebantur.*
114 *Officiales omnes, dignitatẽ habere dicuntur.*
115 *Officia, & Magiſtratus, honorem afferre dicuntur.*
116 *Iudicare, honor eſt, & n.334.*
117 *Iudicibus honor impendi ſolet.*
118 *Honor Iudicis præferendus eſt.*
121 *Iudices aſſimilãtur Apoſtolis, quibus data fuit poteſtas iudicandi duodecim tribubus Iſrael.*
122 *Officia emere, tàm de iure diuino, quã ciuili ſunt prohibita, & num.125.*
123 *Officia, & Magiſtratus ſunt de iure ciuili.*
124 *Officia inuitis potius, quàm petentibus concedenda, & n.126.*
127 *Præſumitur pro Iudice, qualitèr procedat.*
128 *Emẽs officium à Principe, an incurrat infamiam.*
129 *Iudex, eſt iudicij pars tutiſſima.*
130 *Iudices, debent habere duos ſales, ſapientiæ, & conſcientiæ.*
131 *Quændm requiſita in Iudice concurrere debeant.*
132 *Sapientia huius Mundi eſt ſtultitia apud Deum.*
133 *Salomon petijt ſapientiam à Deo.*
134 *Omne datum, optimum, & donum perfectum deſurſum eſt.*
135 *Initium ſapientiæ, timor Domini eſt.*
136 *Tex.in cap. omnis 45.diſt. producitur.*
137 *Iudex, Deum, & iuſtitiam ſemper ante oculos habere debet.*
138 *Deus eſt iuſtus, patiens, & miſericors.*
139 *Iuſtitia omnium virtus eſt, & Regina omnium virtutum, & ſub eius nomine omnes virtutum ſpecies cõtinentur.*
140 *Iuſtitia, eſt mater virtutum, & hera.*
141 *Iuſtitia, habet magnitudinẽ virtutũ.*
142 *Iuſtitia, qualiter definitur.*
143 *Deus eſt iuſtus, & habet voluntatem cõſtantẽ, ſic homo eſſe debet, & n.144.*
145 *Iuſtus dicitur, qui iuſtitiam facit.*
146 *Iudex tunc dicitur iuſtus, cum iuſtus ſit, & dicitur Ius dicens.*
147 *Iudices, conſtantes eſſe debent, ne corrumpantur, cauſis in iure expreſſis.*
148 *Iudicium qualiter debeat exerceri.*
149 *Iudex, quid agere debet, vt rectè officium exequatur, neque ex flatibus ventorum flecti.*

150 Media via eſt eligenda.
151 Medium tenendum erit.
152 Medium tenuere Beati.
153 Medium eligendum, qualiter intelligatur.
154 Iudex dicitur mediator.
155 Iuſtum quærentes, medium quærunt.
156 Ius eſt medium quodam, & Iudex qui exequitur.
157 Iudex ſequi debet mediocritatem.
158 Iuſtitia ſtat in medio, cùm ſit cingulum lumborum Chriſti.
159 Statera iuſta, & æqua eſſe debet.
160 Iuſtitia, cur in manibus gerit ſtateram.
161 Iudex iuſtè iudicans, gerit ſtateram in manibus.
162 Acceptio perſonarum non eſt apud Deum.
163 Apud Deum non eſt maſculus, neque fœmina, liber, nec ſeruus, &c.
164 Omnes in Chriſto vnam mercedem percepimus.
165 Iudex non debet perſonas excipere.
166 Iudex ità proximum magnum, ſicut paruum debet iudicare.
167 Iudex nõ debet declinare ad dextram, nec ad ſiniſtram.
168 Iudex æqualiter debet ſubiectos iudicare.
169 Iudex, ius reddere debet ſine acceptione perſonarum.
170 Iudices, vices fluminum gerunt, quæ dant, & tollunt dominia.
171 Iuſtitia, cur cæca pingatur.
172 Verſus cuiuſdam Philoſophi recitantur circa imaginem Iuſtitiæ.
173 Alciati emblema circa iuſtitiam, refertur.
174 Symbola Iuſtitiæ Pithagoræ referũtur.
175 Marcus Aurelius Imperator tabulam Iuſtitiæ Pithagoræ eius filio reliquit.
176 Imagines iudiciorum Regis Aegypti circa iuſtitiam, referuntur.
177 Ius ſe conformat eius matri Iuſtitiæ.
178 Ius quid ſit.
179 Homo author Iuris, & Deus Iuſtitiæ.
180 Aequitas verſatur in ea æqualitatis obſeruatione.
181 Iuſtitia alia diſtributiua, alia commutatiua.
182 Ars iuris, quæ dicatur.
183 Iudicium mixtum eſſe debet, rigore, & lenitate, & qualiter miniſtretur, exemplo oſtenditur.
184 Iudex debet æquum, & bonum conſiderare.
185 Iudex debet habere præ oculis miſericordiam, & ſeueritatem, & ſic mediocritatem ſequi.
186 Miſericordia, & rigor ſunt contraria.
187 Iudex qualiter debet verſari in iudicãdo, inſpecta miſericordia, & rigore.
188 Iuſtus peris in iuſtitia ſua.
189 Nullus ſaluaretur, ſi ſola iuſtitia inſpiciatur.
190 Iudex non debet eſſe ſeuerior lege, & ratione cõfirmatur, nec ſupra legem, ſub n. 195.
191 Seueritas, quæ ſit.
192 Iuſtitia cum æquitate ſeruanda, & quando,
193 Iudex ob nimiam ſeueritatem repellitur, & recuſatur.
194 Facilitas veniæ tribuit incentiuũ delinquẽdi, nec flecti debet contra legẽ.
195 Carolus Secundus Rex ſuſpendi fecit Iudicem, qui puniuit reum pro homicidio pœna manu, & alia exempla referuntur.
196 Iudex æquus eſſe debet, & æquitati ſtudere.
197 Imperator, æqualitatis, & iuſtitiæ amator eſt.
198 Iudex in iudicando medius eſſe debet.
199 Securitas nimia, & rigor, & remiſſio facilis, faciunt peruertere iudicium Iudicantis.
200 Iudex, vt iuſtus dicatur, quas debet habere qualitates.
201 Modus iudicandi refertur.
202 Actio tandiù debet ventilari, quouſq; perueniatur ad rei veritatem.
203 Veritas iuſtitiæ, eſt ipſa iuſtitia.
204 Veritas ad æquitatem naturalẽ pertinet, quæ à Principe tolli non poteſt.
205 Iudicis officium eſt, inquirere veritatem.
206 Eccleſ. cap. 7. adducitur.

207 Iu-

207 *Iudex debet eſſe virtute prudens, ac etiam literatus.*
208 *Scientia neceſſaria eſt, nedùm in definiendis negotijs, ſed & poteſtas.*
209 *Iudices debent eſſe periti in iure.*
210 *Iudex eſſe poterit, qui literas non cognoſcit.*
211 *Iudices debent imitari Medicos, qui omnia ſecundùm artis cõſtitutionem tentant, & perficiunt.*
212 *Iudices nequeunt officio Magiſtratus fungi.*
213 *Iudices aliquando imperiti eliguntur.*
214 *Gubernatores, Iuſtitiarij, & Præſides eliguntur idiotæ.*
215 *Iudicia fieri debent, habito Sapiētum conſilio.*
216 *Officiales idiotæ cõſulere debent, quãdo laturi ſunt ſententias, & nu. 221.*
217 *Iudex imperitus an peccet, ſi animo bono vtendi conſilio Peritorum, officium ſuſcipit.*
218 *Iudex ignarus tenetur ſequi cõſilium Sapientis.*
219 *Aſſeſſores peritos habere, conſultũ eſt.*
220 *Iudices debent Practicantes interrogare, vt ſecuriùs ordinare poſſint.*
222 *Magiſtratus, & Iudices dicũtur miniſtri Regis, & legum exequutores, & num. 223.*
224 *Iudices non ſunt legum domini, ſed adminiſtratores, imò legum cuſtodes.*
225 *Iudices iudicare debent ſecundùm leges.*
226 *Iudex in iudicando leges ſeruare debet, & ſecundùm eas ferre ſententias.*
227 *Iudex non condemnat ſine legis ordine, & ſine ea procedere non poteſt.*
228 *Iudex iudicare debet ſecundùm formam datam à lege.*
229 *Iudex debet iudicare ſecundùm formam Conſtitutionum, quibus deficiẽtibus, ſecundum Conſuetudines, indè ſecundum ius commune.*
230 *Iudices eligãtur Capitanei, qui ſciant leges iuris ciuilis, canonici, & proprias Regni.*
231 *Iudices plus legibus, quàm eorum voluntati debent obtemperare.*
232 *Iudices non condemnant, ſed lex.*
233 *Lex eſt iuris ſpecies.*
234 *Iudices debent iudicare ſecundum allegata, & probata.*
235 *Iudex confirmat motum animi ſui ex argumentis, & teſtimonijs.*
236 *Iudex patiētia præditus, debet Partes exaudire, ac etiam circa Aduocatos eſſe patiens, & qualiter.*
237 *Iudices qualiter debent ſe gerere erga iuſtitiam petentes.*
238 *Lex indignatur contra Iudices malè verſantes.*
239 *Veritas erit inueſtiganda.*
240 *Iudex modis omnibus laborare debet ad veritatem quærendam, & vt veritas inueniatur, ſummo ope niti.*
241 *Veritas concomitatur iuſtitiam, ſicut Deus eſt iuſtitia.*
242 *Deus via, veritas, & vita eſt, & n. 269.*
243 *Veritas per diſputationem elaceſcit.*
244 *Iudex dubius, non abſque peccato iudicaret.*
245 *Veritas, vt humana creatura, quæ ſit.*
246 *Veritas per auditum fidem facit.*
247 *Veritas oculata fide, per aures infingitur.*
248 *Iudex non ſemel, ſed bis, & ter debet audire litigãtes, maximè Aduocatos.*
249 *Iudex videns, partem iuſtitiam fouere in meritis cauſæ, debet in ea oculos dirigere.*
250 *Iudex ſecundum dicta teſtium iudicare debet.*
251 *Iudex audire debet litigatorum allegationes, eaſq; rimari, antequam iudicet.*
252 *Conſiliarij non conſulentes ſecundum veritatem, dicuntur deceptores.*
253 *Dictum Regis Galliæ refertur ſuper veritatis relatione facienda à ſubditis.*
254 *Dictum vulgatum Eneæ Siluij, indè Summi Pontificis memoratur.*
255 *Veritatem celans, nocere dicitur.*
256 *Veritas eſt res ſolidiſſima, & murus inexpugnabilis.*
257 *Chriſtus eſt fundamentum omnium virtutum.*
258 *Chriſtus, cur Petra dicatur, & veritas.*

259

259 Iudices veritatem inquirere tenētur, antequam iudicant.
260 Iudex modis omnibus debet laborare ad veritatem quærendam.
261 Veritas inquiritur cauſa incertitudinis, quæ cum maxima difficultate percipitur.
262 Veritas magis in occultis inquirenda.
263 Veritas conſtat in facto, non in ficto.
264 Veritas dicitur filia temporis.
265 Tempus pro veritate habetur.
266 Opera noſtra non debemus præcipitare, ne eorum ordinē corrumpamus.
267 Voluntas præcipitata, nouerca eſt iuſtitiæ.
268 Sectatores veritatis, Deo, & hominibus placent.
270 Iudices iurare tenentur, ſe ex veritate iudicaturos.
271 Conſcientia bona, bonum virum facit.
272 Iudex dicitur bonus, immò vir bonus.
273 Iudex officia viri boni, & innocentis fungi debet.
274 Iudices debent eſſe puri, & non cōſentire malæ voluntati.
275 Iudicium verum eſt, prius conſcientiā propriam iudicare, inde culpam alienam.
276 Conſcientia nobis neceſſaria eſt.
277 Sacerdotes quid habere debeant, vt ritè ſacrificent.
278 Iudices dicuntur etiam Sacerdotes.
279 Leges ſunt ſacratiſſimæ.
280 Iudicis mens eſſe debet talis, qualis de iure eſſe debet.
281 Iudex debet vnicuique ius ſuum tribuere, ſicut Sacerdotes in ſacrificando, ita Iudices in iudicando.
282 Iuſtitia benè ſacrificatur.
283 Mens apud Deum directa, præſeruat à labe peccati.
284 Iudex rectus eſſe debet in iudicando.
285 Actus actiuorum eſt in patiente benè diſpoſito.
286 Iudicis nomine indignus eſt, qui cum iuſtitia bonitatem vitæ non coniūgit.
287 Iudex, qui eſt in peccato, magis peccat, alios iudicando.
288 Homo in dignitate conſtitutus plus peccat.
289 Sapientia Dei non intrat in animam maleuolam.
290 Sacramentum indignè accipiens, acquirit tormentum.
291 Iudicare quis prius ſe debet, antequā alios iudicet.
292 Homo iuſtus non tantum aduerſus alterum, ſed aduerſus ſeipſum iuſtitiā exhibere debet.
293 Factum Epitecti Stoici refertur.
294 Exemplum Borſij pro iuſtitiæ obſeruatione producitur.
295 Iudices propter peccata neſciunt dubia cauſarum diſſoluere.
296 Iudex timens Deum, omnia rectè agit.
297 Iudices non aliter iudicare debent pro ſapientia, & luce dignitatis eorum, quam Princeps eſſet iudicaturus.
298 Iudices arbitrari nequeunt contra determinata à lege, ſed ſolùm in ambiguis.
299 Iudex ſupplet, quod legi deeſt.
300 Iudex quilibet facit legem, non tamen generalem.
301 Magiſtratus dicitur lex loquens.
302 Iudex in arbitrarijs quomodo ſe gerere debet.
303 Iudices iudicare debent ſecundum leges, non ſecundum conſcientiam.
304 Iudex in dubijs aliquando ſecundum conſcientiam iudicare debet.
305 In dubijs conſcientia, non dicitur fieri contra conſcientiam, & qualiter.
306 Conſcientia Iudicis debet eſſe legibus informata.
307 Iudex præſumitur iudicaſſe, vt lex diſponit.
308 Iudicium cum omni puritate procedere debet.
309 Purum idem eſt, quod immaculatum.
310 Deus iuxtà iuſtitiam tribuit vnicuique.
311 Qui facit iuſtitiam, ex Deo natus eſt.
312 Adminiſtrans iuſtitiam, Deo placet.
313 Iudices boni, qui bonam vitam viuunt, ſicuti Fratres Prædicatores vtentes legibus, & plus merentur.
314 Magnum præmium rectè Iudicātibus promittit Deus.

315

315 Andreas Iſerniæ fuit occiſus pro veritate iuſtitiæ.

316 Martyr quis dicatur, & nu. 318.

317 Martyr dicitur, qui cauſas cum iuſtitia iudicabit.

319 Magiſtratus, Cōſiliarij, & Iudices boni, ſub Choro Angelorum Principatus collocantur in Cęlis, vbi alia recēſentur munera.

320 Deus diligit iuſtos.

321 Traianus Imperator, ob iuſtitiam ab inferis liberatus, precibus S. Gregorij.

322 Hiſtoria Iudicis Saraceni iuſti Iudicis refertur, ob eius Capitis viuacitatem reperti, ac reuelantis Dei permiſſione.

323 Infideles boni in die iudicij condemnabunt malos fideles, vt exēplo oſtenditur.

324 Verſus incorrupti Iudicis referuntur.

325 Iuſtitia cum amore, & charitate adminiſtranda, non cum odio, & maleuolentia.

326 Exemplum Regis Antigoni ſuper dilectione iuſtitiæ, enunciatur.

327 Rex bonis Officialibus, nedùm ſalariū dare, ſed pręmijs illos decorare debet.

328 Turcarū Princeps dat magna ſtipendia Magiſtratibus, ne furentur.

329 Magiſtratus dicuntur publicæ perſonæ.

330 Iudex quādo iudicat, gerit perſonam publicam.

331 Magiſtratus cęteris præferendi ſūt.

332 Prærogatiua datur Iudici ꝑpter ſciētiam, & probitatem.

333 Indices efficiuntur Nobiles ex iudicatura.

335 Magiſtratus ſunt honorandi.

336 Princeps honorat Magiſtratus, aſſurgendo aliquantulum.

337 Honorificentia, in quibus conſiſtit.

338 Reuerentia debetur à ſubditis Magiſtratibus.

339 Antonius Pius nunquam dedit ſucceſſorem bono Iudici.

340 Gratiarum actio antiquitus bonis Iudicibus dabatur.

341 Officialis benè gerens officium, debet à Principe ad maius promoueri.

342 Officialis, qui benè ſe geſſit, erit honorandus, & priuilegia priſtinæ dignitatis retinet.

343 Iudices benè adminiſtrantes, ſunt honorandi, vt eorum Arma depingātur in Palatijs Prætorijs.

344 Iudex, qui in officio benè ſe geſſit, laudandus eſt.

345 Magiſtratus, iuſtis acclamationibus laudandi ſunt.

346 Iniuſti dicuntur Iudices malè iudicantes.

347 Iudex non eſt, in quo iuſtitia non eſt.

348 Iudex non dicitur, qui non imitatur ea, quæ lex determinat, vndè iniquus diceretur.

349 Iudex non faciens iuſtitiam, Deo tenetur.

350 Pœna malè Iudicantium, apud Deum refertur.

351 Iudex malè iudicans, perdit honorem, animam, & facit litem ſuam.

352 Periculum maius eſt eius, qui iudicat, quam eius, qui iudicaturus eſt.

353 Iudex, qui malè iudicat, plus perdit, quam Pars.

354 Iudices non magis iudicant, quam iudicabuntur.

355 Iudex negligens facere iuſtitiam, delinquit in Deum, & Principem.

356 Iudices malè iudicātes, iudicabuntur à Deo, ratione iuramēti, & qualiter.

357 Miniſtri, in introitu officij iuramentū præſtare tenentur.

358 Quando iuratur Deus, in teſtem vocatur.

359 Iudex quando iurat, ſe benè iudicare, Iudex eſt Deus.

360 Iudices, per contrauentionem iuris iurandi habent Deum in vultorem.

361 Iudices mali, veluti ſimoniaci iuſtitiā vendentes, ſicut Iudas iudicabūtur.

362 Iuſtitiam vendens, Chriſtum vendere cenſetur.

363 Iudex malus, abſoluit omnes per pecuniam.

364 Iudex iudicia venalia exponēns, Deū, & legem offendit.

365 *Iudex vendens iuſtitiam, dicitur proditor, & pęnã æternã expectabit.*
366 *Iudex negligens facere iuſtitiam, in Principem delinquit.*
367 *Miniſtri iniqui offendunt legem, quæ eſt donum Dei.*
368 *Leges per ora Principum diuinitus promulgata fuerunt.*
369 *Imperatores, vt leges conderent, de Cęlo Deus conſtituit.*
370 *Leges Ius diuinum imitantur.*
371 *Lex, quænam ſit.*
372 *Lex ab omnibus ſeruanda eſt.*
373 *Contra legem quis quando facere dicatur.*
374 *Lex humana in foro conſcientiæ ligat.*
375 *Fruſtra legis auxilium implorat, qui in legem committit.*
376 *Lex non debet eſſe in ludibrio.*
377 *Iudex pronuncians contra legem, incidit in falſum.*
378 *Iudicare debemus ſecundùm leges, etiam ſi in contrarium reſcriptum Principis ſe obtulit.*
379 *Reſpublica legibus ſubſtentatur.*
380 *Vtilitas ſubiectorum, occaſionem præbet legis condendę*
381 *Leges factæ ſunt propter malos.*
382 *Iuſto non eſt lex poſita.*
383 *Iudex, vt perſona publica adminiſtrationem legis ſuſcipit.*
384 *Iudex gerit perſonam publicam.*
385 *Reipublicæ intereſt, delicta puniri.*
386 *Delicta ſi non puniuntur, quæ mala eueniunt.*
387 *Ius publicum non eſt violandum.*
388 *Intereſt Reipublicæ, iuſtos, & rectos Iudices habere.*
389 *Offenditur proximus in mala adminiſtratione iuſtitia, niſi tribuatur ius vnicuique.*
390 *Iudex malè iudicans, ſeipſum condemnat.*
391 *Ius iniquum retorquetur in perſonam malè iudicantis.*
392 *Dictum Traiani* Imperatoris *commemoratur.*
393 *Magiſtratus, & Iudices magis peccant.*
394 *Iudex malè iudicans, Deum habet in vultorem.*
395 *Iudex malè iudicans, quas pęnas incurrit.*
396 *Iudex malè iudicans, tenetur ad dãna, & intereſſe partis.*
397 *Iudex malè iudicans, priuatur officio, aut propter negligentiam.*
398 *Iudex malitioſus, & maleuolus, priuari debet officio.*
399 *Iudex malè iudicans facit litẽ ſuam, & hoc qualiter intelligatur, nu. 400.*
401 *Iudex malè iudicans, punitur publicatione bonorum.*
402 *Iudex per dolum iudicans, punitur de falſo, & qualiter hoc intelligatur, nu. 403.*
404 *Iudex per ignorantiam iudicans, minus punitur.*
405 *Iudicare, eſt valdè periculoſum.*
406 *Iudex quidam audito dicto cuiuſdam Cuſtodis Porcorum, relicto officio ingreſſus eſt Religionem S. Franc. qui fuit indè ſecundus Generalis.*
407 *Omnes nos manifeſtari oportet ante Tribunal Domini noſtri, recipiendo id, quod tàm pro bono, quàm pro malo geſſimus.*
408 *Sententia tremenda iudicij vniuerſalis proferenda, quidnam contineat.*
409 *Iudices iuſti, publicis acclamationibus collaudantur, iniuſti verò querularum vocibus ſunt accuſandi.*

EXpedit, humaniſſime Lector, aliqua non minus vtilia, quàm perneceſſaria ad Iudicantiũ officiũ, ac modum illud exercendi pertinentia diſſerere, & à perſonis eorum initium aſſumendo, ante omnia Iudicis officium deſumitur ab eius
1 nomine, quaſi ius dicens populo, vel iure ſuo, ſiuè iuſtè diſceptans, cap. forus, de verb. ſign. gloſ.in clem. 1. de appellat. Aniles in cap. prẹt. in proẹm.
2 §. qualeſquier, num. 1. eſt autem ius à iuſtitia appellatum, l. 1. ff. de iuſt. & iur. ibiq; gloſ. notat in verbo iuſtitia, dicendo, eſt autem ius à iuſtitia, ſicuti à matre ſua, ergo priùs fuit iuſtitia, quamuis proceſſerat ius à iuſtitia
3 ex ruina Angelorum, inquit gloſ. in cap. principium, de pẹn. d. 2. verſ. ſuperbiẹ, ſubdens, bonum, & æquum fuiſſe, vt propter ſuperbiam Lucifer puniretur, ſic ex peccati origine ius, iuſtitiaq; initium habuerunt, deindè
4 in Orbe ob lapſum noſtrorum parentum, quemadmodùm legitur in Gene-
5 ſi c. 3. de quo facto Apoſtol. ad Rom. cap. 5. relatus in cap. placuit, de conſ. d. 4. dixit, per hominem vnum peccatū in mundum, & per peccatum mors, & & ità ſubdit ibi text. in omnes homi-
6 nes pertranſit, in quo omnes peccauerunt, condecens enim fuit, vt condigna pẹna ipſi punirentur, ſicuti in d.
7 Geneſi enarratur, ſed diuerſimodè ab Angelis peccantibus, quibus pẹna irremiſſibiliter irrogata fuit, quoniam non habuerunt inſtigatorem, ſed proprio vitio ceciderunt, non ſic primi noſtri Parentes, quibus pẹna remiſſibilis fuit illata, quia tentatorem habuerunt, gloſ. in cap. voluiſſent, verſ. nō reuocabatur, de pẹn. d. 1. Sicq; intro-
8 ducto in Orbe originale peccato, per quod corpora corrumpuntur, & animæ, ad text. in c. non ex quo, vbi gloſ. verbo abſumitur, & verbo corruptio, de conſ. diſt. 4. diuerſos tamen
9 effectus in homines pẹna ipſa originalis reatus operatur, nàm quoſdam facit inuidos, quoſdam luxurioſos, quoſdam auaros, & ſimiles, gloſ. in c. ſi Iudas, verſ. originalia, de pẹnit. diſt. 4.
10 hinc humana natura quodammodo labitur ad delicta, §. ſi verò, auth. de Monac. ꝓptereà neceſſaria fuit iuſtitiæ, & iuris, legumq; inſtitutio, ac etiā Iudicantium adminiſtratio, vt infra
11 ſubiūgetur, etenim legitur, quod Iuppiter ſine iuſtitia imperare nequiuerat, ex Plutarco tradit Topius de poteſt. Princip. §. 7. n. 40.

Deueniendo inſuper ad Iudican-
12 tium officium, quod quantum ſit ſublime, neceſſarium, & meritorium, ex ſequentibus demonſtratur, porrò intuendo ſublimitatem Officij Iudicātium, conſpicitur, eos nedùm Optimo maximo, eiuſq; filio aſſimilari, ac etiam Summis Magiſtratibus ſupremis, nempè Summis Pontificibus, Imperatoribus, & Regibus, quorum vi-
13 ces in Orbe gerunt; Deus enim omnipotens, mortales omnes iudicat,
14 Geneſ. cap. 18. ſimiliter & Chriſtus eius filius vnigenitus Iudex viuorum, & mortuorum appellatur, cap. 10. Act. Apoſt. & Dauid in Pſal. 109. inquit, iudicabit in Nationibus, &c. Iſai. cap. 4. ſtat ad iudicandum Dominus, cum alijs relatis à Borrell. de Magiſt. edict. lib. 1. cap. 1. nu. 209. qua de re in ſacra
15 pagina Iudices vocantur Dij; Exod. 22. Borrell. vbi ſup. n. 208. poſt Aerod. lib. 1. rerum iudicat. c. 33. & Maſtrill. de Magiſtr. tom. 2. lib. 5. cap. 3. num. 2. & Imperator in l. omnes, C. de iudic.
16 diuinos appellat Iudices, hoc eſt per ſimilitudinem, nàm inquit text. in
17 cap. ſimilem, de pẹn. diſt. 2. ſimilem Dei eſſe, eſt iuſtitiam, ſapientiam, & in virtute Dei eſſe perfectum, ſicut ſimile
18 ſimili coniungitur, Ecclef. cap. 13. & amplius, quando Iudices eā, vt decet, adminiſtrant, potiſſimum quando re-
19 ctè iudicant, dicuntur Dei Miniſtri in Terris, cap. nec is 15. q. 1. cap. non

ſolùm 23.q.5. Paris de Syndic. verbo
Iudex,cap.2. Afflict.in Conſt. Termi-
num vitæ,ſub nu.37.Maſtril.eod.tract.
tom.1,lib.1.cap.1.n.24. & lib.5.cap.3.
nu.3.tom.2.quo fit,vt Iudex tanquam
20 Dei miniſter iura debeat exequi, &
iniquitatem non operari, Caſſan.in
conſil.1.in 4.p.n.23.taliter quod iudi-
21 cium noſtrum debet ſe conformare
cum iudicio Dei,Rol. conſ.10. nu.12.
vol.2.Ciazius diſcept.forenſ.diſcept.
1.n.15. & diſcept.2.n.12.tom.1.

Eſtq; pariter neceſſarium in Orbe
Iudicantium Officium,poſtquàm col-
lapſa natura humana ob peccatum
noſtrorum parentum, propter quod
22 homines ità defectuoſi naſcuntur,cõ-
currentibus planetis, ſinguli menſe
ſingulo operari dicuntur in formatio-
ne infantis in vtero, Paul.Grill.de
ſortil.§.13.nu.3.poſt Caſſan.in Catal.
glor.Mundi,p.12.conſider.8. nàm & ſi
23 aſtra influunt,ſecundùm Aſtrologos,
non tamen cogunt ad bonum, vel ad
malum, aliàs impediretur liberum ar-
bitrium,ſi ſecus eſſet,quod non eſt fir-
mandum,quia ſunt ſigna rerum,non
cauſa rerum, Grill.de ſortil.q.3.n.13.
& q.11.n.16.

24 Adhùc tamen conſpicitur,quatuor
eſſe hominum genera, aliquos eſſe
valdè bonos, aliquos valdè malos,
alios mediocriter bonos, & alios me-
diocriter malos, gloſ. in cap.tempus,
verſ.pro valdè 13.q.2.& ſic variæ ſunt
25 hominum voluntates,l.quia poterat,
ff.ad Trebell. vndè in prouerbio dictũ
26 eſt, tot capita, tot ſententiæ, gloſ.in
cap.ſicut,de conſec. diſt.4. adeò,quòd
27 hominum ſtatus ſub perpetuo motu
conſiſtit, gloſ.in §.nuptias,verſ.ſolubi-
28 le,auth.de nupt.quo fit,vt mali bonos
ſępius perſequuntur, rarò boni ma-
los, Affl.in Conſt.Si damna,n.71. vbi
29 hoc per extenſum oſtendit, quocirca
Principes in hoc conſtituti ſunt, vt in-
ter malos in pace viuant boni, cap.nõ
fruſtra 23.q.5.Afflict.in pręlud.Conſt.
30 q.26.ſub n.23. & ideò Princeps Offi-
ciales conſtituit, vt ſubditorũ iura co-
gnoſcat, tueatur, ac vnicuiq; tribuat,
iuſtitiamq; adminiſtret,& puniat deli-
cta,Caral.in tract.de indultu,c.42.n.5.

31 Ex hoc,inquam,Iurę gentium,inquit
I.C. in l.ex hoc,ff.de iuſt.& iur.intro-
ducta ſunt bella,diſcretę gentes, Re-
gna condita,dominia diſtincta, agris
termini poſiti,ędificia collata,cõmer-
cia,emptiones, venditiones, locatio-
nes,conductiones, obligationes inſti-
tutæ,ad quod ſubdit tex.in §.ius autẽ
32 gentium,Inſt.eod.hinc bella orta sũt,
& captiuitates,quę ſunt naturali iure
contrariæ,cùm ab initio omnes liberi
naſcebantur, eodemquè iure omnes
contractus introducti ſunt, ex quibus
iurgia,lites,& altercationes inuicem
prodierunt ex tali rerũ diuiſione,& ex
mortaliũ iniquitate proceſſerunt,Luc.
de Pen.in l.neminẽ,col.3.verſ.vltimò
33 nota,C.de ſuſcept.lib.10.& cõſequẽ-
ter meũ,& tuum perturbauerũt ocium
humanum,quinimò rectiſſimè viuerẽt
homines in Mundo,ſi talia verba tol-
lerentur, gloſ.in cap.dilectiſſimi, verſ.
omnium 12. quæſt. 1. ibiq; tex. dixit,
communis enim vſus omnium, quæ
ſunt in hoc Mundo omnibus debuit
eſſe,ſed per iniquitatem alius dixit,eſ-
ſe ſuum, alius iſtud,& ſic inter Morta-
les facta eſt diuiſio,meum; & tuum ex
Mortalium iniquitate proceſſerunt,
Luc.de Pen.in l.neminẽ,C.de ſuſcept.
& præpoſ. lib. 10. col. 2. verſ. vltimò
nota,vbi plura ad ornatũ materiæ de-
34 duxit, ſicq; lites, vt plurimum ſolent
eſſe criminum occaſiones, §. ſi verò,
auth.de Trient.& Semiſ.cũ alijs apud
Carau.Rit.10. num.4. ſubdens n.5,ex
Ariſt.quod lis eſt cauſa malorum,imò
35 cauſa corruptionis, & principiũ eius,
ſi lis non eſſet in rebus, omnia eſſent
in vnum, ſed lis cùm ſit in rebus,di-
ſpergit eas, & non ſinit quieſcere,ex
Specul. de præpar. Iudic.in fine, verſ.
in ſumma, non mirum,ſi ex tali litigio
36 inimicitia inter Mortales contraha-
tur, vt optimè Ferraroct. in tract. de
inimic. §.18.n.2.vbi plura, ſicq; benè
37 cum Iob cap.7.dicere poſſumus,quòd
mili-

militia eſt vita hominis ſuper terram,
& ad hoc vt pax inter Mortales vigeret, neceſſaria fuit iuſtitiæ inſtitutio,
38 cùm ipſa iuſtitia cuſtos ſit pacis, Affl.
in Conſtit. Pacis cultum, poſt num. 1.
39 ſunt enim ſorores inuicem, iuſtitia,
& pax, vt dicitur in Pſal.34. Iuſtitia, &
pax oſculatæ ſunt, ideò ſorores dicun-
40 tur: nam qui facit iuſtitiam, pacem in-
uenit, notat Afflict. in Conſt. Poſt Mũ-
di, num. 38. vbi alia tradit, & non ab re
41 iuſtitia vtilior eſt ſubiectis, quàm
fertilitas temporis, idem in d. Conſtit.
Pacis cultum, num. 5. imò neceſſaria,
vt in pace viuant ſubiecti, quocirca
non ſolùm opus fuit iuſtitiæ, iuris, &
legum inſtitutione, vt præuia iuſtitia
42 matre ius ſuum vnicuiquè tribueretur, l. iuſtitia, ff. de iuſtit. & iur. §. 1. Inſt.
eod. ſimilitèr & iure filia ipſius, quod
43 ſiquidèm ius eſt, quia iuſtum, cap. ius
generale, diſt. 1. nam ſemota iuſtitia,
44 quid aliud ſunt Regna, niſi magna la-
trocinia, ſecundùm Auguſt. relatum
à Coſmo Guym. in Prag. Sanct. tit. de
cauſis, verſ. iuſtitia, & ab Afflict. in
Conſtit. Super inciſionibus, ſub nu. 2.
Maſtrill. d. tract. lib. 3. cap. 1. num. 51.
45 hìnc eſt, quòd etiam inter latrones
in diuiſione prædarum iuſtitia obſeruatur, Luc. de Penna in l. neminem,
C. de ſuſcept. & præp. lib. 10. verſ. tanta
46 enim eſt, ideò ſummum bonum eſt, in
rebus iuſtitiam colere, ac ſua cuiquè
ſeruare, in ſubiectos non ſinere, quod
poteſtatis eſt fieri, ſed quod eſt æquũ
cuſtodire, cap. cùm deuotiſſimus 12.
q. 2. ſubdens ibi Guym. paritèrq. & le-
ge, quæ eſt iuris ſpecies, d. cap. ius ge-
47 nerale, quamobrem leges factæ ſunt,
vt earum metu humana coerceatur
audacia, tutaq; ſit inter improbos in-
nocentia, & in ipſis improbis formi-
dato ſupplicio refrenetur audacia, &
nocendi facultas, c. factę ſunt, diſt. 4.
hìnc vltrà ius naturale prodierunt le-
48 ges, quas ordinauit iuſtitia ad conſtringendas vitas hominum, & ad gu-
bernationem populorum, vt habe-
tur in cap. Regni, incip. Regina iuſti-
tiæ, vbi Campag. exornat, & ſunt di-
49 uinæ, atquè humanæ, cap. 2. diſt. 1.
ſed demùm priùs neceſſariam fuiſſe
inſtitutionem eas adminiſtrantium,
50 nam parum eſſet in Ciuitate, niſi ſint,
qui iura reddere poſſint, l. 2. §. non
originem, verſ. parum, ff. de orig. iur.
vbi ſubdit I.C. & per eos, qui iuri di-
cendo præſunt, effectus rei accipitur,
51 cũ nulli licitũ ſit, ius ſibi pſi reddere.
ſubſequitur ibid. in §. poſt originem,
ad quod Borrell. dict. cap. 1. num. 71.
notat ex Cicer. quòd nec Ciuitas po-
52 teſt eſſe ſine Magiſtratibus neceſſarijs, ſine quorum prudentia, ác diligẽ-
tia Ciuitas eſſe non poteſt, & antè ip-
ſum Ariſtot. Polit. lib. 4. cap. 4. aſſequi-
tur Maſtrill. de Magiſtrat. tom. 1. lib. 1.
cap. 30. num. 36. Octaua pars Ciuita-
tis eorum eſt, qui publicis muneribus
funguntur, Magiſtratuſquè gerentes,
ſuum officium præſtant, ſiquidèm Ci-
uitas eſſe abſq. Magiſtratibus non po-
teſt, & præter eos I.C. in dict. l. 1. §. hu-
53 ius ſtudij, inquit, publicum ius in Sa-
cris Sacerdotibus, & in Magiſtratibus
conſiſtit, vbi gloſ. in verb. in ſacris ad-
dit, item in Magiſtratibus: quia inte-
reſt, vt ſint Magiſtratus; parum enim
prodeſſet, iura eſſe in Ciuitate, niſi
ſint homines, qui iura reddere poſſint.
Quapropter in Deut. cap. 16. aſſeritur,
54 Iudices, Magiſtratuſq. cõſtitues: hìnc
poſt Mũdi machinam à Summo Opi-
fice Deo conditam, vt inter Mortales
ſummum ius verſaretur, ab ipſo Deo
55 omnis poteſtas fuit Moyſi collata,
per quem lex data eſt, Io. 1. qui iudi-
cabat populis lites, Exod. cap. 18. &
56 ſucceſſiuè tempore conſtitutis Iudi-
cibus, iudicabant iuxtà legem, Deut.
cap. 7. Borrell. ibid. num. 72. poſtmodũ
57 tractu temporis in poſſe Samuelis de-
uenta iuriſdictione, inquit Sacra Scri-
ptura; cùm enim maiores natu popu-
li Iſrael congregati veniſſent ad Sa-
muelem, dicentes, Ecce tu ſeruiſti, &
filij tui non ambulant in vijs tuis, con-
ſtitue nobis Regem, vt iudicet nos,
1. Reg. 8. quo tempore Regalis pote-

ſtas initium habere perſpicitur, ſicq;
58 Reges fuerunt primi Domini, qui in
Mundo inuenti fuerunt, Marant.in
ſuo ſpecul.par.3.num.15.ibiq; nu.16.
ſubſequitur dicendo, & primas leges
ciuiles in Orbe feciſſe, qui durauerſir
vſq; ad tempus Tarquinij Seprimi, &
poſteà ob adulterium Lucretiæ fue-
runr expulſi, vt ibi num.18.& 19.quo-
59 niam expulſis Regibus, omne impe-
riū, iuriſdictio, & poteſtas totius Mun-
di aderat in Populo Romano, & ſic
permittente Deo, imperium ipſum
originem ſumpſit ex violentia, & po-
rentia, qui violentèr ex ſua porenria
armorum totum Orbem ſubiugauit, vt
ex Alb.Bald.Ang.& Felin. perpendit
ibi Marant.num.25.ibiq, in antecedē-
60 ti num.26.aſſeruit, primum Imperato-
rem in Orbe fuiſſe Octauianum, licet
aliqui dicant, fuiſſe Iulium Cæſarem,
ſub quo Imperio voluir Chriſtus Do-
minus noſter naſci in Mundo, vti iu-
ſto, pacifico, & generali.
61 Vndè conſpicitur, Deum Imperiū
de Cœlo conſtituiſſe, §.1.auth.de fide
inſtrum.& à Deo mediatè, & ſubordi-
natè, Laucel.Conrad.in Templo Iud.
lib.1.cap.1.q.2.num.9. vbi plura de
Imperatore, & ſic permiſſiuè, formali-
tèr, & effectiuè, Caſſan.in Conſuetud.
Burgun.in proęm.ver.par la grace de
Dieu, num.1.
62 At poſtmodùm tàm Reges, quàm
Imperatores ab ipſo Domino noſtro
procedunt, eò quòd ipſe Deus eſt Rex
Regum, & Dominus Dominantium,
Apoſt.1. Timot.6. Afflict. in prælud.
Conſt.q.26.n.27. hinc legitur in Pro-
63 uerbijs c. 8. Per me Reges regnant,
& legum conditores iuſta decernunt,
per me Principes imperant, & Poten-
tes decernunt iuſtitiam, non mirum,
64 nā Reges vices Dei gerunt, Topius
d.tract.§.3.num.11.& in Terris repre-
ſentat Deum, Caſſan. in Conſuet.Bur-
gund.rubr.8.§.3.num.24.quam etiam
65 Imperatores, vndè Imperator dicitur
Deus totius Mundi, Afflict.d.Conſtit.
Fideliū, nu.4.ſimiliter & Iudices, vice,
& auctoritate Dei fungnntur in Ter-
ris, Matienz.in dial.relat.lib.3.cap.11.
66 n.3.talitèr quòd cùm vnus ſit Deus,
& Pater omnium, inquit Apoſt.1.Co-
rint.8.non alitèr ipſi Domini dicuntur,
67 ſed Miniſtri Dei, Topius d.trac.§.6.n.
14.vbi num.17.ſubdit, quòd Rex dici-
68 tur à regendo, & conſulendo, non
autem à regnando, & dominando, ex
text.in cap.cleros 21.diſt. Afflict. in
prælud.Conſtit.q.1.ſub num.6. ideò à
69 Deo conſtituti ſunt Reges, vt faciant
iuſtitiam, & iudicium, 3.Reg.cap.10.
auth.quæ, de dignit.in prin.cum alijs
apud eund.Topium d.tract.§.7.nu.13.
70 hinc Rex non faciens iuſtitiam, non
eſt Rex dicendus, Afflict.in Conſtitut.
Magiſter Iuſtitiarius, ſub num.5. ve-
rumtamen quia ſecundum Andr. in
proęm.Conſtit.quem ſequitur Afflict.
in d.prælud.q.1.ſub num.9.quòd Re-
ges fuerunr omni tempore, videlicet
ab initio, ſed Imperatores fuerunt ex
poſt facto, & tempore Chriſti Octa-
uianus, idcircò in Veteri Teſtamento
non legitur aliquid de hoc nomine
71 Imperatoris, cuius nomen eſt terro-
ris, vt ibi Afflict.oſtendit, non mirum,
72 quia Imperium à porentia originem
habuit, & à violenria, idem Afflict. in
Conſt.Non ſine grandi, ſub num.6.ob
quod totum Orbem ſubiugauit, vt di-
73 ctum eſt, hinc Imperator eſt Deus to-
tius Mundi, Afflict. in Conſt.Fidelium
noſtrorum, num.4. ac etiam Dominus
Mundi quòad proprietatem, idem in
prælud.Conſtit.q.18.poſt num.1. nam
eius ſunt omnia quòad protectionem,
idem q.17.num.2.eſtq; conſtitutus in
74 præeminenti dignitatis culmine, idē
in Conſtit.Quantò cæteris, nu.34.tali-
tèr quòd ſuperiorem non habet in tē-
poralibus, ſed cęteris imperat, & ipſe à
nemine imperatur, idē d.prælud.q.21.
num.3. adhuc tamen, quia præceptis
diuinis nō ſolùm ligantur ſubditi Im-
peratoris, & Regis, ſed etiam ipſe Im-
perator, & Rex, imò etiam ligantur
75 præceptis Eccleſiæ, patet in cap.no-
uit, de iud. & ratio eſt, quia apud Deū
non

76 non eſt acceptio perſonarum,ex quo
ipſe iudicat ita magnum,ſicut paruū,
vt dicitur in d.c.nouit,& Paul.3. q.9.
cap.vlt. Hęc Afflict.in Conſt.Quantò
cæteris,num.36.& in d.Conſt.Non ſi-
77 ne grandi,ſub nu.9.nam hoc eſt pro-
prium ipſius iuſtitiæ, vt æqualitas in
iudicio ſeruetur,l.fin.C.de fruct.& lit.
expenſ. Afflict.in Conſt.Continuatio,
nu.10. prætereà quòd iuſtitia eſt, quæ
78 vnicuiq.quod ſuum eſt,tribuit, alienā
non vendicat vtilitatem, propriam nō
negligit, & communem æquitatem
cuſtodit, ſecūdùm Ambroſ.in 1.Offic.
relatum ab eod. Afflict. in Conſtitut.
Nos quidèm,ſub num.8. quo fit,vt cū
79 ipſe Imperator dicatur pater, & filius
iuſtitiæ,ſcilicet ratione originis,vt le-
ges ab eo procedant, & filius iuſtitiæ
ratione adminiſtrationis,& executio-
nis ipſius iuſtitiæ,idem Affl.d.Conſtit.
Non ſine grandi, num.1. vbi ſub n.8.
in 4.notab. hoc idem extendit ad Re-
ges, qui paritèr dicuntur patres iuſti-
tiæ, dum habent poteſtatem creandi
iuſtas leges, & conſtitutiones, & ra-
tione executionis,& adminiſtrationis,
& conſeruationis iuſtitiæ dicuntur fi-
80 lij iuſtitię, eò quòd sūt executores di-
uinæ prouidentiæ, exemplo Dei Pa-
tris,& Filij, vt patet Pſal.71. Deus iu-
dicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuā
81 filio Regis,& nō ab re Rex dicitur lex
animata in Terris, §.fin. auth.de con-
ſul.quemadmodū Imperator, ac etiā
pater legum,auth.de fid.inſtrum. in
princ. talis igitur iuſtitiæ adminiſtra-
82 tio concernit officium Regale, quod
eſt iuſta præcipere, & iniuſta prohi-
bere,cap.ſi Eccleſiæ,in fin.24.q.4. &
83 ad hoc cōſtituta fuit Regia poteſtas,
vt mali à malo coerceantur,& vt boni
inter malos viuant, d. cap.non fruſtra
25.q.5. & cap.Regnum, & cap.qui pec-
cat,in fin.23.q.4.ac etiam ex hoc con-
84 ſpicitur, officij effectus facere iudi-
cium, & iuſtitiam, d.c.Reg.hinc benè
85 Reges cēſentur eſſe diuinæ prouidē-
tiæ executores, Afflict.in Conſt. Poſt
Mundi machinam, num.25. vbi in
præced.nu.24. retulit, eos eſſe mi-
86 niſtros Dei, in vindictam malefacto-
rum,& laudem bonorum, quocirca
iuſtitia indiget armis, & è contra ar-
ma iuſtitia, gloſ. in Conſtit. Iuſtitia-
rios regionum, ſicut miſericordia in-
diget iuſtitia,& è contra, cap.diſcipli-
na 45. diſt.quemadmodum de Impe-
87 ratore legitur in proœm.Inſtit. Impe-
ratoriam Maieſtatem non ſolùm ar-
mis, ſed legibus oportet eſſe arma-
tam, vt vtroque tempore gubernare
88 poſſit,hoc eſt, quòd ſit potens in de-
fendendo populos, item, vt per ſuos
milites coerceat rebelles, & legibus
inobedientes, & milites dicuntur de-
fenſores,non domini, Afflict.d.Conſt.
Non ſine grandi, nu.7.ſubdens,ita
89 quòd ſit iuſtus in ſe, & in alios, quia
ipſe eſt origo iuſtitiæ, & ab eo depen-
dent,& procedunt leges, quod anteà
retulit Virgil.Aeneid.7.

Tu regere imperio populos Romane
memento,
Hæ tibi erunt artes pacis imponere
morem,
Parcere ſubiectis, & debellare ſu-
perbos.

90 Non mirum, ſi Princeps ipſe pacem,
& iuſtitiam diligere debet,Afflict.in
Conſtitut. Cùm circa iuſtitiæ, num.9.
91 poſtquàm iuſtitia eſt cuſtos pacis,
Afflict.in Conſtit.Pacis cultum,nu.1.
vbi alia ad hoc recenſuit.

Et tandèm cum ipſe Omnipotens
Deus Filium ſuum miſiſſet in Mun-
do,vt legitur apud Apoſt.ad Galat.4.
Miſit Deus Filium ſuum factum ſub
92 lege, vt eos, qui ſub lege erant,redi-
meret, vt in adoptionem filiorum re-
ciperemus, prout quoquè idemmet
Filius teſtatur apud Io. cap.20. Sicut
miſit me Pater, & iterum cap.6. Hæc
eſt autem voluntas Patris mei, qui
miſit me,tunc reaſſumendo omnem
93 Mundi poteſtatem,dixit,Data eſt mi-
hi omnis poteſtas in Cœlo, & in Ter-
ra,Math.c.28. tunc.n. nedum Sacer-
dotis officiū, ſed Imperatoris geſſit,
gloſ.in c.cū ad verū,ver.diſcreuit 96.
diſt.

94 diſt.& nõ ſolũ Imperatoris,ſed quędã
exercuit vt Rex,vt ibidem exprimitur,
& alia vt Iudex, vt infrà, adeò quod
cùm Imperator, & Sacerdos fuiſſet,
gloſ.in cap.quoniam, verſ. ſic actibus
10.diſt. duo in Orbe genera ſuperio-
95 ritatis conſtituit, Pontificiam, & Im-
peratoriam, ſeù Regalem, per quæ
Vniuerſus Orbis Terrarum regitur,&
gubernatur, cap.duo ſunt quippè 97.
96 diſt. Papa enim Vicarius Dei eſt in
Terris, immediatè Imperator eſt Dei
Vicarius in temporalibus, vt probat
Topius d. tract. de poteſt.Princ.ſecul.
97 §.8.nu. 12. & ſeq. hinc Imperator, &
Papa ſunt Iudices Ordinarij omnium
hominum, & Delegati Altiſſimi Dei,
Barbat.in repet.cap.Raynal.de teſta-
ment.colum.77. verſ.tamen pro iſta,à
quibus deriuantur omnes inferiores
poteſtates, dignitates, miniſteria, &
officia reſpectiuè ad Pontificiã,& Im-
peratoriam ſuperioritatem,de quibus
latius per Caſſan. in Catal.glor.Mũd.
par.4.conſid.7.par.5.conſ.27.& 28.&
hoc potiſſimum pro iuſtitiæ admini-
ſtratione inter ſubiectos, at cum ipſi
98 ſupremi Magiſtratus vbiq; perſona-
liter intereſſe non poſſũt, conſtituũt
Magiſtratus per diuerſos ordines,qui
prudenter æqualiter. iuſtitiæ officium
exerceant,vt habetur in Conſt. Fide-
lium, aſſequitur Maſtrill. de Magiſtr.
lib.3.c.1.n.104. adeò quòd cũ ab ip-
99 ſis eligantur,eorum perſonas repræ-
ſentant, Maſtrill.d.tract.d.cap.2.n.11.
tom.2.lib.5.& cap.3.num.17. hinc Iu-
100 dex potiſsima pars iudicij eſt, cùm
ſit Dux, & Imperator, Ioan.de Amic.
conſ.70. nu. 8. poſtquàm ab ipſis eli-
101 guntur Magiſtratus,cùm talis electio
ſit de Regalibus,& pertinet ad ſupre-
mam Iuriſdictionem,idem Maſtril.to.
1.lib.1.cap.1.num.1.Buccer.de Regal.
102 cap.2.nu.67. & iuſtiſſimè tales Offi-
ciales dicuntur pars Principis,Maſtr.
d.tom.1.lib.3.cap.1.n.5. ex l.quiſquis,
C.ad l.Iul.Maieſt. ibiq; etiam num.9.
pbat,Magiſtratus appellatione Prin-
103 cipes contineri,& ob id Imperator,
ſiuè Rex inter Senatores connume-
ratur, l.Ius Senatorum, C.de dignit.
lib.12.& d.l.quiſquis,Afflict.in Conſt.
Si damna,ſub nu.8.& non ab re ſi di-
104 catur, quod omnes Officiales vnius
Principis,vnam tantum faciunt Cu-
riam, Affl.in Conſt. Humanitate, ſub
nu. 44. ſicq; Iudex tenetur omnia fa-
cere,quæ Rex facere tenetur, Auil.in
cap.Pręt.cap.1.gloſ.tierra, nu. 3. quo
105 fit, Maieſtatis illud nomen ſigni-
ficans ſummam illam poteſtatem, di-
gnitatem, & auctoritatem, quam Im-
perator obtinet,ab ipſo Deo agnoſci,
ità probando cenſuit Buccer. d.tract.
cap.2.ſub n.6.tàm Imperatori conue-
nir, vt in proęm.inſt. & in Conſt. Ma-
106 ieſtati noſtræ,quàm Regibus non re-
cognoſcẽtibus Superiorem,prout eſt
inter alios Rex Siciliæ, cui Maieſtatis
nomen competit, Afflict. in proęm.
Conſt.§.eùm igitur,num.1. ſimilitèr
107 etiam Magiſtratibus eorum, nàm
Magiſtratus dicuntur habere Maieſta-
tem, Farin.in tract. de crim.læſæ Ma-
ieſt.q.112.n.139. & conſequentèr Iudi-
ces dicuntur Maieſtatẽ habere,Iacob.
de Beluis.in repet. cap. Romana, §.
contrahentes,n.39.de foro comp.quo
108 fit,vt offẽdẽtes tales Miniſtros Prin-
cipis, incurrunt crimen læſæ Maie-
ſtatis,dict.l.quiſquis,idem Farin.dict.
quæſt.112. inſpect.1.nu.1. quanquam
olim apud Romanos alij erant Iu-
dices, & alij Magiſtratus, prout ex
Cicer. probat Guibert. quæſt. iuris,
cap. 9. in princ. ſubdens,ipſos Ma-
giſtratus compellere Iudices, vt corã
ſe adeſſent, eò quia tales Magiſtratus
109 ius dabant,dicebant,& addicebant,
Iudices verò iudicabant, l.vlt. C.vbi,
& apud quem, cum alijs apud Ioan.
Vaudi var.quæſt.lib.1.cap.10. num.4.
taliter quod, vt ipſe ſubdit,Magiſtra-
110 tus Imperium appellari, & Iudicum
ſententias exequebantur,Guiber. vbi
ſup.num.6. propter quod Magiſtratus
gerere honoris erat,non muneris,Bor-
rell. dict. tract. lib.1.cap.11. num.15.
111 ſed Iudicem eſſe,eſt honor, & onus,
gloſ.

gloſ.in cap.ſi contra,de offic.& poteſt.
Iud.deleg.ver. probari, vndè conſpi-
citur,aliud eſſe Iudicis,aliud Ius dicē-
112 ris,aut Magiſtratus;aliud Ius dicerē,
aliud iudicare,aliud Ius eſſe, aliud iu-
dicium,per iura allegata à Vaudo vbi
ſup.n.6.& 7. Bellon.de mād.Iuriſdict.
cap.1.q.4.n.15.& cap.6.n.8. Vtcumq;
113 ſit,erant Officiales Miniſtri à Popu-
lo Romano electi, vt proſequitur Ma-
ſtrill.in prælud.d.tract.copioſè,& paſ-
ſim confunduntur inuicem,non alia
differentia exiſtente, niſi inter maius,
114 & minus, ità quòd omnes dignitatē
etiam habere dicuntur, l.qui furere,
ff.de ſtatu homin. ſimiliter & nobili-
tatem,Caſſan.d.Catal.p.7.conſid.24.
verſ.imò Iudices, column.2.Gratian.
diſcept.forenſ.cap.284.nu.22.ſemota
tali differentia, vt ibi Bellon.d.cap.6.
n.8. nàm Iudex Ordinarius repræſen-
tat Magiſtratum, Maſtrill. deciſ.135.
115 nu.60. & tandem Officia, & Magi-
ſtratus honorem afferre dicuntur,Ma-
ſtrill.dict.tom.1.lib.1.cap.30.num.60.
116 quocirca Iudicare honor eſt, Bor-
rel.lib.1. cap.11.n.15. quia eſt munus
publicum, Foll.in praxi crimin.rub.1.
117 nu.22.& Iudicibus honor impendi
ſolet,Matienz.in dial.relat.3.p.cap.10.
118 num.10. Sicquè honor Iudicis eſt
præferendus, Auil. in cap.Præt.c.37.
gloſ.Por ſi,n.4.non mirum ſi Iudicum
bonorum laus eſt vtilitas, & honor,
Matienz.d.dialog.p.3.cap.11.num.4.

Et eò fortius,dùm per intermedias
perſonas Imperatorum, & Regum à
Deo optimo maximo procedentium,
ipſi quidem ius dicentes vices Dei
gerunt in Terris,nedùm Patris Omni-
119 potentis,ſed eis etiam eiuſdē filij lui
omnis poteſtas iudicandi collata fuit,
vt prædictum eſt, qui etiam dùm inter
mortales morabatur, nedùm Sacer-
dotis, Imperatoris, ac Regis officio
functus fuit, ſed etiam Iudicis,quod
exemplo oſtenditur de Adultera co-
ram eo conuenta, & accuſata, apud
Io.cap.81. qui ſine, & c.poſtulatus 3.
q.7. ac etiam de iudicio numiſmatis
repræſētati, ſi licitum erat dari Cæſari,
Math.cap.22.c.conuenior 23.quæſt.8.
120 ſicquè benè dicitur, quod Iudex ſit
Miniſter Dei in Terris,Marſil.conſil.
76.n.16.conſ.90.n.37.conſ.127.n.24.
volum.2.vt dictum eſt ſupra, Caualc.
de Brachio Regio,par.2.n.49.

121 Et demùm ipſi Miniſtri Iudicantes
aſſimilantur Apoſtolis,quibus iudicā-
di poteſtas à Deo data eſt, Iudicandi
duodecim Tribubus Iſrael, Math.16.
Borrel.d.lib.1.cap.1.n.209.

Ecce, quomodo Iudicantium Offi-
cium nedùm ſublime, ſed verius ne-
ceſſarium in Orbe fuiſſe,compertum
apparet,vt quoq; nouiſſimè proſequi-
tur Conſil. Io.Maria Campana meus
ſatis amicitia coniunctus,& Dominus
in ſuo opuſc.de requiſit.ad commend.
Iud.creat.n.39.

Sed verius intuendo Iudicantium
Officium,ſeù adminiſtrationem illius,
quantum ad eos pertinere videatur,
pro meritorum conſecutione æterna,
& mortali,duxi ante omnia,illud priùs
conſiderandum eſſe, non aliter ex ip-
ſorum parte Officia ipſa poſtulan-
da fore,cùm id omni iure inhibitum
122 eſſe refertur, poſtquā ex ſacra pagi-
na proditum eſt, ne quiſquam ſibi ſu-
mat honorem, ſed qui vocatur à
Deo, tanquam Aaron,Numer.25.re-
latum in cap.in ſcripturis 7.q.1. & de
123 Iure ciuili quoq; inhibitum refertur
in l.fin. C.ad l.Iul.repet. idem Conſil.
Campana vbi ſup.n.95. eapropter cū
ipſa Officia, & Magiſtratus ſint de
Iure ciuili, Maſtr. d.tom.1.lib.1.cap.
27.n.8. eodemq; iure conſtitutum eſt,
124 ea inuitis potius, quam petentibus
concedi,ex gloſ.in l.dotem,in fin.ff.ſol.
mat. & alijs probat Cagnol. in l. inui-
to,ſub n.3 ff.de reg.iur. & inuitos tra-
denda, dicebat Alex.Seuerus,Borrel.
d.tract.lib.1.c.9.n.37. & circumſcriptis
Pragmaticis huius Regni, idem man-
dantibus in pragm.1. de Official. vbi
Reg. Rouir. confirmata ab Excellen-
tiſſimo Duce Oſſunæ die 17. menſis
125 Maij 1618. ne officia petantur,& ſi
Ma-

Maſtril.dict.tom.1.lib.1.cap.30. nu.1.
probet,licitum eſſe officia petere, &
Magiſtratus à Principe,oblatis preci-
bus,per iura ab eo relata, tamen ſanè
hoc intelligit procedere, ſemota am-
biti one,aliàs peccaret,vt ibidem pro-
ſequitur,vſq. ad num.13.& ſubſequi-
tur,ſi illis renunciari poſſit,ibìquè erit
videre, ne alienos labores tranſcri-
bam, & ad hoc optimè Paris de ſynd.
verb. & primò videndum, ſub num.6.
inquit,& dicit Conſtitut.Regni,quòd
officia non debent emi, quia emens
dicitur mercari ſacratiſſimum mini-
ſterium pretij venalitate, vt in Con-
ſtitution. Regni,Magiſtri Camerarij,
126 vbi dicitur,quòd debent dari inui-
tis, & ideò propter venalitatem offi-
ciorum tota obſeruatio iuſtitiæ cor-
rumpitur, & ideò dico, quòd quam-
127 uis pro Iudice præſumatur, l.a.de
offic. eius, quòd iſta præſumptio non
cadit in Iudice,qui officium emit,quia
præſumitur omnia mala agere per ſu-
pradicta,& vna præſumptio tollit aliã,
l.penè,ff.de in integr.reſtit.cũ ſimilib.
128 & etiã ſi emat à Principe, & tolle-
rentur, non euitabunt infamiam, &
præſumptionem malè agendi in offi-
cio per prædicta, à quibus eſt præca-
uendum,ſicut à peſte, dum modernis
temporibus officia venduntur,& plus
offerenti dantur, quod diuina iuſti-
tia permittere non deberet, & con-
tra procurantes ſtatuit,quòd tenean-
tur de omni culpa, vt infra in ver. ne-
gligentia,in cap.qualitèr officiales de
culpa,& infrà ver.iudicare, in cap.ſi
quis petat in libello. Hæc ille, quod
eſt ſatis improbatum in foro conſciẽ-
tiæ,quod per Bullam oſtendit Nauar.
in eius ſum.cap.17.num.7. Magiſtra-
tus pecunia recepta dantes, doloſè
agunt,Borrell.dict.lib.1.cap.9.nu.41.
illud tamen erit in cõſideratione ha-
bendum ad habilitatem ipſorum,
quod eſt præcipuum fundamentum
129 iudicij, poſtquàm Iudex eſt iudicij
pars tutiſſima, Afflict.in Conſtit.Cul-
tus iuſtitiæ, num.3. & propterea Iudi-
130 ces debent habere duos ſales; ſcili-
cet ſapientiæ, & conſcientię, ita ex
Bald.in l.2.col. vlt. C.de ſeſitent. ex
breuil.recit. notat Addit. ad gloſ. in
l.rem non nouam,in 1.not. C.de iudic.
Borrell.in dict.tract.d.lib.1.cap.8.n.2.
Matienz.in dialog.relator.par.3. c.6.
num.8.ſal ſcilicet ſapientiæ, ne ſit in-
ſipidus, aliud rectæ conſcientiæ, ne
ſit Diabolus, vt ibi Iaſ.notat,Sylua
Nupt.lib.5.num.90. vbi num.ſequ.ex
Pyrr.in l.imperia,ff.de regul.iur.addit,
131 ſex requiſita in Iudice ineſſe debe-
re,nempe peritiam, bonitatem, dili-
gentiam,eloquentiam,conſtantiam,
& prudentiam, ſed verius in optimo
Iudice ad populorum regimen tria
exiguntur,iuſtitia,ius, & iuriſpruden-
tia,Franciſc.de Perr.Feſtiu.lect.lib.1.
cap.1.num.14.cum alijs apud Auil.in
cap.Prætor.cap.1.gloſ.fiel, n.26.

Sed intuendo ipſa duo requiſita
magis ſubſtantialia,exiſtimo,non tan-
tum de ſapientia propria ipſius Iudi-
cantis intelligendum eſſe, & maximè
132 de ſapientia huius Mundi, quæ eſt
ſtultitia apud Deum, Apoſt.1.Cor.1.
cap.3.ſed verius de ſapientia diuina;
etenim ſapiẽtia Dei Chriſtus,Luc.11.
Matth.23. quam docet ſpiritus Dei,
Iob 32. ideò ipſa à Deo erit poſtulã-
da, Iob cap.1. quemadmodum egit
133 Salomon, qui petijt ſapientiam à
Deo,vt potuiſſet regere Populum, vt
legitur 3.Reg.3.quocircà cùm illam
obtinuiſſet, quia placuit ſermo eius
coram Domino,aſſeruit,dicendo, dixi
ſapientiæ ſoror mea es,& prudentiam
vocaui amicam meam,poſtquam om-
134 ne datum optimum, & bonum per-
fectum deſurſum eſt,deſcẽdens à Pa-
tre luminum, Iob cap.1. ſequitur
gloſ.in cap.ſi ex bono,ver.Apoſtolica,
135 de pœn.diſt.4.at cùm initium ſapiẽ-
tiæ ſit timor Domini, Iob c.28. &
Pſ.110.admonẽdi ſumus in iudicãdo,
præſertim præ oculis habere Dei ti-
morem,nàm qui Dei iuſtitiam oculis
ſuis præponit, ſemper timens, & tre-
mens in omni negotio formidat, ne
de

de iuſtitiæ tramite deuius cadat, & vndè non iuſtificatur, indè potiùs cō-
136 demnatur, inquit text. in cap. omnis 45. diſt. & proptereà Iudex, Deum,
137 & iuſtitiā sēper ante omnia oculos habere debet, Afflict. in Conſt. Inter cætera, num. 2. & conſequentèr ſecūdùm Deum, & iuſtitiam iudicare tenetur, idem in Conſtitut. Vniuerſos, & ſingulos, num. 11. vndè quemadmodū ipſe Deus eſt iuſtus, vt dicitur in
138 Pſal. 7. Deus Iudex iuſtus, & patiēs, & non ſolùm miſericors, ſed etiam iuſtus, & quomodo, tradit gloſ. in cap. nullus, verſ. non relinquatur, diſt. 1. ita & ipſa iuſtitia de per ſe, quæ eſſi omnium virtus ſit, ſecundùm Tull. 1. Offic. & hæc vna virtutis, nàm om-
139 nium eſt Regina, & Hieronymus ad Demetrium, omnes virtutum ſpecies vno iuſtitię nomine cōtinentur, Paul. Lancel. de reg. iur. lib. 2. §. fortitudo, & ſecundùm Ariſtot. relatum à Guym. vbi ſupra ait, Iuſtitiam omnium ſecu-
140 li virtutum eſſe matrem, & hęram, ſine qua nihil in Mundo firmitèr durare valet, idcircò iuſtitia ipſa virtu-
141 tum magnitudinem habet, Bonifac. in Clement. Romana, §. ſanè, num. 19.
142 de elect. & ideò iuſtitia ipſa definitur tàm à I.C. in l. iuſtitia, ff. de iuſtit. & iur. quàm ab Imperatore in §. 1. Inſtit. de iuſtit. & iur. quòd ſit conſtans, & perpetua voluntas, ius ſuum vnicuiq; tribuens, vbi gloſ. notat, quemadmo-
143 dùm Deus eſt iuſtus, habet voluntatem conſtantem, id eſt firmam, ſtabilem, & perpetuam, id eſt non temporalem, ſed ſemper duraturam, tribuēdo vnicuiq; ius ſuum, ſcilicet benemeritis Paradiſum, & malemeritis In-
144 fernum, ita & homo iuſtus habere debet voluntatem tribuendi vnicuiq; ius ſuum, exēplo in Iudice iuſto oſtēdit gloſ. qui debet habere voluntatē
145 abſoluendi innoxios, & inculpabiles, & puniendi criminoſos, vt conueniat legibus, ità dictantibus, audaciā reprimentibus, malemeritos pœnis afficientibus, & bonos pręmijs, iuxtà vulgatos verſus, traditos à gloſ. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. verb. metu.

Oderūt peccare boni virtutis amore,
Oderūt peccare mali formidine pęnę.

iuſtitiam de criminoſis facere ſanctiſſimum eſt, & inter eleemoſynarum genera connumeratur, nec pinguior victima mactatur Deo, quàm homo impius, grataq; eſt Diuinæ Maieſtati debita malorum punitio, & amicus Dei eſt, qui iuſtè interficit inimicos eius, Cabal. reſol. crimin. tom. 1. caſu 1. nu. 18. ſicq; iuſtus ille dicitur, qui iuſtitiam facit, cap. iniuſtum 11. q. 3. & cap. qui rectè 45. diſt. Lęl. Zecch. de iuſtit. cler. cap. 15. num. 4. & conſequē-
146 tèr tūc Iudex diceretur iuſtus, cùm iuſtus ſit, Bortell. d. tract. lib. 2. cap. 2. num. 105. ac etiam dicitur quaſi ius dicens, Auil. in proęm. cap. Præt. gloſ. qualeſquier, num. 1. & ideò iuſtus, & nulli vitio ſubiacere, & debet eſſe fortis potiùs, & conſtans, Auil. in c. Præt. cap. 2. glo. en juſticia, num. 2. ipſa enim iuſtitia dum habet ſubiectum conſtātiæ voluntatis, ſuadet, ius dicentes eſ-
147 ſe conſtantes, ne pręmio corrumpi valeant, aut odio moliri, vel amore, auxiliumq; præſtare, ex quibus humanum iudicium corrumpitur, ad tex. in cap. quatuor modis 11. q. 5. c. cùm ęterni, de ſent. & re iudic. in 6. quocir-
148 ca iudicium exercendum erit ſine timore, amore, pretio, & precibus alterius, Bonifac. in Clemen. 1. de hęret. num. 14. ad quod gloſ. in d. cap. quatuor addit alias quatuor cauſas iudicium peruertendi: primò, quādo pauperibus miſeretur; ſecundò, nimia ſęueritas; tertiò, nimia remiſſio; quartò, ſi malè per imprudentiam iudicat, quibus addo, quòd non debet eſſe nimis credulus, vel tempeſtiuus, ſed mediocris, Iacob. de Beluiſ. in praxi crimin. rubr. de inquiſ. n. 27. & 29. &
149 Iudex quid agere debeat, vt rectè officium exequatur, oſtendit Matienz. d. dialog. par. 3. cap. 61. num. 16. ipſum ſub mediocritatis itinere ambulare, per iura, & exēpla ibi tradita in vtro-

què penſo iuſtitiam,& miſericordiam
debet habere, Auil. in cap. Præt.
cap.1.gloſ.derechamente,num.3.nam
ſicuti Iudex ad flatum venti Orienta-
lis, hoc eſt ratione cognationis, aut
amicitiæ flecti non debet, vt inquit
Matien. in dialog. relat.p.3.c.14.n.1.
ita nec ad flatum venti Meridionalis,
hoc eſt ratione timoris, & potentiæ
moueri non debet, idem dict. part.3.
cap.36.num.1. neque ad flatum venti
Septentrionalis, hoc eſt ratione iræ,
aut inimicitiæ flecti debet,idem dict.
par.3.cap.37. num.1. Iudices enim in
iudicando ira,odio,aut inimicitijs ire
nè dicatur,ſubdit n.12. hinc eſt,quòd
150 media via erit eligenda, l. antiqui,
ff.ſi pars hæred.pet.gloſ.in §.ideò,ver.
medio,Inſtit.quib. ex cauſ.manum.et
151 conſequenter medium tenendum,
gloſ.in l. ſolent,§.fin. ff.de offic.Pro-
conſul.ver.auariſſimum, vndè in ada-
152 gio dici ſolet,Medium tenuere Bea-
ti,vt ibi gloſ.notat, & in l.ſed & ſi,§.
adeò,in fin.ff.de pet.hæred. & in §.1.
verſ.medium,auth.de Conſul. etenim
medium duo extrema ad ſe trahit,ead.
gloſ.fin. in l.qui ſella, ff.de ſeruit.ruſt.
153 præd.propterea medium eligendum
eſt, ideſt vita menſurata, ſic explicã-
do verbum, mediocri, dixit gloſ.in §.
hæc à nobis, auth. de trien. & ſemiſ.
verſ.mediocri, & ſic ius, & æquum eſt
medium pluris, & paucioris, & Iudex
154 dicitur mediator,Gratian.diſceptat.
forenſ.tom.1.in præfat.num.19. ſub-
155 dens num.20.iuſtum quærentes,me-
dium quærunt, & ad Iudicem ire,eſt
ad ius accedere, & ſequitur num.21.
156 quemadmodũ ius eſt medium quo-
dam, ita & Iudex, qui exequar, vbi
pluta ad hoc conſiderat vtilia, ſem-
157 per enim debet Iudex ſequi medio-
critatem,Graff.tom.2.dec.lib.3. c.28.
158 num.66. nam iuſtitia ſtat in medio,
cùm ſit cingulum boni Chriſti, Eſai.
cap.11.

Qua de re cùm ipſa iuſtitia conſi-
ſtere videatur in libramine ſtateræ,nã
159 ſtatera iuſta,& æqua eſt, Leuit.c.19.
160 quam non ab re in manibus ſuis ge-
rit,&lances appendet æquo librami-
ne,præ oculis habeat Deum,vt inquit
Sylua Nupt.lib.5. num.104. & infra
dicetur per text.in cap.cùm æterni.de
ſent.& re iudic.in 6. ita Iudex, cuius
161 adminiſtrator eſt, dum rectè iudi-
cat,dicitur deferre ſtateram in manu,
cap.omnis,qui,diſt.45. gloſ.in cap.1.
de ſent.& re iudic.in 6. verſ.ſtatera,
Auil.in cap.Præt.cap.1. gloſ.derecha-
mente, num.1. adeò quòd cùm apud
162 Deum non ſit acceptio perſona-
rum,ſecundùm Apoſt.ad Rom.c.2.&
apud Galat.2.ad Coloſſ.cap.3. quod
antea expreſſum eſt Deut.cap.10. qui
perſonam non accipit, & Iob cap.34.
Qui non accipit perſonas Principum,
2.Paralip. cap.19. & confirmatur in
§.illud, auth. de Monac. ibi, Quia
163 quantum ad Dei cultum non eſt
maſculus, neque fœmina, neque li-
164 ber, neque ſeruus;omnes enim in
Chriſto vnam mercedem percipere,
vbi gloſ.in verſ.non eſt, alia conſimi-
lia addit.

165 Ita apud Iudicem erit obſeruan-
dum, vt non accipiat perſonam, Ma-
ſtrill.de Magiſtr.lib.1. cap.2. num.60.
166 nã Iudex ita proximum, & magnum
iudicare debet, vt extraneum, gloſ.2.
in l.ſi quis,ff.de rer.diuiſ.ita magnum
ſicut paruum, antiquum,vt iuuenem,
cap.nouit,de iudic. gloſ.in cap. cù æ-
terni,in princ. de ſent.& re iud.in 6.
167 non enim debet declinare ad dex-
teram,neque ad ſiniſtram,ead.gloſ.in
l.vbi falſi,verſ.medius,C.ad leg.Cor-
nel.de falſ.Borrel.in d.tract.lib.2.cap.
19.Auil.vbi ſupra,num.2. ſed æquali-
168 tèr omnes ſubiectos iudicare debet,
vt legitur Exod.cap.23. non ſuſcipias
vocem mendacij, nec iunges manum
tuam, vt pro impio falſum dicas teſti-
monium, non ſequeris turbam ad fa-
ciendum malum,nec in iudicio pluri-
morum acquieſces ſententiæ,vt à ve-
ro deuies, pauperis quoquè non mi-
ſereberis in iudicio,ſi occurreris boui
inimici tui,aut aſino erranti, reduc ad
eum,

cum, ſi uideris aſinum odientis te ia-
centem ſub onere, non pertranſibis,
ſed ſubleuabis cum eo, non declina-
bis in iudicium pauperis, mendacium
fugies; inſontem, & iuſtum non occi-
des, quia accerſit impium, nec acci-
pias munera, quæ etiam excęcāt pru-
dentes, & ſubuertſit verba iuſtorum,
peregrino moleſtus non es, &c. ideò
169 Iudex ius reddere debet ſine acce-
ptione perſoonarum, Afflict.in Conſtit.
Speciale, nu.2.& caueant, inquit gloſ.
in S.noſtros autem, auth.de iud.&c.in
ſententijs ferendis, nec eos abſoluāt,
qui ſunt condemnandi, vel eos dam-
nēt, qui ſunt abſoluendi: nam Iudices
170 vicem fluminum gerunt, qui dant, &
tollunt dominia, gloſ.in §.quòd ſi, ver.
incipit, inſtit. de rer.diuiſ. vndè non
171 immeritò depingitur iuſtitia cœca,
vt inquit Pyrr. in Conſ. Aurel. in ſer-
mone, quem facit, cur iuſtitia pingi-
tur cœca, nō alia ratione, quàm quòd
Iudex aduerſus potentiores, & eorum
minas, & preces oculos claudere de-
bet, & ab illis caſta iuſtitiæ limina
auertere, Ant.de Ballis in eius tract.
crimin.lib.2.tit.de quęſ.& tort.qu.10.
num.38.idcircò duxi, hìc inſerendum
eſſe colloquium Philoſophi, & Iuſti-
tiæ, iam impreſſum in Codice Practi-
catum Obſeruationū Bernardi Mur-
ſeri, qui eſt huiuſmodi, cùm non in
poſſe iuris Profeſſorū ita facilè repe-
riri poſſit, poſtquā Philoſophus inter-
rogat mulierem, quę eſt iuſtitia, in vna
manu gladium, in altera bilanciam
tenet, & Philoſophus ſimplex interro-
172 gans, ait per ſequentia.

PHIL. Quæ Dea? I. Iuſtitia. PHIL.
& quid toruo lumine? I. flecti
Neſcia ſum lachrymis, nec moueor
precibus.
PHIL. Vnde Genus? I. Cœlo. PHIL.
qui te genuere parentes?
I. Mi modus eſt genitor, chara fides
genitrix.
PHIL. Cur gladium tua dextera ge-
rit? cur lęua bilancem?
I. Ponderat hæc cauſas, percutit ille
reos,
PHIL. Aurium aperta tibi cur alte-
ra, & altera clauſa eſt?
I. Vna patet iuſtis, altera ſurda ma-
lis.
PHIL. Cur ſola incedis? I. quia copia
rara bonorum eſt.
Hæcq; ferunt paucos ſeculo Fabri-
tios.
PHIL. Paupere cur ſemper cultu?
I. Iuſtiſſimus eſſe
Qui cupit mēſas, nemo parabit opes.

173 Nec erit circa hoc idem præ-
termittendum Alciati Emblema 144.
inquiens.

In Senatu boni Principis Dialogiſ-
mus.

Effigies manibus truncæ ante altaria
diuum
Hinc reſident, quarum lumina
capta prior.
Signa poteſtatis ſummæ, ſanctiquè
Senatus
Thebanis fuerant iſta reperta
viris.
Cur reſident? quia mente graues de-
cet eſſe quieta.
Inridicos animo, nec variare leui.
Cur ſine ſunt manibus? capiant ne
xenia, nec ſe.
Pollicitis flecti, muneribuſuè ſināt.
Cęcus at eſt Princeps, quod ſolis auri-
bus abſq;
Affectu conſtās iuſſa Senatus agit.

174 Conueniunt quoq; ſymbola egre-
gia Pythagoræ, relata à Ioan. Baptiſta
Schuartzent ad l.nemo Iudex, n.102.
C. de ſent. & interloc. &c. Principi
optimo congrua, ſcilicet Coronam
minimè carpe, ideſt leges Vrbium
conſerua, ſtaterā ne tranſileas, hoc eſt,
nè prætergrediare Iuſtitiam, per viam
publicam ne ambules, ideſt multo-
rum ne ſequaris errores, ſubdens nu.
101. referendo aurea illa præcepta
Tabulæ Gnomonis à Ptolomęo Ar-
phaſidi Aegyptij Regi præpoſitæ,
quæ ob oculos expoſita habere de-
bent Reges, quibus quidem Vniuer-
ſum Principis regimen intuentur,
quæ ſunt,

1 *Nunquam magni feci diuitem Tirannum.*
2 *Nec odio habui pauperem iuſtum.*
3 *Nunquam iuris dicendi tempus pauperi diſtuli.*
4 *Nec largitionibus adductus diuiti peperci.*
5 *Nunquam feci gratiam alicui fauore captus.*
6 *Nec iratus pęnam inflixi.*
7 *Nunquam permiſi malum impunitum.*
8 *Nec bonum irremuneratum.*
9 *Nunquam cauſam liquidò iuſtam alteri tractandam commiſi.*
10 *Nec obſcuram ſolus decreui.*
11 *Nunquam ius negaui petenti.*
12 *Nec miſericordiam eam merenti.*
13 *Nunquam quempiam iratus mulctaui.*
14 *Nec bona lætus magnificè promiſi.*
15 *Nunquam temerè geſtiebam in proſperitate.*
16 *Nec in aduerſis animum deſpendi.*
17 *Nunquam odio incitatus damnum alicui intuli.*
18 *Nec rem turpem ob auaritiam commiſi.*
19 *Nunquam adulantium amore capiebar.*
20 *Nec aures detrectantibus præbui.*
21 *Semper à bonis optabam diligi, vt me timerent mali.*
22 *Et breuiter fauebam pauperibus.*
23 *Poſtremò fui dilectus à Dijs multa petentibus.*

175 Et ſubſequitur n.103. hanc Tabulam cuſtodiſſe M. Aurelium Antoninum Romanum Imperatorem, qui & Verus appellatus eſt, vehementiſſimus Orator, & Philoſophus percelebris, eamq; dùm in extremis eſſet, & morti vicinus, Cõmodo proprio filio Imperium ſuccedenti oſtendendo paterna hac eũ alloquitur voce, ſcilicèt.

Ego vt Imperator te conſtituo multorum bonorum hæredem, ità quoq; vt pater tibi do hanc tabulam, adijciens, quia Imperatores omnes timebunt te, cùm verò vſus fueris Tabulæ huius conſilijs, ab omnibus in pretio habueris, hactènus ille.

176 Inſuper Borrel. in præcitato tract.
d. lib. 1. cap. 1. n. 74. & ſeqq. cenſuit dicendo, in Simandij namq; Aegyptiorũ Regis Sepulchro, ac Monumento Imagines illorum fuiſſe aſſeritur, qui Iudiciorum ſententias ferrent, ac veritatis Imaginem quandam collo ſuſpenſam tenerent oculis ſubclauſis, & conniuentibus, vtq; Iudices integros, ſolamq; veritatem proſpicere debere præſeferrent: vt Auctor Diodorus Siculus Antiquit. lib. 2. hanc Imaginem ſine manibus etiã fuiſſe ſcribit Marc. Mantua Dialog. venat. 21. n. 4. claſſ. 9. vt oſtenderet Iudices, ne oculis flecti, nec muneribus moueri oportere, ſed puris manibus iudicia proferre, §. ſi qs aũr, auth. vt Iudic. ſine quoquo ſuffrag. Auiles d. cap. 1. gloſ. nulleueran, nu. 2. Matienz. eodem Dialog. relat. par. 3. cap. 23. n. 20. & Iudex debet ſeruare manus mũdas Deo, Regi, & legi, Auil. d. cap. 1. gloſ. dadiuas, nu. 4. Caualc. de Brachio Regio, p. 5. n. 35.

Hæc quòad iuſtitiam matrem iuris, conferunt etiam eius filiæ, quæ eſt ius, vt dictum eſt, ius enim ſe con-
177 forme reddit eius matri, poſtquàm I. C. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. definiendo illud, inquit, eſt aũt ius à iuſtitia appellatum, nàm eleganter Celſus definit,
178 ius eſt ars boni, & ęqui, vbi gloſ. in 3. explicatione dixit, ars, ideſt artificiũ,
179 nàm author Iuris eſt Homo, Iuſtitiæ eſt Deus, & quòd ſubijcit boni, & ęqui, ideſt, quòd eſt æquum, & vtile, quæ quidem iuris verba explicando Coraſ. in l. ſi emancipati, n. 1. C. de collat. dixit, hoc eſt, æquitas ipſa potiſſimum
180 verſatur in ea æqualitatis obſeruatione, l. fin. C. de fruct. vtriuſq; enim
181 enim Iuſtitiæ, ſiuè diſtributiuæ, ſiuè commutatiuæ idem prorſus eſt nimirum æqualitas, Bal. in l. omnium, C. de vectig. licet proportionis medium diuerſum, & melius, lib. 1. Miſcellan. c. 18.
182 artem ipſam declarat ſcientiam, & diſciplinã Iuris, quæ in bono, & ęquo verſatur, nempè, quòd bonum illud ſit vtile nobis, aut Reipublicæ, & æquum
quæ-

quædam rerum moderatio,& æquali-
tas quædam conſeruario,l.non tantū,
ff.de re iud. quo fit, vt cùm Iudex ſta-
183 retā in manu geſtet, iudicium mixtū
eſſe debet, rigore, & lenitate, cap.di-
ſciplina 45.diſt. quod benè exprimi-
tur in d.cap.omnis, qui iuſtè iudicat,
ſtateram in manu geſtat,in vtroq; pē-
ſo iuſtitiam, & miſericordiam portat,
ſed per iuſtitiam reddit peccati ſen-
tentiam, per miſericordiam peccati
temperat pœnam, vt iuſto libramine
quædam per æquitatem corrigat,quæ-
dam verò per miſerationē indulgeat,
Auiles in capit.Prçt.cap.1.gloſ.dere-
chamente,n.1.& ſeq. Iuſtitia enim re-
gitur æqualitare, & diſparitare, infici-
tur,ſicut corpus humanū Fiſionomia
continetur, & monarchia, alicuius ex
humoribus fit morboſum, Scaccia de
Iudic.tom.1.cap.90.ſub num.1. Sicquè
184 debet bonum,& æquum conſidera-
re,l.2.§.ſi non,in fine,ff.ſi quis caut. &
ità arbitrari, l.ſi verò,§.ſed ſi reum, ff.
185 mand. & ſucceſſiuè Iudex debet ha-
bere præ oculis miſericordiam, & ſe-
ueritatem ſimul,& nō vnum ſine alio,
Abb.in cap.eſtote, nu.3.de reg.iur. &
ſic mediocritatem ſequi debet,gloſ.in
d. cap.diſciplina, verſ.miſcendum,
adeò,vt reſpiciendum Iudici erit,quid
durius,aut remiſſius conſtituat,l.reſpi-
ciendum, ff.de pœn. Camp. in cap.ad
peruerſorum, n. 53. nàm & ſi hæc in-
186 uicem contraria eſſe videantur,mi-
ſericordia, & rigor, quæ non poſſunt
eſſe in eodem ſubiecto, ad text. in l.
Lutius, ff.pro ſocio,attamen gloſ.in d.
cap.omnis, verſ.portat,mouēdo quæ-
ſtionem ipſam,reſoluit huiuſmodi, nō
quod ſimul exerceat ea circa aliquē,
187 ſed quia ſi opus fuerit,& cauſa ſub-
eſſet, debet eſſe miſericors in diſpen-
ſando, ſi cauſa non ſubeſt,debet eſſe
rigidus in iudicando, quippè qui ni-
mis Iuſtitiæ rigor reprobatur,iuxta il-
188 lud,noli eſſe nimis Iuſtus,quia Iuſtus
perit in iuſtitia ſua, Prouer. cap. 26.
& Eccleſiaſt.cap.7. Iuſtus perit in iu-
ſtitia ſua, & impius multò viuit tem-
pore in malitia ſua: noli eſſe Iuſtus
multum,neq; plus ſapias,quàm neceſ-
ſe eſt,ne obſtupeſcas,nàm & ſi iuſtitia
189 ſola inſpiceretur, nullus ſaluaretur,
vel conſequeretur veniam criminis,
gloſ.in cap.quem pœnitet, de pœn.diſt.
1.dictū eſt in iure, veh iuſto, ſi remota
miſericordia à Deo iudicaretur, gloſ.
in cap.ſi enim inquit, ver.peccari, de
pœn. diſt. 2. vndè dicitur in Pſal. 114.
O Domine libera animam meam,mi-
ſericors Dñs,& iuſtus, & Deus noſter
miſeretur, cui conueniunt verſus illi

*Si quotiens peccant homines ſua ful-
mina mittat.*

Iuppiter exiguo tempore nullus erit.

190 Non enim Iudex in puniendo de-
bet eſſe ſeuerior lege, Igneus in l.1.§.
cum Domini,n.17.ff.ad Syllan. nequè
acerbior lege,idem in l.1.§.ſi tibi,nu.
17.ff.eod. Marſil.conſil.75.nu.27.Rol.
conſ.45.n.77.vol.1.quia eius poteſtas
non eſt ſuper legem, Matienz.in eod.
Dial. p.3.c.11.nu.9. quam ſeueritatē
attingit Tiraq. de retract. conſang.
191 gl.35.n.17.dicens,eſſe illam,quæ de
ſtricto iure conſpicitur, nàm inquit
Imperator in l. placuit, C. de Iudic.
192 placuit,in omnibus rebus præcipuā
eſſe Iuſtitiæ,æquitatiſq; ſcriptæ,quam
ſtricti iuris rationem,& quando rigo-
rem, & quando æquitatem ſequi de-
beat, oſtendit Matienz. eod. Dialog.
193 p.3.cap.64.non mirum,ſi ob nimiam
ſeueritatem ab Officio repellēdus erit
Iudex, Franc.Marcus dec.374.nu.12.
& ob nimiam ſeueritatem Iudex po-
teſt recuſari, Matienz. eod. Dialogo
relat.p.3. cap.65.n.3.
194 Neq; tàm facilis, & mitior, nàm
facilitas veniæ tribuit incentiuum de-
linquendi,ad tex.in cap.eſt iniuſta 23.
q.4.in fin.& in cap.ſi ea, cum cap.ſeq.
36.q.9.cap.inferiorum, & cap.culpa
86.diſt.neq; clementior lege, §.opor-
tet,auth.de Iudic. Camp.in cap.exer-
cere,n.11.nec flecti contra legem,§.ſi
quis autem, auth.de Trient. & Semiſ.
Afflict.in Conſt.Ea,quæ ad decus,nu.
32.Cagnol.in l.in omnibus,n.6. ff.de

reg.

reg.iur.Marſil.conſ.52.n.24. etenim lex ſemper mitior eſt Iudice, gloſ.in §. maneat, verbo neq; Auth. de Iudic.
195 quare Carolus Secundus fecit ſuſpendere quendā Officialem, qui pro homicidio impoſuit pęnam manus, refert Camp.in cap.pridem,nu.5. vbi aliud exemplum tradit de Cambiſe Rege, qui quendam Iudicem de falſo conuictum excoriare fecit, & pellem extēdere ſuper Cathedram, vbi filius, qui ei ſucceſſit in Officio pro Tribunali debuit ſedere, vt patris pellem videndo exemplum acciperet, ne malos liberandi, nec bonos condemnādi volūtatē haberet, & ibi ēt erāt verſus.

Sit tibi lucerna

Lux, lex, pelliſq; paterna.

A manibus referat munus, ab aure preces, & ibi alia ſectatur, de quo etiā teſtatur Collani.in Commēt.Prag.in fauorē rei frument.lib.3.c.11.ſub n.7. & Leo Imperator quendā Pręfectum, qui pro adulterio Senatorē impunitū dimiſit, vita, & officio priuauit, tradit Iuſtus Lypſius in ſua Polit.lib.2. cap. 9.nàm Iudex non debet eſſe mitior lege, & debet ſubtilitatem iuris attendere, cętera præter Ius à Principe expectare, ex Menoch.de arb.Iud. q.96. n.15. probat Leoncill.dec. Ferrar.33. num.4.
196 Debet tamen Iudex æquitati ſtudere, vndè æquus eſſe debet, l.ſi Procuratorem, §.ſi his, ff.mand.æquitatem ante oculos habere, l.ſi quis, in fine, ff. de eo, quod certo loco, hoc eſt æqualitatem, vt diximus, & ſequitur ibi Tiraquell.n.13. exponendo æquitatem,
197 vti æqualitatem, etenim Imperator, æqualitatis, & iuſtitiæ amator eſt, §.illud quoq; auth.de non elig.ſecun.nub. facit tex.in §.illud verò, in fine, ibi, iuſtitiam autem vbiq; & æquitatem, &
198 legis lationem docet, Iudex in iudicādo medius eſſe debet, Guazin.ad defenſ.anim.lib.2.defenſ.5.c.33.n.11.
199 nàm duo iſta, ſeueritas nimia, ſiuè rigor, & remiſſio facilis faciunt peruertere iudicium Iudicantis, cap.diſcipline 45.diſt.gl.in cap.quatuor, in princ. 11.q.3. ideò miſcenda erit Iudicantis opinio, ac alias qualitates habere, vt
200 iuſtus Iudex dicatur, relatas à Borrel.d.lib.1.cap.4.n. 14.& tùnc diceretur Iudex, cùm iuſtus eſt, idem lib. 2. cap.2.n.105. alias qualitates Iudicis refert Caualcan. de Brachio Regio, p. 3.n.237.& p.4.& 5.& p.1.n.47.
201 Quantum verò ſpectare videatur ad modum iudicandi, patet in cap.plerumq; 11.q.3.ibi cauſę enim ſunt penſandæ; & tunc ligandi, & ſoluēdi exercenda, Affl.in Conſt.Vniuerſos, nu.1. quod eſt expreſſum in cap. Iudicantē 30.q.1.Iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, interrogandi, reſpondendi, obijciendiq; præbita patientia ab eo, vt ibi actio ambarum partium illuminata ſit pleniter, nec litigantibus Iudex prius velit ſuæ ſententiæ obuiare, niſi quando iam peractis omnibus, nihil habeāt in quæſtione, quod
202 proponant, & tamdiù actio ventiletur, quouſq; ad rei veritatem perueniatur, frequenter interrogari oportet, Afflict.in Conſt.Terminum virę, n.35. And.Gayl. lib.1.obſeru.108.n.5.Iudices veritatem ſequi oportet, Matienz. in Dialog.3.par.cap.41.num.4.Veritas
203 enim iuſtitiæ eſt ipſa iuſtitia, ſecundùm Bal.in l.1.num 2. ff.de nou.oper. nunt. ideò veritatis inquiſitio eſt de
204 Iure gentium, & ad naturalem ęquitatem pertinet, ità quòd hæc à Principe tolli poteſt, ex Bald.in l.Imperialis, C.de leg. notat Palma in ſuo diuerſ. Iuris communis, & Regni, ſeu mauis
205 Praxi, gloſ.16.n.7. & Iudicis officiū eſt, inquirere veritatē, d.cap. Iudicantem, Natta conſ.242.num.15.eamquè ſequi, Matienz.in Dialog.p.3.cap.41. n.4.hoc enim procedit ex propria vir-
206 tute, nàm ſcriptum eſt Eccl.c.7. noli quęrere fieri Iudex, niſi valeas virtute diſrumpere iniquitates, ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum agilitate tua, Borrell.lib.3. cap.4.nu.13. nàm in pleriſq; Ciuitatibus

bus potentiores regnant,qui iuſtitiam
auertunt,& opprimũt,Par.de Syndic.
verbo iuſtitia, in princ. Idcircò Iudex
207 nedùm eſſe debet virtute prudens,
inquit Matienz.in dict.Dialog. dict.p.
3.cap. 59. num.13. ſed literatus, ex
multis probat Borrel.eod.lib.1.cap.8.
nu.3.facit ad hoc text.in cap.1.diſt.20.
ibi,in negotijs definiendis non ſolùm
208 eſt neceſſaria ſcientia, ſed & poteſtas,vbi
gloſ.verſ.ſcientia notat, quòd
nullus poteſt eſſe Iudex, niſi ſit peri-
209 tus,vndè concluditur, quod Iudices
debẽt eſſe periti in iure, Affl.in Conſt.
Iudices,nu.4.Matienz.d.Dialogo,p.3.
cap.7.nu.1. & particulariter in noſtris
Tribunalibus huius Regni debent eſſe
Doctores,ſubdit ibi Borrel.n.41.&
non minus iuris peritus,modò cauſarum
habeat experimentum, Matienz.
ibi cap.9.n 6.p.3.

210 Nec propterea Iudex eſſe poterit,
qui literas non cognoſcit, gloſ. in §.
quòd ſi Tabellio, auth.de inſtr.caut.&
fide,verbo abſcondere,& iterum in §.
illi autẽ, verſ.qui ex ſe, auth.de Iudic.
211 vbi conſimilia adduxit de Aduocato,de
Medico,& Chyrurgo,propterea
Medicos imitari debent Iudices, qui
omnia ſecundùm artis conſtitutionẽ
tentant, & perficiunt, Brach. Aphoriſ.
212 107.in fin.& nequeunt Magiſtratus
officio fungi, Borrel.ibid.n.8.

Et ſi contingerit, tàm Magiſtratus,
213 quàm Iudices imperitos eſſe, poſt.
quàm Iudices pleriq; eliguntur imperiti
literarum, ſeù aliqui negotiorum
gnari, & ſic practica ſine literis iudicat,
vt inquit gloſ. in l.hoc edicto, ff.
quod quiſquè iur. & præſertim in hoc
214 Regno eliguntur Gubernatores,Capitanei,Iuſtitiarij,&
Præſides Prouinciarum,qui
ſunt Idiotæ, vt tradit Borrel.d.lib.
1.eod.cap.8.n.23.

215 Ex quo iudicia fieri debent,habito
Sapientum conſilio,gloſ.in §.ad hæc,
ver.patres, auth.de appell. & in §.legatos,
l.ſolent, ff. de offic. Proconſ.
verſ. reſpondent, & maximè in rebus
dubijs conſulere debent Iudices, l.
Diuus, vbi gloſ. ff de offic.Præt. verſ.
216 Conſules,& potiſſimũ,quando laturi
ſunt ſententias,conſulere debent peritiores,Igneus
in l.3. §.ſi conditioni,
ff.ad Syllan. & propterea non peccaret
mortaliter Iudex ſuſcipiẽdo Offi-
217 cium iudicandi, ſi imperitus eſſet,
quando fine bono, & animo vtendi
conſilio peritorum ſuſcepit, & in caſibus
neceſſarijs, ex Nauarr. & Graff.
perpendit Guazin.ad defenſam anim.
lib.2.de fenſ.2.c.15.nu.7. ſic etiam In-
218 dex ignatus tenetur ſequi conſilium
Sapientis, & excuſaretur, Auiles in
cap.Præt.cap.1.gloſ.à las partes,n.22.
& ſeqq. vbi plura ad hoc tradit.

219 Idcircò conſultum eſt,habere peritos
Aſſeſſores, idem Ign. in d.l.3. §.
aperire,nu.283.quia ad hoc ſunt conſtituti,
vt ſuppleant eorum defectum,
gloſ.in §.1.verſ.noſtris,auth.de Iudic.
220 imò etiam Practicantes interrogare,vt
ſecuriùs ordinare poſſint,Affl.in
Conſt.Si quis in poſterum,n.34.ac eo
fortius, ſi eſſent literati, non debent
verecundari inquirere Sapientioris
conſilium, idem Affl. in Conſt.
Si dubitatio,nu.21.eoq; impenſius, ſi
221 eſſent Iudices ignari, qui debent
quærere alios, vt diſcant,ità habetur
in §.1. verſ.illi autem, auth.de Iudic.
Conſil.Campana vbi ſup.n.1. contra
quos inuehit Franc. de Petris Feſtiu.
lect.lib.1.cap.1.n.15.

222 Et in ſumma,ex quo Magiſtratus,
ſiuè Iudices dicuntur Miniſtri legis,
inquit Paris de Puteo de Syndic. verbo
an ſi Iudex, n.22. & conſequentèr
223 ipſi dicuntur legum exequutores,
Maſtr.eod.tract.tom.1.cap.1. num.16.
Port. Imol. conſil.92. num.79. latius
Xuarez alleg.4.n.3. Iudicum auctoritas
extat circà legum exequutionem,
Matienz. par.3. cap.10. num.4. non
224 enim Iudices ſunt legum domini,ſed
adminiſtratores, Guazin. ad defenſ.
animarum, lib.2.def.2.cap.15.num.3.
imò etiã legum cuſtodes, Port. Imol.
conſ.47.num.27.& conſ.150.num.27.
225 proindè iudicare debent,nedùm ſe-
cun-

cundùm leges,§.omnis,auth.de Iudic. §.ſi verò,in fin. auth.in medio litt.&c. §.ius iurandum, auth. de defenſ. Affl. in Conſtit.Vt vniuerſis, nu.66.Oſaſc. dec.79.num.48. quod etiam habetur Deuter. cap.7. ibi, conſtitutis Iudicibus iudicabant iuxtà leges, facit text. in cap.iudicet 3.q.7.Guazin.in d.lib.2.
226 def.3.cap.22.n.18. Idcircò Iudex in iudicando leges ſeruare debet, & ſecundùm eas ferre ſententias, Igneus in d.l.3.§.aperire,n.70.ff.ad Syllan. nã
227 Iudex non condemnat ſine legis ordine, Theſaur.lib.2. quæſt. forenſ. q. 68.n.5.& ſine lege procedere non poteſt,nec debet, Ciazius diſcept.forenſ.
228 diſcept.3.n.23,to.1.imò Iudex iudicare debet ſecundùm formam datam à lege, Ang.in l.miles, §.decem, ou.1. ff.de re iudic.hoc eſt ſecundùm formã
229 conſtitutionum, quibus deficientibus ſecundùm bonas conſuetudines, & illis deficientibus ſecundùm ius commmune, Affl. in Conſtit. Iudices, ibiq; in 9. notab. ſub nu.11.& non abre,quando ipſi eliguntur,eligi debẽt,
230 quod ſciant leges,tàm iuris ciuilis, quã canonici, & proprias,ſiuè Regni, Peguera in ſua prax.crim.cap.7.nu.5.
231 adeò quòd plus legibus,quàm eorũ voluntati obtemperare debent, dict.
232 c.iudicet 3.q.7. eo quia Iudices non condemnant,ſed lex,gloſ.in cap.1.diſt. 1. verſ. inferre, per tex. in cap. homicidas, & cap.cùm homo 23. quæſt.5.
233 lex enim eſt iuris ſpecies,d.cap. ius generale.
234 Ac inſuper Iudices iudicare debent ſecundùm allegata, & probata, ad tex.in l.illicitas, §.veritas, ff.de offic. Præſ.Franc-Marc.dec.768.num.1. Blanc.de inditijs,n.404.Io.de Amicis conſ.8.nu.51.Scaccia de iudicijs,tom. 1.cap.89.num.1.Amed.de Syndic.in proœm.n.161.Catal.de Syndic. n.170. Guazin.d.tract.lib.2.def.3.cap.27.nu. 2.& def.4.cap.32.num.11.ea tamen
235 ratione, quia Iudex confirmat motũ animi ſui ex argumentis,& teſtimonijs,l.ob carmen, §.ſi teſtes, ff.de teſt. Quibus omnibus circumſcriptis,atquè expreſſis in dict.cap.Iudicantem,
236 congruit etiam Iudicanti, nedùm patientia præbita partes exaudire, Guazin.d.lib.2.def.5.cap.33. num.9. ſed etiam circa Aduocatos patientem eſſe Procõſulem oportet, inquit I. C. in l.nec quicquam, §.circa, ff. de offic. Proconſ.ſubdens,ſed cum ingenio,ne contemptibilis videatur,& c.imò medium tenere,vt ibi gl.ſubaudit, verbo Aduocatos,ad quod Reg.de Ponre de poteſt.Proreg.tit.de elect.offic.§.6.
237 nu.6. inquit,benè aduertendum eſt ſummoperè Miniſtris, vt cum ſubditis ſecum negotiantibus,& iuſtitiam petentibus,modeſtè,prudenter,quietè, & abſquè iniuria aliqua tractent,
238 nàm in tantum lex de hoc indignatur, quòd contra tales Iudices dixit, quòd debent viui concremari in l. vniuerſis,C.vbi cauſ.fiſcal.

Vlterius,Iudices debent veritatem intuere, ad hoc vt rerum veritas elu-
239 ceſcat,veritas enim erit inueſtiganda,gloſ.in extrauag.quia nonnunquã, verſ. voluntates, de verb. ſign. & in extrauag. Io. 22.& Iudex modis omni-
240 bus laboret ad veritatem querendã, gloſ. in §. 1. auth. de Tabell. verſ. veritatem, & vt veritas inueniatur,ſummopere niti debet, Afflict. in Conſtit. Terminum vitæ,nu.35. etenim ipſa
241 veritas concomitatur iuſtitiæ, & ſicuti Deus ipſe eſt iuſtitia, vt docet Luc. de Penna in l.neminem, C.de
242 ſuſcept.lib.10. ità eſt veritas,ſic ipſo dicente,ego ſum via,veritas, & vita, Io.cap.14.gloſ.in c. 1.de conceſſ.præb.
243 in extrauag.quæ potiſſimum per diſputationẽ eluceſcit, gloſ.in extrauag. Io.22. Cùm inter, in princ.verſ.Scholaſticos, de verb.ſignif. ſic Herennius Modeſtinus diſputando, & quærendo,veritatem inuenit, & optima ratione decreuit, l.final,§.mixta,ff. de muner. & honor. adeò quòd ſi du-
244 bius perſiſteret,non abſquè peccati nota iudicaret, latè Fõtanel.dec.154. num.21.& ſeq.vbi Doct.citat,qualitèr in

in hoc erit procedendum.
245 Quę ſiquidèm veritas, in quantū
eſt humana creatura, dici poteſt indu-
bitata rei certitudo; maximè per vi-
ſum, gloſ. in dict. cap. 1. in Extrauag.
Io. 22. de conceſſ. præben. verſ. verita-
246 tem, ſimilitèr per auditum, facit tex.
in cap. eorum 3. q. 7. quamquam talis
247 veritas oculata fide, quæ per au-
res nobis infingitur, §. fin. de grad. co-
gnat. nihilominus quouis modo per-
quirenda erit, vt infra dicetur, idcircò
248 Iudex non ſemel, & bis, ſed ter au-
dire debet, dict. l. nec quicquam, ff. de
offic. Proconſul. & maximè Aduoca-
tos audire tenetur, Afflict. in d. Conſt.
Vniuerſos, num. 3. & proindè Iudex
249 videns partem, iuſtitiam fouere in-
meritis cauſæ, debet in ea oculos di-
rigere, Laudenſ. conſ. 6. num. 16. & ſe-
250 cundum dicta teſtium iudicare, gloſ.
in §. 1. auth. de teſtam. ver. ſecundùm
ea, & libenter tenetur litigatorum
251 allegationes, cunctaq; rimari, priuſ-
quàm iudicet, Matienz. d. par. 3. c. 39.
num. 1.

Hoc ideò dixi, quoniam in Princi-
pum Palatijs veritas cunctarum re-
rum vrgentium debet ſuperabun-
dare; & ſic Principes veritatem ama-
re, & abominare Conſiliarios non
252 conſulentes ſecundùm veritatem,
qui deceptores dicuntur, cap. quan-
tò, de iudic. verumtamen Principes
ex hoc ſolo priuantur, quia non
eſt, qui eis veritatem dicit, vt retulit
Palma in dict. Praxi, gloſ. 21. num. 23.
253 vbi Ludouici XII. Regis Galliæ di-
ctum enunciat, qui dicere ſolebat, ſe
in Regno ſuo, & potiſſimùm in Aula,
cunctis abundare, excepta veritate,
quod etiam exemplo Caroli Octaui
comprobat, qui dum à ſuo Pincerna
familiaritèr quæreret, quid cauſæ eſ-
ſet, cur tàm pauci Reges poſt hanc
lucem Cœlum peterent, reſpondit, eo
fieri, quia Principes coram ſe habent
pauciſſimos veri, & honeſti monito-
res, ad quod citat illud Iulij Capit. in
Gord. Miſer eſt Imperator, apud quē
vera reticentur, qui cùm publicè am-
bulare non poſſit, neceſſe eſt, vt au-
diat, & vel audita, vel à pluribus ro-
borata confirmet, citatquè illud etiā
254 vulgatum Aeneę Syluij, indè Sum-
mi Pontificis ad Brulum Ducem Fer-
rariæ, quòd nemo verum de ſe minus
audit, quā publica poteſtas, quia qui
Principibus vult placere, ambulat in-
ter laudem, & placentiam, ſed non
verſus coronam, fortius tamen in Tri-
bunalibus Principibus ſubiectis veri-
tas perſępè occultatur per menda-
cia, falſitates, cauillationes, & ſimilia,
ſubiectorumq. auribus Iudicantium
difficilius innoteſcit, non mirum, in-
quit gloſ. in c. 1. verſ. qualibet ex cau-
ſa, ſi de inueſtit. inter dom. & vaſal. lis
255 oriat. quòd veritatem cęlans, nocere
deſiderat, & veritatem cęlat ira,
odium, & proprium commodum, ſe-
cundùm Ariſt. 1 Rethor. cū alijs apud
Fortun. de verit. & error. par. 2. n. 161.
facit text. in cap. accuſatores 3. qu. 5.
& non ab re ſi veritas Chriſto aſſimi-
letur, & idem reputatur, poſtquā ve-
256 ritas eſt res quædam ſolidiſſima, &
murus inexpugnabilis, ut ex Bald. in
cap. quanta, de probat. refert Afflict.
in Conſtitut. Peſſimam, ſub num. 4. &
257 Chriſtus eſt fundamētum omnium
virtutum, iuxtà illud Apoſt. 1. Cor. 3.
citatum in cap. cùm Paulus 1. qu. 1.
fundamentum aliud nemo poteſt po-
nere, præter id, quod poſitū eſt, q̄ eſt
258 Chriſtus Ieſus, ad tale autē funda-
mētū petra exigitur, vndè dicitur, Pe-
tra autem erat Chriſtus, Apoſt. 1. Co-
rint. 10. vndè cū Dominus noſter corā
Pilato ductus, veritatis promulgatio-
nem patefaceret, ſic dixit, Omnis,
qui eſt ex veritate, audit vocem meā,
Io. cap. 18. reſpondit Pilatus, Quid eſt
veritas? vt ibidem exprimitur.

259 Quocircà admonendi ſunt Iudi-
ces, veritatem rerum inquirere prius,
antequàm iudicent, gloſ. d. §. 1. auth. de
260 tabel. ver. veritatem, & modis omni-
bus debent laborare ad veritatem
quærendam, §. ſi verò, ver. ueritatem,

D auth.

auth.de hæred. & falc. quoniam veri-
tas, vt dictum eſt ſupra, nedùm iuſti-
tiam concomitatur, iuxta illud Pſ.44.
Veritatem, & manſuetudinem, & iu-
ſtitiam, ſed etiam iudicium, vt in Pſal.
110. Opera manuum eius veritas, &
iudicium, & in Pſal.145. ſubſequitur,
Qui cuſtodit veritatem, in ſeculum
facit iudicium, iniuriam patiéntibus,
261 &c. inquiritur enim veritas cauſa in-
certitudinis, dicit gloſ.in l.ſi eum, ff.ſi
quis caut. nam cum maxima difficul-
tate ipſa veritas percipitur, ex eo,
quia in obſcuro latet, errore, uel im-
peritia vulgi, aut prauitate ingenio-
rum, eam turbantium potiùs, quàm
illuſtrantium, vt inquit Mantua in
ſuo Gymnaſio Scholaſtico, ver.veri-
262 tas, propterea ipſa magis in occul-
tis inquirẽda erit, d.cap.iudicantem,
cum alijs apud Palmam dict. gloſ. 20.
263 num. 75. cùm ipſa conſtet in facto,
non in ficto, ſecundũ Bald. in proœm.
Decret. colum.4. quem citat Afflict.
in Conſtitut. Cauſa per, num.12. imò
poſt aliquod interuallum temporis,
264 nam ex tẽpore ipſa detegitur, ideò
dicitur filia temporis, Palma vbi ſu-
265 pra, num.86. ſicq; tempus pro verita-
te habetur, Bald.in l.1.num.21. C.de
fideicommiſſ. & in l.de quibus, nu.20.
ff.de leg. & l.1. C.de ſeru. & aqu. hinc
patet documentum relatum in cap.
ponderet 50.diſt. nam tempore Indi-
gemus, vt aliquid maturius agamus,
266 vbi Gemin. ait, quòd non debemus
præcipitare opera noſtra, ne eorum
ordine corrumpamus, & Cardin.in
Clement. Paſtoralis, §.vetum, de re
iudic. ad noſtrum propoſitum inquit,
267 quòd præcipitata voluntas nouer-
ca eſt iuſtitiæ, & ad hoc plura vtilia
congerit Palma in d.ſua Praxi, glo.8.
quocirca per talem veritatis inueſti-
gationem completur Iudicis officium,
iuxta Dei voluntatem; etenim ſecta-
268 tores veritatis, Deo, & hominibus
placent, gloſ.in l.3. C.ſi contra ius, aut
vtil. publ. cùm ipſa veritas Deus ſit,
cap.damnamus, verſ. cùm ergo, de
Sum. Trinit. & Fid. Cath. hinc eſt, quòd
269 Poetæ veritatem ipſam non abre
filiam Iouis eſſe fingunt, quia à Deo
venit, imò Deus ipſe eſt veritas, vt in-
quit Mantua vbi ſupra, in princ. ad-
ducens alia ad ornatum veritatis, ſic-
270 què Iudices omnes iurare tenentur,
ſe ex veritate, & legum præſcripto iu-
dicaturos, Marienz. eod. dialog. par.3.
cap.53.nu.2.

Secundò principalitèr Iudex de-
bet habere ſal conſcientiæ, hoc eſt, ut
271 ſit bonus, nam conſcientia bona, bo-
num uirum facit, S.Thom.2.2. qu.67.
art.1. Iaſ.in §.ſed iſte, col.25. Inſtit.de
action. ex gloſ.in l.cùm falſum, ff.de
272 acqu.hæred. hinc Iudex dicitur bo-
nus, l.continuus, §.cùm ita ſtipulatus,
ff. de verbor. obligat. imò eſt vir bo-
nus, gloſ.in l.pen. ff.de procur. in fin.
Marienz.in dialog. par.3.cap.6. nu.10.
273 eò quia Iudex boni, & innocentis
viri officio fungi debet, l.4. in prin. ff.
274 famil. erciſc. & ſic Iudices debent
eſſe puri, & non conſentire malæ vo-
luntati, Afflict.in Conſtit. Puritatem,
num.2. hoc ſanè erit intelligendum,
primò reſpectu ipſius, nam verum iu-
275 dicium eſt, priùs conſcientiam pro-
priam iudicare, demum culpam alie-
nam, cap. poſtulaſtis, & cap. ſeq. 3.q.7.
276 ideò conſcientia nobis neceſſaria
eſt, cap. nolo 12.quæſt.1. eò quòd Iu-
dices debent eſſe in adminiſtratione
iuſtitiæ puri, & ſine macula peccati,
277 quemadmodum Sacerdotes, quo-
ties miniſtrant ſacrificium in celebra-
tione miſſarum, quibus conuenit mẽ-
tis, & corporis puritas, ne in laqueum
incidant, iuxta dictum Apoſt.1.Cor.
probet autem ſe ipſum homo, &c. ad
quorum ſimilitudinem ipſi Iudices,
278 qui paritèr in Iure Sacerdotes ap-
pellantur in l.1. ff.de iuſtit. & iur. ex
quo ſacras leges miniſtrant, vt ibi glo.
oſtendit, dicens, quia vt Sacerdotes
ſacra miniſtrant, & conficiunt, ita &
279 nos, cùm leges ſint ſacratiſſimæ, l.le-
ges, C.de legib. & homines Religio-
ſos faciunt, Afflict.in Conſtitut. Non

ſine,

ſine, ſub num.7. vndè Iudex, & iudi-
cinm,& Iudicis mẽs aliquid facientis,
280 debet eſſe talis,qualis de iure eſſe
debet, Ioan. de Amic. conſil. 12.
numer.13. & pro obſeruantia præ-
281 cepti iuſtitiæ ius tribuit vnicuiquè,
§.iuris præcepta, Inſtitut. de iuſtir.&
iur. ſic Sacerdos in dando pœniten-
tiam, & nos in iudicãdo, porrò admi-
282 niſtrando Iudices iuſtitiam, ſacrifi-
cant,iuxta illud Pſalm.4.Sacrificate
ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Do-
mino, & non mirum,ſi in tali ſacrifi-
catione exigitur mentis puritas, ad
hoc,vt Dei auxilium conſequatur,vn-
dè gloſ.in l.rem non nouam,ver.præ-
ſidio,C. de iud. addit illud Sacræ Pa-
ginæ,De vultu tuo Domine iudicium
meum prodeat, & oculi tui videant
283 æquitatem;etenim mens apud Deũ
directa præſeruat à peccati labe, ſic
dicitur in cap.quando, de pęn. diſt.2.
quando Adam erat ſolus, nunquam
præuaricatus eſt, quia mens eius ad-
hærebat Domino, ſic Iudex rectus in
284 iudicando debet habere Deum à
dextris, Rol.conſ.31.num.23.vol.1. &
ſucceſſiuè gratia Spiritus Sancti ſu-
peruenit, vt diſcernere poſſit, & iudi-
care inter lepram, & lepram, cap.1.
285 diſt.20.nàm actus actiuorum eſt in
patiente benè diſpoſito, ſecundùm
286 Philoſophum, & Iudicis nomine eſt
indignus, qui cum iuſtitia bonitatem
vitæ non coniungit, idem Guazin.vbi
ſup.n.17.

Cęterum autem intercedente pec-
287 cato ſecus erit,nàm Iudex,qui eſt in
peccato,magis peccat, alios iudican-
do, Abb.in rubr.de vita, & honeſtat.
cler. Guazin.d.lib.2. def.5.cap.37. &
288 homo in dignitate conſtitutus plus
peccat, Cocta in memor.verb.Papa
289 an corrigatur, etenim ſapientia Dei
non intrat in animam maleuolam, Sa-
pien.c.1. ſic ſcriptum eſt apud Apoſt.
1.Corint.11. qui enim manducat, &
bibit indignè,iudicium ſibi manducat,
& bibit,non dijudicans corpus Domi-
ni, ideſt condemnationem, ſic qui
290 accipit Sacramentum indignè, ac-
quirit tormentum magnum, cap.quid
eſt,de conſec.diſt.2. vndè admonendi
291 ſumus,vt prius noſmetipſos, deindè
proximos debeamus corrigere,d.cap.
poſtulatus, & cap. qui ſine, & ille de
vita alterius iudicet, qui non habet in
ſe ipſum quod puniat,cap.iudicet,ead.
cauſa, & quæſt.ad quod facit illud ſa-
cræ paginę,relatum à gloſ.in d.l.rem
non nouam,verſ.iudicantur, Nolite
iudicare, & nõ iudicabimini, & illud,
qua menſura menſi fueritis,remenſie-
tur vobis,Matt.cap.4.& ad hoc nota-
biliter inquit Scotus in reſp. 28. to. 2.
292 n.135.& ſeqq.quod homo iuſtus nõ
tantum aduerſus alterum, ſed & ad-
uerſus ſeipſum iuſtitiam exhibere
debet alteri,per iura ibi citata, quia
293 vt ſubdit Epirectus Stoicus nemi-
nem rectè alijs ius dicere poſſe, niſi
qui Iudex prius ipſe in ſemet fuerit,
294 allegat exemplũ Borſij, qui primus
Dux erat,tantę fuiſſe fertur iuſtitiæ,vt
ſpretus ſit nuptias, ne ſibi naſce-
retur proles, cuius amore fortaſſis
tranſuerſus,raperetur ad Herculem,
primum fratrem ſuum dominatum
exuendum, quo ſua prole induceret,
hinc Affl.ex Bal.in cap. quia procura-
tor 6.col.de elect.notat,quòd propter
295 peccata neſciunt Iudices dubia cau-
ſarum diſſoluere in dec.404. in fine, è
296 contra Iudex timens Deum,omnia
rectè agit,Cauale.d.tract.p.3.nu.158.

Reſpectu verò ſubiectorum ipſi Iu-
dices iudicare debent iuxtà legum
mandata, vt dictum eſt, quia exequu-
297 tores ſunt ipſarum, nec aliter iudi-
care debent pro ſapientia, ac luce di-
gnitatis eorum, quàm Princeps eſſet
iudicaturus,l.1.in fin. C.de offic.Præt.
298 neq; arbitrari debent in determina-
tis à lege,ſecundùm Bal.in l.omnium,
ff.de Procur.ſed dumtaxat in ijs, quę
arbitraria,ſeù ambigua ſunt,vt proſe-
quitur Menoc. de arb.Iud.lib.1.q.14.
299 & tunc ſupplet Iudex eo,quod legi
deeſt,l.quia, ff.de præſcript. vndè be-
300 nè dicitur, quod Iudex quilibet fa-

cit legem,non tamen generalem,gloſ.
in l. 1. ff.ꝙ quiſq; iur. verſ.Magiſtratũ,
301 & Magiſtratus dicitur lex loquens,
Borrel.d.tract.lib.1. cap.1.num.69. ac
etiam viua lex, idem d.lib.1.cap.8.n.7.
302 & quomodo ſe gerere debet in arbitrarijs
Iudex,docet Guazin.d.lib.2.
defenſ.3.cap.23.n.10.

Ex his infertur, quòd licet ipſi Iu-
303 dicantes iudicare debeant ſecundùm
leges,non autem ſecundùm conſcientiam,gloſ.in
cap.ſi quis,verſ.credenda
30. q.5. Affl.in Conſt. Summo
periculo,n.2.Guazin.d.lib.2.defenſ.3.
c.27. Matienz.eod. Dialogo p.3.c.42.
304 Attamen aliquando eis incumbit
ſecundùm conſcientiam iudicare,
gloſ.in l. minor 25. ff. de minor. in
305 dubijs enim conſcientiæ non dicitur
fieri contra conſcientiam, ſecundùm
Bal.in cap.fin.de conſuet.col.2.quem
citat Affl.in deciſ.384. ſub num.15.&
qualiter,oſtendit Paris in tract. de
Synd.verb.an Iudex debet,hoc eſt ſecundùm
puriſſimam conſcientiam;
306 & veritatem, & ſic patet,quod conſcientia
Iudicis debet eſſe legibus informata,Affl.
in Conſt.Iudices,nu. 12.
vbi Additio hoc declarat, ac etiam
non ſuam ſequi, Gratian.diſcept.forenſ.cap.653.n.83.&
quando,oſtendit
ibid.Guazin.nu.4. quanquam Iudex
307 præſumatur iudicaſſe, prout lex diſponit,&
ſicut de iure tenebatur,Gratian.cap.6.quæſt.8.num.21.
adhuc ta-
308 men iudicium cum omni puritate
procedere debet,cap.ſtatutum,§.inſuper,
de reſcript. in 6. cap. pura 3.q.3.
309 cap.ſicut 1.quæſt.3. purum idem eſt,
quod immaculatum, & ſine prauitate,
l. ſi quemquam, C. de Epiſc. &
Cler.

Deueniendo nunc ad merita ipſorum
Miniſtrorum Iuſtitiæ,meminiſſe
oportet, non tantum apud homines,
quantum etiam apud Deum munus
iudicandi optimum eſſe,vtile,neceſſarium,dignitate
prædito, atq; nobilitate,&
excellentia,& demũ meritoriũ
præmijs ęternalibus 1. Reg. 26. iuxtà
310 iuſtitiam tribuit Deus vnicuiquè, &
311 propterea ſcriptum eſt,qui facit iuſtitiam,
ex Deo natus eſt 1.Io.cap.7.
312 indè miniſtrans iuſtitiam, Deo placet,
Olib.de iure fiſci,c.12.n.13. adeò
ꝙ dùm Iudices iuſtè iudicant, & recti
Aduocati vtentes legibus, prout de-
313 bent,æquam bonam vitam viuunt,
vt Fratres Prædicatores, & alij Religioſi,ſecundùm
Hoſtienſ.in ſumma
eius Proęmij, col.4. ſequitur Lancell.
de offic.Prætor.in cauſis ciuil.tit.de
ſententijs,n.17. & plus merentur,Syl.
ua nupt.lib.3.n.20. ad quod Reg. Tapia
in ſuo Iure Regni,part.5.in Conſt.
314 Si Iudex,nu.1.dixit,magnumq; præmium
rectè Iudicantibus promittit
Dominus,Iſai.cap.1.quęrite iudicium,
ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo,
defendite viduam,& venite, & arguite
me, dicit Dominus, ſi fuerint peccata
veſtra,vt coccynum,quaſi nix dealbabuntur,
& ſi fuerint nigra quaſi
vermiculus,velut Lana alba erũt,&c.
vbi alia pertinentia ad Iudices adducit,&
legitur in Pſal.44. dilexiſti iuſtitiam,
& odiſti iniquitatem,propterea
vnxit te Deus oleo lętitiæ præconſortibus
tuis: quo fit, quod ſi pro iuſtitiæ
rectæ adminiſtratione boni Iudices
vitę periculum incurrerent,certũ erit,
eos quaſi martyres reputari, ſicuti de
315 Andrea de Iſernia legitur, qui fuit
occiſus à quodam Gallo pro veritate
Iuſtitiæ,vt tradit præfatus Reg. Tapia
in Conſt.Legum aſperitate,n.36.ſubdẽs
ex Diuo Auguſtino ſermone 232.
dicẽte,Nemo dicat,quòd in iſtis temporibus
Martyres nõ ſint,nã quotidiè
316 martyres fiunt: Martyr enim teſtis
interpretatur, quicunq; ergo pro veritate
teſtimonium dederit, & omnes
317 cauſas cũ iuſtitia iudicauerit, quod
pro teſtimonio veritatis, vel iuſtitiæ
pertulerit, totum ei Dominus pro
martyrio computabit, &c. & ſic illud
Matt.cap.5. interpretatur: *Beati,qui
perſequutionem patiuntur propter
iuſtitiam*,hoc eſt propter veritatem,
318 nàm martyr dicitur confitens, gloſ.
in

in cap.baptiſmi, verſ.Crucifixus,de conſec.diſt.4. ex quo ore, & patientia martyrij pro Chriſto Domino noſtro paſſi ſunt,ob fidem, & fidei defenſionem,Amb.de Vign.in proœm. tract.de Hæret. nu.6. nec aliter martyr dicendus erit,niſi mortem ipſam pro Chriſto ſubſtinuerit, Euſeb. in Hiſtor. Eccleſ.lib.5.cap.3. Deus,qui via,veritas, & vita dicitur, & ob hanc cauſam ipſi
319 boni,& perfecti Magiſtratus,Conſiliarij,& Iudices ſub Choro Angelorũ Principatus collocantur in Cęlis, inquit Caſſan.in Catal glor.Mundi,p.3. conſid. 10.verſ.& Principes,& ad hoc Plato lib.6. de legibus, quem citat Bouadill.in ſua Politica lib.3.cap.1.n. 6.Poſt Deos immortales eis hominibus ſecundas,& honoris,& gloriæ ſedes deberi,qui publici muneris Magiſtratus gerunt, & egregia ſua virtute,atq; induſtria cęterorum vitia moderantur,eo maximè ſi Iudices puras manus haberent, magna fulgebunt gloria, ex Caſſio. var. lib.9. epiſt.24. erat planè,inquit, quod inter prædicaret eximium animum ad promerenda beneficia patulum, & contra vitia cupiditatis obſtructum, dùm neſcio, quo pacto rara eſt hominibus manus clauſa,& aperta iuſtitia.

Fuit demum tanta, & talis Chriſti Domini noſtri dilectio iuſtorum, vt
320 legitur Pſal.145.Dominus diligit iuſtos, & potiſſimum erga bonos Iudices,& Miniſtros,rectè, ac iuſtè adminiſtrantes iuſtitiam, quibus præmium ęternum Regni Cęlorum promiſſum elargiri ſperatur,quòd nec paſſus eſt, etiam Infideles iudicantes perire, vt
321 legitur de anima Traiani Imperatoris,qui talem iuſtitiam iuridicè adminiſtrauerat,de quo B. Gregorius ſummoperè admiratus, pro eo Deum rogauit, ità vt ab Inferis eum liberauit, vt refert poſt Caſſan. in Catal. glor. Mundi,p.5.confid.5.verſ.ex hac iuſtitia Frecc. de ſubfeud. lib.1. de offic. Magni Iuſtit.n.4. Luc.de Pen. Io.Fab. & Guliel. de Benedict. quos probat Palma in dict. Diuerſ. Iur.Regni, ſiuè Praxi gloſ.25.n.71. Præterea comprobatur de alio exemplo cuiuſdam Saraceni,relato à S. Iſidoro in lib. de ſummo bono,citato à Molfeſ.in Conſuet. Neap. in tit.de renunt. q.15.nu. 32. cùm eſſet S.Iſidorus Vienoæ Epiſcopus, & ibi quædam fabrica conſtruebatur, dùm Fabricatores terram effodiebant, vt fundamenta iacerent,
322 inuenerunt Capud cuiuſdam hominis totum putridũ, pręter os, & labia, & linguam,quæ ità viua aperiebat,ac ſi eſſent hominis viui,cuius rei obſtupefacti Fabricatores,Capud illud aſportauerunt ad loci Epiſcopum, cernẽs igitur S. Iſidorus factum illud, etiam obſtupuit, & magna cum fide Capiti dixit, ex parte Dei viuentis præcipio tibi, vt veritatem mihi aperias, quiſnam es tu,& qua de cauſa os tuum eſt ità ſanum, & viuum,& non putridum; prout eſt reliqua pars ſui Capitis? mirabile dictu, & etiam auditu, reſpondit Capud, ego Saracenus ſum,& Infidelis, & in Inferno dãnatus ſum, ſed quoniam in hac vita mortali fui iuſtus Iudex,permiſit Deus, vt hoc os meum, quod iuſtas protulit ſententias,ſic viuum,& incolumen conſeruetur, vſq; ad diem magnum iudicij,vt Mundo fidem facerẽ, quanto charum,& gratum ſit Deo,Iudicis officium,ſecundùm terminos iuſtitię rectè, & fideliter à Iudicibus exerceri, & non ab re Infideles boni
323 malos fideles in die iudicij condemnabunt,ratione melioris vitę, vt legitur de Regina Auſtri, & Nineuitis,de quibus in cap. vereor 8. quæſt.1. hinc Orat.lib.4.ode 9.relatus à Menoch.de arb.Iud.caſu 587.nu.2.ſatis laudando
324 Lollium illum incorruptum Iudicem in illis verſibus.

Vindex auaræ fraudis,& abſtinens.
Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ.
Conſulq; non vnius anni.
Sed quoties bonus,atquè fidus.
Iudex honeſtum prætulit vtili:&
Reiecit alto dona nocentium

Vultu & per obſtantes cateruas
Explicauit ſua victor arma.
325 Et ſic iuſtitia cũ amore,& charita-
te crit miniſtranda,non cum odio , &
maleuolentia, Afflict.in Conſtit.Non
ſine grandi,ſub n.9.quantò magis in-
ter Mortales dilectionẽ inſtitiæ ineſſe
conſentaneum erit, vt legitur Sap.1.
Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram,
& Pſalm 44.Dilexiſti iuſtitiam,& odi-
ſti iniquitatem, & in ſumma iuſtitia
erit diligenda,& iniuſtitia reſpuenda,
326 vt legitur de Antigono Rege, man-
dante omnibus ſuis Ciuitatibus, vt ſi
iniuſtum aliquod mandaſſet, ei non
obtẽperaſſent,ex Plutarco tradit Pal-
ma in d.praxi,gl,12.n.14.vbi alia nota-
tu digna refert ꝓ iuſtitiæ executione.
In hoc autem Orbe inquit Afflict.
in Conſtitut. Capitaneorum, num.24.
327 quòd Rex bonis, & iuſtus Officiali-
bus non ſolùm debet tradere ſalariũ,
ſed eos pręmijs decorare, ad text. in
l.vt virtutũ pręmia, C.de ſtat. & imag.
gloſ.in Clement. Cupientes,de pœn.
cum alijs ibi adductis,hinc Borrell.de
Magiſtr. edict, refert admiratione di-
328 gnum, quòd Turcarũ Princeps ma-
gna dat ſtipendia Magiſtratibus, ne
furentur, in lib.1. cap. 13. num.31.
& de eorum præmijs aliqua diſſe-
ruit Beſol. in collectan. diſſert. in
diſſert. de præm.cap.1. num.86.& ſeq.
Maſtril.dict.tract.tom.2.lib.5.c.3.n.38.
Vlteriùs, quia ipſi Magiſtratus
329 perſonas conſtituentium repræſen-
tant, vt ſupra dictum eſt, conſequen-
tèr dicuntur publicæ perſonæ, & di-
cuntur gerere officia tanquàm publi-
cæ perſonæ,glo.in cap.1. in Extrauag.
330 de dol & contum. vndè Iudex quã-
do iudicat,gerit perſonam publicam,
Peguera in praxi crim.c.10.n.4.
331 Et nõ ab re ſi gerentes Magiſtra-
tus cæteris præferendi ſint, Caſſan.
dict.catalog.par.7.conſid.24. nam re-
332 galia, & prærogatiuæ dantur Iudici
propter ſcientiam,& probitatem, quã
reſpicit munus iudicandi,Gratian.di-
ſceptat.forenſ.cap.840.num.18.& ob
333 id efficiuntur nobiles ex iudicatu-
ra, poſt Caſſan. dict. catalog. part.8.
cõſ.11.Maſtrill.eod.tract.tom.2.lib.5.
cap.3.num.12.
334 Eapropter, quia honor eſt admi-
niſtrare, Borrell.d.tract. lib.1.cap.11.
335 num.15. propterea Magiſtratus ip-
ſi ſunt honorandi, latiſſimè Caſſan.
dict.Catalog. part.7.conſid. 24. vbi
id per exempla iuribus comprobatũ
336 oſtendit, hinc etiã honoratur Offi-
cialis per Principem, aliquantulum
ei aſſurgendo,Gratian.diſcept.forenſ.
cap.284.num.11.& reſpectu ſubdito-
337 rum talis honorificentia conſiſtere
cernitur in ſalutando,& præcedendo,
vt ibi Gratian.num.59. vbi in præced.
num.57. probat, id etiam extendi ad
exemptos à iuriſdictione ſua,vndè cõ-
338 ſpicitur,quòd Magiſtratui ſpecioſo
non tantum à ſubditis reuerentia ex-
hiberi debet, Maſtrill.dict.tract.lib.1.
cap.3. num.17.ſed etiam obedientia,
Borrell.lib.3.cap.4. num.17. nam eſt
ſcriptum ab Apoſt.ad Heb.13. Obe-
dite Prępoſitis veſtris, quod etiam
comprobatum eſt de iure ciuili in §.1.
auth.vt omnes obed. latè Borrel.dict.
tract.eo.lib.3.cap.4. vbi multa cumu-
lauit ad hoc.
Operatur quoq; bona, ac recta ad-
miniſtratio officiorum, vt in eorum
exercitio Magiſtratus boni perſeue-
rare debeant, nec ſucceſſores dan-
339 di, & ſic legitur, ꝗ Antonius Pius
nunquam dedit ſucceſſorem bono Iu-
dici, vt per Iul.Capitol. in eius vita,
quẽ citat Menoch.de arbit.Iud. lib.1.
quæſt.55. num.1. quem ſequitur Gra-
tian.dict.cap.184.num.33.vbi nu.ſeq.
ex Marcell. Donat. ad Tacit. refert,
340 antiquitùs adeſſe pręmium gratia-
rum actionis Iudicibus conſtitutum,
quod ſignificabatur per literas,vel le-
gatos in teſtimonium adminiſtratio-
nis benè geſtæ,imò Officialis, qui be-
341 nè officium adminiſtrauerit, debet
per Principem ad maius officiũ pro-
moueri, Maſtrill.d.tract. tom.1.lib.1.
cap.27.n.25, non immeritò,ſi Officia-
lis

Digitized by Google

342 lis, qui benè ſe geſſit in officio, licet
illud renunciauerit, retinet adhuc pri-
uilegia priſtinæ dignitatis,& vtilitatis,
& erit honorãdus, poſt Par.de Syndic.
verbo Syndicatui,n.6. Maſtrill.d.tom.
1.lib.1.cap.24.nu.21.22.& 23. & poſt
obitum pariter honorari erit conſen-
taneum, iuxtà illud Pſal.104. In me-
moria ęterna erit iuſtus,& in ſignum
343 honoris in Palatijs Prętorijs Ciuita-
tum,in quibus Iudices adminiſtraue-
runt,eorum Arma erunt depingenda,
eò ꝙ benè ſe geſſerunt, Paris d. tract.
in cap.ſindicantur,n.7. quocircà Iudi-
ces iuſti publicis acclamationibus
collaudantur,Lancell.d.tract.de offic.
Præt.in cauſis ciuil.§. 1.nu.2. & ſic Iu-
344 dex, qui in officio benè ſe habuit,
laudandus erit, Auend. in cap.Præt.
cap.1.gloſ.mandamos,n.15. & Magi-
345 ſtratus iuſtis acclamationibus lau-
dandi ſunt,Borrell.d.lib.1.cap.16.n.4.
& 23.

Et verſa vice,quàm ſit pernicioſum,
& pęnale detrimentibus Magiſtrati-
bus,& Iudicibus malè adminiſtranti-
bus,& iudicantibus,oſtendit Maſtrill.
de Magiſt.d.tom.1.lib.1.cap.23.n.43.
dicens,quòd officiorum, & dignitatũ
maxima ſublimitas, horrendum præ-
cipitium aliquando eſſe dicitur, &
potiſſimum principaliter quòad Deũ,
cuius vices ipſi ſubſtinent in Orbe,in
iuſtitiæ adminiſtratione,ob quòd iuſti
appellantur,è conuerſo iniuſti dicun-
tur, nàm ſcriptum eſt Leuit. 19. nec
346 iniuſtè iudicabis, ideò non me-
rentur nomen Iudicis, eo quia Iu-
347 dex non eſt, in quo iuſtitia non eſt,
cap. iuſtũ 23. quęſt.2.And.Gayl lib.2.
pract.obſer.in obſer.76.num.7.nequè
348 Miniſter legis diceretur Iudex, qui
non imitatur ea, quæ lex determinat,
Grat.cap.653. n.84. ſubdens, nàm di-
ceretur iniquus, hoc eſt inęqualis,
nàm iniquitas idem eſt, quod inęqua-
349 litas, Iudex enim non faciens iu-
ſtitiam, Deo tenetur, Auiles in cap.
Prætorum,cap.2.gloſ.en iuſtiria,nu.5.
nàm in Pſal.36.dicitur,iniuſti punien-
350 tur,& qua pęna,apud Deũ exprimi-
tur in lib.Sapient.cap.6.ibi, Rectorem
te poſuerunt,noli extolli, eſto in illis,
quaſi vnus ex ipſis,curam illorum ha-
be,& ſic recumbe, corona Sapientiæ
timor Domini,diſcite Iudices,finium
terræ præbite aures vos, qui continne-
tis multitudines,& placeris vobis in
turbis nationum, quoniam data eſt à
Domino poteſtas vobis, & virtus ab
Altiſſimo, qui interrogabit opera ve-
ſtra, & cogitationes ſcrutabitur,quo-
niam cũ eſſetis Miniſtri Regni illius,
non rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis
legem iuſtitiæ, neq; ſecundùm volun-
tatem Dei ambulaſtis, horrendè, &
cirò apparebit vobis, quoniam iudi-
cium duriſſimum in his, qui præſunt
fiet: exiguo enim concedetur miſeri-
cordia, potentes autem potenter tor-
menta ſubſtinebunt, non enim ſub-
ſtrahit perſonam cuiuſcunquè Deus,
qui eſt omnium dominator, nec vere-
bitur magnitudinẽ cuiuſcunq; ; quo-
niam puſillũ, & magnum fecit æqua-
liter,cura eſt illi de omnibus fortiori-
bus, aut fortior inſtat cruciatio, &c.
quæ verba recenſentur à D. Reg. de
Ponte dec. 34. vbi alia practicabilia
ad ornatum retulit, & conſideranda
351 erint,& non mirũ ſi Iudex malè iudi-
cans, perdit honorem, animam, & fa-
cit litem ſuam,ità ex Bart.Ang.Aret.
Phil. Franc. Sylua nupr. probat Lan-
cell. dict. tract. tit.de ſententijs, num.
32.

Et ſic tales Magiſtratus, & Iudices,
ſeù Officiales mali, & iniqui, princi-
paliter delinquunt in Deum Patrem,
Filium,& Spiritum Sanctum,non ob-
temperantes voluntati Sanctiſſimæ
352 Trinitatis; idcircò benè malus pe-
riculum eſt eius, qui iudicat, quam
eius,q iudicaturus eſt, Aerodius rerũ
353 iudic.lib.1.c.38. nã Iudex, qui malè
iudicat,plus perdit, quam Pars, Auil.
354 c.1.gloſ.fiel,n.27.& proindè Iudices
non magis iudicant,quam iudicabun-
tur, gloſ.in §.noſtros autem, auth.de
Iudic. verſ.iuſta, in fine, nihilominus

ne,

355 negligens facere iuſtitiam,delinquit
in Deum,& Principem, Par.de Synd.
verbo lis ſua, n.6.& 7. fortius,quando
delinquerint,& propterea à Deo iudi-
356 cabũtur ratione iuramẽti ab eis prę-
ſtiti de benè adminiſtrãdo, vt in auth.
ius iuran.quod præſt.ab ijs,&c. vbi in
fine proferuntur illa verba, ſi verò nõ
hæc omnia ità ſeruauero, recipiam
hic, & in futuro ſeculo in terribili iu-
dicio Magni Dei Domini, & Saluato-
ris noſtri Ieſu Chriſti, & habeam par-
tem cum Iuda, & Lepra Giezi,& tre-
more Cayn, inſuper, & pęnis, quæ
lege eorum pietatis continentur, ero
ſubiectus, &c.

357 Cùm igitur ipſi Miniſtri in introi-
tu Officij iuramentum præſtare co-
gantur, §.ius iurandum, auth. vt Iud.
ſine quoquo ſuffrag. & Auend. de
exequend.mand.p.1.cap.2.in princip.
Auiles in cap. Prætor. in proęm. gloſ.
358 en los caſos,nu.1.& quoties iuratur
Deus,in teſtem vocatur,glo.in §.quo-
niam, verſ. quidem, auth. quib. mod.
359 nat.& tunc Iudex quando iurat, ſe
benè iudicare,Iudex eſt Deus, ſubdit
ibi gl.ex l.2. §.ſin autem, C.de iur.cal.
ex quo in periurium incidunt Iudices
360 per contrauentionem iuris iurandi,
ideò Deum in vultorem ipſi periuri
habebunt, l.2. C.de iure iur. gloſ. in l.
nã periurij,ff.de dolo,ſimiliter à Deo
361 iudicabuntur, veluti ſimoniaci,qui
iuſtitiam vendunt, tales autem ſicut
Iudas malè iudicans Chriſtum pro-
pter cupiditatem triginta argenteorũ,
ob quod fuit damnatus, ſic & Iudex
malè iudicans,cum Iuda collocetur in
Inferno,dixit gloſ.in §.quis enim,verſ.
adminiſtratorem, auth.vt Iudic. ſine
362 quoq.ſuffr. nàm iuſtitiam vendens,
Chriſtum vendere cenſetur, optimè
Luc. de Penna in l.neminem, col. 3.
verſ.tales autem, C.de ſuſcept.& præ-
363 poſ. lib.10. & Iudex malus,abſoluit
omnes per pecuniam, gloſ.in §.quis
enim,verſ.Adminiſtratorem, auth.vt
Iudic. ſine quoq; ſuff. & qui iudicia
364 venalia exponunt,Deum,& legem
offendunt, Affl.in Conſt.Iuſtitiarij no-
men,nu.5. non ab re,ſi vt proditor iu-
365 dicabitur, eo quia qui baraptauerit
iuſtitiam, dicitur proditor, Paris dict.
tract. verbo Syndicatui, num.9. & ſic
pęnam ęternam expectant, gloſ. in §.
nos autem, auth. de nupt. verſ. peſti-
ferè.

Offendunt ipſi mali Miniſtri Prin-
cipem,ſeù Imperatorem,aut Regem,
dùm non obtemperãt eorum legibus,
ex quo Iudex debet ſeruare dominiũ,
& honorem Regis, & Iura regalia, &
Regis damnum euitare, Auiles in cap.
Præt.cap.1.gloſ.ſeruiçio,num.1. Prin-
ceps enim cùm ſit lex animata, gloſ.
fin. in l.more maiorum, ff.de iuriſdict.
omn.Iudic.& in §.fin. auth.de conſul.
ver.legem animatam, ità quòd non
tantum, quòd Principi placuit,legis
habet vigorem,§.ſed & quod,inſt.de
iure nat.gent.& ciuil. ſed pariter,quã-
do in ſcriptis redditum eſt, cùm ius
ſcriptum lex ſit, §.ſcriptum,eod.tit. nã
lex cùm ſit ſanctio ſancta,iubens ho-
neſta,& prohibens contraria, gloſ.in
§.lex,inſt.eo. & ipſa lex ſemper loqui-
tur, & eſt in viridi obſeruantia, l.Ar-
riani, C.de hæret.gloſ.in §.fin.verſ.in
perpetuũ,inſt.de ſucceſſ.lib. illi obedi-
re tenetur, & ſic Iudices ſecũdũ leges
iudicare debẽt,vt dictum eſt, quòd ſi
ſecus fecerint, Principi nequaquam
obedire videntur,& ideò ſcriptum eſt
1.Reg.2. & Deut.7. qui Principi non
obedierit,morte moriatur, cap.2.de
maior.& obed.& pariter in Principem
366 delinquit, ſi Iudex negligens fuerit
in iudicialibus facere iuſtitiam, ex
traditis per Par.d.verb.lis ſua,n.6.& 7.

367 Offendunt enim tales Miniſtri ini-
qui legem, quæ eſt donum Dei, l.3.ff.
de leg.cùm diuinitus facta ſit,l.lex eſt,
ff.eod.glo.in l.fin. C.de præſcrip.long.
temp. verbo diuino, vbi ſubdit,quòd
368 decretum dicit, quod leges per ora
Principum ſunt diuinitus promulga-
tę, l.1.§.ſed neq; C.de vet. iur. enucl.
369 & leges vt conderent,Deus de Cę-
lo conſtituit Imperatores, §.quia igi-
tur,

tur,auth.de fide inſt.cap.quo iure 8.d.
Felin. in proęmio decreti humanum,
in princ.& in cap.Eccleſia, col.15.de
conſt.Abb. in cap.ſuper ſpecula, col.
pen.ne cler.vel monaci, Bal.In conſil.
370 ſciſmaris, col.1. & Ius diuinum imi-
tantur, gloſ.1.in l.2.§.ſi non, ff.ſi quis
371 caut.& poſtquàm ipſa lex ſit ſanctio
ſancta,iubens honeſta, & prohibens
contraria,l.nàm & Demoſthenes,ff.de
372 leg. ideò ab omnibus erit obſeruan-
da, l.3.C.de leg. quo ſit,vt contra le-
gem facere eſſet, quod lex prohibet,
l.contra,ff.de leg. & conſequentèr cō-
373 tra id, quod lex iubet,aut prohibet
paciſci non licet,gloſ.in l.paciſci,ff.de
374 pact. idcircò lex humana etiam in
foro conſcientiæ dicitur ligare,Affl.in
Conſt. Violentias,ſub nu.7.& non ab
375 re fruſtra legis auxilium implorat,
qui in legem committit, l.filio, §.1.ff.
376 de ritu nupt.nàm lex non debet eſſe
in ludibrio, gloſ.in l.cùm non ſolùm,
§.non autem,C.de bonis, quæ lib.verſ.
377 non autem, quocirca Iudex pronū-
cians contra leges, & iura,incidit in
falſum, Franc.Marc.dec.685.num.5.
taliter,quòd iudicare debemus ſecun-
378 dùm leges,etiam ſi in contrarium
reſcriptum Principis ſe offerret, Io.
de Amic.conſ.30.n.6. conſ.103.nu.7.
Oſaſc.dec.146.n.14.
379 Offendunt quoq; Rempublicam,
quoniam ipſa legibus ſubſtentatur,
gloſ. in d.§.ideòq; verſ. ſubſtentatio-
nem,C.de nouo cod.fac.ea ſiquidem
380 ratione, quia legis condendæ occa-
ſionem præbet ſubiectorum vtilitas,
& eorum interpellatio, §.1.auth.de
381 hæred.& falc.& potiſſimum,quia le-
ges factæ ſunt propter malos,gloſ.in
§.nàm ſi hoc,auth.de teſtam.verſ.legē
ſimiliter propter malas fęminas, eadē
382 gloſ.in l.ex ijs,ff.de leg.nàm iuſto nō
eſt lex poſita, Apoſt. ad Gal. 5. cùm
383 itaq; earum adminiſtratio ipſi Iudi-
ci commiſſa ſit, illas repræſentat Iu-
dex,vt perſona publica,gloſ.in cap.1.
extrauag.com.de dolo,& contum. in
384 fine,eo quod gerit perſonam publi-
cam,Peguera d.praxi crim.cap.10.nu.
4.ex l.1.§.ius publicum, ff.de iuſt. &
iur. nàm iudicare eſt publicum mu-
nus, l.quippè,ff.de iudic. & propterea
erit conſentaneum,vt debitè talis ad-
miniſtratio iuſtitiæ pro exequutione
iurium modo præmiſſo exequatur,
385 adeoq; cùm interſit Reipublicæ,de-
licta puniri, ad tex.in l.ità vulneratus,
386 ff.ad leg.Aquil.& cùm delinquentes
non puniuntur,publica lętitia turba-
tur,& iram Dei in nos prouocamus, à
quo per delictorum punitionem venia
ſperatur, ac populi incolumitas pro-
curatur,ad text.in l.Prouinciarum, C.
de ferijs,Gram.deciſ.36.nu.1. Idcircò
Iudices ſecundùm lęges delinquentes
punire debent,non alios pro alijs cō-
pręhendere, nec damna inferre, nec
pignorationes,nec reprę̄ſalias facere,
nec delicta vendere,§.quoniam verò,
auth.vt nulli Iud. vbi pęna refertur il-
lis illata,ſicut Iudex malus abſoluit
omnes per pecuniam, gloſ. in §.an
certè, auth.vt Iud.ſine quoq. ſuffr.verſ.
Adminiſtratorē,& nō mirùm ſi acriter
387 pęna illis erit infligenda, quia ius
publicum nō erit violandum; Prouer.
cap.16. cùm illud ſit Dei opus, & hac
388 ratione perſpecta, intereſt Reipu-
blicæ,Iudices iuſtos,& rectos habere,
item & Prælatos bonos, Franc.Marc.
dec.650. n.2.
389 Offendunt quoq; ipſi proximum,
non tribuendo ei ius ſuum,& illud al-
teri dando, contra iuris præcepta, re-
lata in §.iuris præcepta, inſt.de iuſt. &
iur. vbi gloſ. ea declarat,ad quod in-
quit tex.in d.l.rem non nouam, in fin.
390 ibi,ſcituri,quod non magis alios iu-
dicant,quam ipſi iudicantur, cùm etiā
ipſis magis, quam partibus terribile
iudicium eſt, ſiquidem litigatores ſub
hominibus,ipſi autem Deo inſpecta-
tore adhibito cauſas proferunt truti-
nandas,&c. ad quod facit illud Sene-
cæ, quidquid à vobis minor expaue-
ſcit, hoc vobis maior Dominus mina-
tur, ſic agendum cum homine,quaſi
Deus videat,ſic cum Deo loquēdum,
quaſi

quaſi homines videant, & dùm in al-
terius crimen ſententias profert, ſeip-
ſum condemnat, cap. Sacerdos 3.q.7.
cap. illud plenè 11.quæſt.3. & ſic in
391 ſeipſum retorquetur ius illud iniquũ
contra proximum latũ, vt colligitur ex
dicto Prophetico Pſal. 36. relato in
d.cap.cùm ęterni, nec damnabit eum
cui iudicabitur illi, vbi gloſ. ea decla-
rat, Auiles in cap. Prætorum, cap.1.in
gloſ. fiel, nu.10.ad quod facit illud no-
392 tabile dictum Traiani Pręfecto Prę-
torio, cingere ſolitus erat hanc enſẽ
ſi iuſtè imperauero pro me, ſin minus
in me vtere, ex Dion. in eius vita tra-
dit Topius de poteſt. Princip.§.5.n.31.
Et in ſumma illud erit conſideran-
393 dum, quod Magiſtratus, & Iudices in
honore conſtituti magis peccant, &
tanto plus puniendi, cap. quia Præsbi-
teri 5.q.6.& non ab re ſi non ſolum
ęternales pęnas ſubſtinebunt, vt dictũ
394 eſt, nàm Iudex malè iudicans, Deum
habet in vultorem, & in Syndicatu tę-
netur, inquit Rol. in conſ.51.n.7.vol.1.
395 Sed etiam pęnas temporales ſu-
ſpenſionis, excõmunicationis, & eius
quod intereſt, vt tradit Arumęus dec.
Ienenſ.1.nu.52.p.2. quòad intereſſe
396 partis ad damna, & pro cõmiſſis, &
omiſſis etiam ex leui culpa, Lęoncill.
397 dec.19.nu.4.& ſic Iudex malè iudi-
cans, & adminiſtrans Officium, eo pri-
uari debet, Caſſan. in Conſuet. Burg.
tit. Des Droictz, §.1. verſ. maintinier,
n.23. Franc. Marc. dec.712.n.5. maxi-
398 mè Iudex malitioſus, ſeù malè vſus,
officio priuari debet, Auend. de exeq.
mand.p.1.c.2. ſub nu.3. verſ. ſiquidem,
aut propter negligẽtiam, idem Franc.
Marc. dec.375.nu.4.& dec.712. Auil.
in cap. Præt. cap.1. gloſ. fiel, num.28.&
ſeqq. vbi plura ad hoc, & n.4. nàm de-
bet officio priuari.
399 Secundò, Iudex malè iudicans,
facit litem ſuam, Affl. in Conſt. Si Iu-
400 dex, n.2. & tunc Iudex litem ſuam
facere intelligitur, cùm dolo malo in
fraudem legis ſententiam dixerit, ad
tex. in l. ſi filiusfam.§. Iudex, ff. de Iud.
ſinè per negligentiam, Menoch. de
arb. Iud. caſ.341. vel per imperitiam,
idem Menoch. eod. tract. caſu 339.
401 Tertiò, Iudex ſi doloſè iudicaue-
rit, omnium bonorum publicatione
punitur, Afflict. in d. Conſt. Si Iudex
402 fraudulenter, n.1. talis Iudex ſi per
dolum, punitur de falſo, & infamia in
ciuili triplo condemnatur, in criminali
in confiſcatione bonorum, & exilio,
Lãcell. d. tract. & tit. de ſentẽtijs, n.34.
403 Dolo autẽ malo hoc facere videtur,
ſi euidens arguatur eius, vel gratia, vel
inimicitia, vel etiam ſordes, vt veram
æſtimationem litis præſtare cogatur,
d.l. filiusfam.§. dolo, Franc. Marc. dec.
684.nu.8.& hoc vltrà alias pęnas cor-
porales contra Iudicem malè, & do-
loſè iudicantem, de quibus per Me-
noch. d. tract. caſu 341. quod ſecus eſ-
404 ſet in Iudice, q. per ignorantiã iudi-
cauerit, quoniam minus puniretur,
quam is, qui doloſè, Affl. d. Conſt. Si
Iudex, nu.2. Menoch. eod. tract. caſu
339. quo caſu tenetur quantum Iudi-
canti æquum videtur, Lancell. vbi ſup.
Propterea ijs prætermiſſis ſatis erit
405 in conſideratione habendum, quod
cùm iudicare ſit periculoſum, vt in d.
l. rem non nouam exprimitur, & ibi
gloſ. ità vt plurimũ Iudices in laqueos
incidi videantur, monitos velim eſſe
memores exempli lati in Chronicis S.
Franciſci, de quo mentionem fecit
Grammat. in Conſt. Aduocatos, dùm
quidam Doctor eſſet Iudex in
406 partibus Hiſpaniæ, & ſtaret in fene-
ſtra ſuę domus, & quidã Cuſtos Por-
corum volens ipſos recondere in ſta-
bulo dictæ domus, cum inſpiciente
Iudice Porci reluctaſſent ingredi: Cu-
ſtos ità impatiens ira accenſus cępit
acclamare aduerſus Porcos, dicendo;
O Porci maledicti introimini ſtabulũ,
ſicuti Aduocati, & Iudices intrant In-
fernum, ob quod (ijs verbis prolatis)
ſtatim Porci mutuo ſe impellentes,
abſq; alio ſtrepitu ingreſſi ſunt, ſicquè
Iudex ipſe maximo metu perterri-
tus deſerendo pęnitùs mundanum

ſeculum

ſeculum,ad Religionẽ Fratrum Mino-
rum conuolauit, & Sanctus Homo
euaſit, & fuit ſecundus Generalis Or-
dinis S. Franciſci, de quo etiam me-
minit Caſſan.in conſ.1.ſub num.65.&
alijs prætermiſſis relatis à Caſſaneo
vbi ſup.& Molfeſ.vbi ſup.illud tamen
memoriæ commẽdandum eſſe teſtor,
quod tradit Apoſt.2.Corin.cap.5. di-
407 cens,omnes enim nos manifeſtari
oportet ante Tribunal Chriſti, vt re-
ferat vnuſquiſquè propria corporis,
prout geſſit, ſiuè bonum, ſiuè malum,
ad quod conuenit,quod prius dixerat
Euang.Matth.cap.16. filius enim ho-
minis venturus eſt in gloria Patris ſui,
cum Angelis ſuis, & tunc reddet vni-
cuiq; ſecundùm opera eius, & ſic in
408 extremo illo iudicij die ſententia
illa proferetur quoad bonos, Venite
benedicti Patris mei, poſſidete paratũ
vobis Regnum à cõſtitutione Mundi,
Matt.25.& reſpectu impiorum,Diſce-
dite à me maledicti in ignem ęter-
num, qui paratus eſt Diabolo, & An-
gelis eius, Matt. vbi ſup. ſic Iudices
409 iuſti publicis acclamationibus col-
laudantur,iniuſti quęrelarum vocibus
ſunt accuſandi, Lancell.d.tract.§.1.n.
2. & Philoſ.Polit.lib.5.cap 6. de quo
etiam Franc.de Petr.Feſtinar.lection.
lib.1.cap.1.in fine,vbi alia ad ornatum
retulit,præſertim referendo,eaſq; ge-
minas iuris manus dixerimus, nimirũ
pęna,& pręmium,quæ erint æterna,&
talis ęternitas boni, & mali ſemper
excogitanda, & hæc ſufficiant pro co-
ronide. Vale,noli obliuiſci, memora-
re,& morere,Deo Gratias.

F I N I S.

Digitized by Google

D E
MAGISTRATIBVS
REGNI NEAPOLITANI,

Et de ijs, quæ ſpectant ad eorum Inſtitutum.

AVCTORE

IO. BAPTISTA DE THORO

I.C. NEAPOLITANO

Almi Collegij Neapolitani Conſenatore.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Imperator ille Federicus Rex vtriuſquè Siciliæ cùm velles leges in eius Regnis condere pro ſuorum ſubditorum pacifica viuendi norma; ac illis Iuſtitiam miniſtrari, Iudicium eius in prædictis interponere, hac formalia verba promulgando dixit. Poſt Mundi Machinam prouidentia Diuina formatam, & primordialem materiam natura melioris officia in rerum effigies diſtributam, qui facienda prauiderat, facta cõſiderans, & conſiderata commendans, à Globo circuli Lunaris inferius homino digniſſimam Creaturam ad imaginem propriam effigiemquè formatam, &c. & paulo poſt inferius ſubiunxit, & homo, quem Deus rectum, & ſimplicem procreauit immiſcere ſi quaſtianibus non ambegit, ſicquè ipſa rerum neceſſitate cogente, nec minus diuina prouiſionis inſtinctu Principes gentium ſunt creati, per quos poſſet licentia ſcelerum coerceri, qui vitæ, necisquè arbitri gentibus qualem quiſquè fortunam, ſortem, ſtatumquè haberet, velut executores quodammodo diuinæ prouidentiæ, &c. ex quibus ſiquidem verbis ante omnia percipitur, naturam humanam ab omnipotenti Deo ſummo Iudicio plaſmatam in noſtrorum parentum perſonas ex limo terra ad ſui imaginem, & ſimilitudinem Creatam temperantia compoſitorum, charitate ſplenditarum, ac liberi orbitria conditarum, nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate coactorum; inde ſucceſſa ipſarum prauaricatiane, natura ipſa humana delapſa, ad delicta proclina refertur, nam inde bella ortum habuerunt, & captiuitates ſubſequuta, & ſeruitutes, poſtmodum litigia inter mortales homines, etenim cum vſus omnium, quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit per iniquitatem alius hac dixit eſſe ſuum, & alius iſtud, & ſic inter mortales facta eſt diuiſio, ſicquè meum, & tuum turbauerunt ocium humanum, vbi Gloſ. noſtra dictum illius Philoſophi recenſet, ſic dicendo quietiſſimè viuerent homines in hoc mundo, ſi de medio ſublata eſſent duo verba, meum, & tuum.

In proœm. Conſt.

cap. Princeps de pœn. d. 2.
cap. ſi enim inquit, §. & Paulo poſt de pœn. d. 2.
§. ſi vero Auth. de Monac.
§. Ius autem inſt. de iure nat. gen. & Ciuil.
cap. dilectiſſimis 12. q. 1.

Hinc eſt, quòd neceſſe fuit ſuperiores conſtituere gentes pro iuſtitia inter ſubiectos adminiſtrastane, Qua de re in ſacra pagina legitur, quando Moyſes iudicare intendebat popularum litigia, apud Deum exclamando dixerat, venit ad me Populus, quærens ſententiam Dei, cumquè acciderit eis aliqua diſceptatio, veniunt ad me, vt iudicem inter eos, & oſtendam præcepta Dei, & leges Dei, qui Deus mandauit, dicenda, Prauide autem de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderunt auaritiam, & conſtitue ex eis Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos, qui iudicent populum omni tempore, & ſequitur, & electis viris ſtrenuis de cuncta Iſrael conſtituit eos Principes populi, Tribunos, Centuriones, & Quinquagenarios, qui iudicabant plebem omni tempore, quidquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummoda iudicantes, inde ex tractu temporis Reges in Orbe initium habuiſſe traditum eſt in eadem ſacra pagina, ac alibi relatum fertur; congregati ergo vniuerſi maiores natu Iſrael, venerunt ad Samuelem in Ramah dixerunt ei, ecce te ſenuiſti, & filij tui non ambulant in vijs tuis, con-

Exod. 8.

1. Reg. 8.

ſtitue

ſtituc nobis Regem, vt iudicet nos, cùm igitur ſic exequutum fuiſſet, & inde protelatum, hanc Regum inſtitutionem profluiſſe, vt Iuſtitiam, & Iudicium facerent, vt ibidem refertur, & conſtituit te Regem, vt faceres iudicium, & iuſtitiam, hinc Diuus Hieronymus ſuper Hierem. aſſerit, Regum officium eſt, proprium facere Iudicium, & Iuſtitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos, & peregrinis, pupilliſquè, & viduis, qui facilius opprimuntur à potentibus prabere auxilium, & vt curam eis præceptorum Dei maiorem inyceret, intulit, & non ab re Rex à Regendo dictus ſit, quo fit, vt cùm tale Iudicandi munus Regi impoſitum ſit, ſapientiam ſibi conſociari debet, Salomonis imitando veſtigia, qui cùm fuiſſet à Deo in Regem creatus, Sapientiam ab eo poſtulauit, vt rectè populum ſuum gubernare potuiſſet, vt legitur.

3.Reg 10.
c.Regum 23 q 5.
c. Cleros 21. d. Affl in p̄rel Cōſtit.qu.1 ſub n.8.

Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum, & malum, Placuit ergo ſermo eorum domino, ſed poſtulaſti tibi Sapientiam ad diſcendum Iudicium, ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens, & intelligens, ad hunc igitur finem introductionem regalis poteſtatis in Orbe relatam eſſe fertur, vt mala euitentur, & virtutes plantentur, hinc Hierem. inquit, ecce cōſtitui te ſuper gentes, & Regna, vt euelles, & diſſipes, & ædifices, & plantes, hoc eſt vitia euellere, & virtutes plantare, & non ab re Apoſtolorum Princeps Petrus aſſeruit, dicens, ſubditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deū tanquam praeccellentem, ſiuè Ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem uero bonorum, quamobrem rectiſſimè Reges executores Diuinæ Iuſtitiæ nuncupantur, propter quod Deus in terra appellatur, in quo omnis poteſtas translata refertur.

cap ſolitæ de maior. & obed.
d c.ſolitæ. Affl in Conſt Poſt mūdi nu.34.
Affl. ubi ſupra nu 25.

Eapropter cùm poſtmodum ipſi Reges iudicandi muneri incumbere neutiquàm poterant, vt bene populi gubernarentur in pace, & quiete, quam procurare tenebantur, & ius vnicuiquè diſtribuere, iudiciumquè in ijs exercere, leges condere propoſuerunt pro ſubſtentatione Reipublicæ, diuino quodam ſuffragante inſtituto, ideò, inquit Iuſtinianus Imperator, noſtri maiores ſubtiliſſimo animo, & diuino quodam motu ad actiones, & earum iura peruenerunt, &c. & hoc non ſine ratione, cum effrenata cupiditas ſui prodiga, pacis æmula, mater litium, materia iurgiorum tot quotidie noua litigia generat, vt niſi iuſtitia conatus eius ſua virtute reprimeret, & quæſtiones ipſius implicitas explicaret, ius humani fœderis litigatorum abuſus extingueret, & dato libelli repudij concordia extrà mundi terminos exularet, ita Gregorius, ideo facta ſunt leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaquè ſit inter improbos innocentia, & in ipſos improbos formidaquè ſupplicio refrenatur audacia, & nocendi facultas, dignum namquè, aſſerit Imperator, exiſtimamus, vt cùm omnes bona facientes normam, laudem, & protectionem omnimodo mereantur, quorum ſcientia totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo, & nobis eius miniſtris vita ſubiectorum informatur, quadam ſpeciali dilectione eos ab omni iniuria defendamus; ijs igitur latis ſubſequitur Pomponius I.C. capitquè, vt naturaliter euenire ſolet, vt interpretatio deſideraret prudentium authoritatem, neceſſariamquè diſputationem fori, vndè prudētū reſponſa profluerunt, quæ ſiquidem ſunt ſententiæ, & opiniones Iuriſconſultorum, quibus permiſſum erat, iura quoquè condere, ac etiam Rempublicā

In præm decr. l 2.§ qui tamē ff. de orig iur l 1 de conſt Princ § ſed & inſt de iure nat.gent. & ciu. l.1 § 1 C. de nouo cod. fac.
l. cùm in longi C de praeſc. long. temp.
In præmio decretalis.
c facta d.4.
Auth habita C. ne fil pro patre.
d l.2 § ijs legibus § reſponſa prudentum.inſt de iure nat gent. & Ciuil.

§.fin. in præm. Inſt. *gubernare, has igitur leges noſtras accipite, & vosmetipſos ſic eruditos oſtendite, vt ſpes vbi pulcherrima foueat, & toto legitimo opere perfecto, poſſe etiam noſtram Rempublicam in partibus eius vobis credendam gubernari.*

d.l. 2.§ poſt originem. d. leg. 2. §. eodem tempore. In Cõſt. Fideliũ *Cùm igitur parum eſſet, ius in Ciuitate eſſe, niſi ſint, qui iura reddere poſſint, ideo conſtituti fuerunt Magiſtratus, vt ius reddere potuiſſent ſubiectis, nomine Regis, à quo ipſi dependent, & iuriſdictionem diuerſimodè conſequuti ſunt, qui, vicem, inquit Imperator, adminiſtrationis noſtræ Gubernaculo ſuſceperunt, & in fine Conſt. habetur, & ſic nos etiam, qui prohibente indiuiduitate perſona vbiquè præſentialitèr eſſe non poſſimus, vbiquè potentionaliter adeſſe credamur.*

Ind. Conſt. Poſt mundi num 37. Deut. 17. & in Co ſt. Cũ circa. §. fin. de mand. Princ. in §. iubemus de queſt. *Tales igitur Magiſtratus vndiquè perfectos eſſe condecens erit, Rex enim ſtudeat, habere Officiales ad iuſtitiam miniſtrandam viros non laſciuos, nec ſuperbos, vel luſores, ſed Deo, & ſibi fideles, & virtutibus præditos, ſcientificos, & non iuris ignaros, timentes Deum, & eis præſtare ſalaria con decentia, & ſtudeant, ac vigilent, vt habeant manus munda, etiam ab eſculentis & poculentis, hac Aſſt. quod etiam comprobatum eſt ex iure noſtri Regni, potiſſimum ex Pragmatica tenore, ipſi demùm Magiſtratus iuxta leges iudicare debent, quemadmodum ſcriptum eſt, iudicabant iuxta leges Iudices, quod etiam iure Conſt. Regni comprobatum extitit, non miruum ſi ipſi legum miniſtri nuncupentur, nedum Dei, & Principum, quo fit, vt cum Deus inde iudicat, ipſius imitatores eſſe debent, propter quod Dij nuncupantur, & paritèr Principum, qui à Deo procedunt, ſic dicendo.*

Prouerb. 17. Gloſ. in ſumma d. 2. l. rem non nouam C. de iudic. *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt, Per me Principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam, & demum ipſius legis, quæ eſt ſanctio ſancta, iubẽs honeſta, prohibens contraria, idcircò benè dicitur, non es tu, qui iudicas, ſed lex, quo fit, vt ſi aliter fuerit ab ipſis obſeruatum in prædictorum ſuperiorum præiudicium, ab eiſdem iudicabuntur, ita Imperator tradit, ſic enim attendentes ad Sacroſanctas Scripturas, & Dei præſentia conſecrari ex maiore præſidio lites dirimant, ſcituri, quòd non magis alios iudicant, quàm ipſi iudicentur, cum etiam ipſis magis, quàm partibus terribile Iudicium eſt, ſiquidẽ litigatores ſub hominibus, ipſi autem, Deo inſpectore adhibito, cauſas proferunt trutinandas.*

In

Digitized by Google

In Dei Nomine Amen.

De Regentibus Regiam Cancellariam.

ANte omnia principalitèr illud aduertendum eſſe proponitur, qualiter Regnum iſtud fideliſſimũ Neapolitanum decoratum comperitur multis Iuribus particularibus, nempè Conſtitutionibus, Capitulis, Ritibus, Conſuetudinibus, atquè Pragmaticis, vltrà iura communia, quæ ſiquidem in alijs Regnis non ita prodita perpenduntur, adeò, quòd alij Principes ſeculares habent magnam admirationem, & inuidiam de iſtis Conſtitutionibus, & Iuribus Regni, pro forma, & norma data Iudicibus in adminiſtranda Iuſtitia, prout ex *Aff.* refert *Campanus*, eapropter præter allegata iura communia tales Conſtitutiones, & Capitula, ius etiam commune in Regno conſtituunt, vt etiam præfatus *Campanus* notat, ſimiliter & Ritus ius etiam commune in Regno faciunt, tradit *Praſ. de Fran bis*, qui paritèr teſtificatur, Conſuetudines ipſas eſſe in Ciuitate noſtra ius commune, quod idem erit aſſeuerandum de Pragmaticis iàm editis per Eccellentiſſimos Proreges, & Inuictiſſimi Regis Locumtenentes, cum conſilio Regentium, & voto ipſorum, quæ legum vigorem in Regno obtinent, quemadmodùm etiam *Aff.* probat, ſubdens ſecundum ea priùs iudicari debere, & ipſis ceſſantibus ſecundum ius commune, nec proindè Magiſtratus illas ignorare debent.

In Conſt. Occupatis in 3. not.
In prelud. Capitul. ſub nu 33.
deciſ 148. nu. 5.
deciſ. 149. n. 13.

In Conſtit. Vt vniuerſis num. 33. & in Conſtit. Cum circa n. 15.

Cùm igitur in Regno iſto quàmplurimi Magiſtratus inſtituti videãtur maiores, & minores, in diuerſis Tribunalibus reſidentibus pro iuſtitiæ adminiſtratione, expedit de ſingulis diſſerere, ac de his, quæ ad eorum inſtitutum pertinẽt pro ipſorum iurium executione, ac etiã pro recto Reipublicæ ſtatu editorum.

Et idcircò, præcæteris ſe offert Tribunal Regium Collaterale Conſilium, quod eſt Tribunal ſupremum erectum, cum certo Regentium numero, cuius Tribunalis Prorex eſt caput, & in eo negotia omnia terminantur per partem Votorum, ſunt enim etiam ipſi Conſiliarij Collaterales, quia in Curia Regis, & penès Regem aſſiſtere debent, à quo recedere non poſſunt abſque ſpeciali licentia, & ſunt partes corporis Principis, ſuntquè paritèr Iudices ordinarij, habent omnimodã iuriſdictionẽ, vltrà alia inducta per Capitula huic Ciuitati conceſſa, & de plenitudine poteſtatis Cancellariæ aſſiſtunt, etiam dum res bellicæ tractãtur, & eorum vota ſunt conſultiua, nec deciſiua, quarè cùm interueniant in omnibus negotijs, tàm iuſtitiam, gubernationem, & patrimonium, quàm ſtatum bellicum concernentibus, magna conſpicitur ipſorũ auctoritas, de quo ſatis *Dom. Regẽt de Põte de Poteſtate Proregis.*

Titul. 12.

In primis eorum poteſtas principaliter verſatur in ſubſcriptione libellorum, & priuilegiorum, quod priùs ad Magnum Cancellarium ſpectabat, ita ex noſtratibus teſtatur *Marin. Freccia.*

Secundò Vicereges, ac Collaterale Conſilium aſſenſum in alienationibus feudorum præſtare poſſunt, præter in certis caſibus adnotatis in Regia *Pragmatica*, hoc eſt, quando ad Monaſteria feuda deueniunt, item vbi ſucceſſore diſponens careret, aut in parum fidelem,

De ſubfeud. tit. de offic. Magni Cancell. nu. 29. 4. 16. & 25. de feud.

aut

aut non à fidelibus originem habens feudum alienatum fuerit,vel vbi natura feudi immutaretur,item vbi feudum,quod ab vno in duos, vel tres inſolidum,aut pro parte,vel reſeruato vſufructu, vel dominio trãſferretur, vel vbi adeſſet ſubſtitutio in teſtamento,ſeù contractu, vel vbi maxima pars feudi, ſeu medietas alienaretur, inſuper vbi poſſidens ad beneplacitum, ad alium illud transferre vellet,mutata perſona beneplacitum auferretur, demum vbi eſſent feuda titulata,ſeù magni momenti.

Prag 5. de trigeſ. & ſalar. Regentes inſimul cum Domino Prorege licentias impartiuntur Miniſtris pro negotijs delegatis accipere ſalarium, lectis prius memorialibus in Collaterali Conſilio.

Prag.77 §.24. de offic.S C. Regentes nequeunt recipere memorialia,in quibus de nullitate dicitur de ſententijs,decretis,& actis Tribunalium inferiorum,ſi non fuerint firmata ab Aduocatis,& Procuratoribus.

Prag 1 de. Relat cauſ. Regentes nequeunt mandare inferioribus Iudicibus, relationes fieri in Collaterali Conſilio,niſi de cauſis arduis.

Prag 4 & 5. de impreſſ libr. Regentes iunctim cùm Eccellentiſſimo Prorege licentias concedunt illis,qui aperire intendunt apothecas ad imprimẽdum libros, ac etiam abſque eorum licentia impreſſos extra Regnum vendere, nullus audeat, neque Auctoribus licitum erit libros in lucem edere, abſque eadem eorum licentia.

Prag.2. & 3 eo. titul. *Prag 6.§.1.de official. & que,et prag.11 § 3.eo.* Regentes prohibentur à Iuſtitiario Graſſiæ procurationem alicuius Miniſtri,neque à Rationalibus Siclæ commiſſiones ponderum, & menſurarum petere.

Prag.29. Ianuarij 1637. Montis Rei §.6. Regentes non poſſunt componere delicta commiſſa cum armis igneis in viſita.

Prag 23. §.3. de offic S.C. Regentes non poſſunt votare in cauſis,vbi eorum filij, fratres, & alij ſunt aduocati.

Prag 10. § 9. de Official. Regentes nequeunt Guidatica concedere omnibus Miniſtris,excepto ſi concederentur à Prorege,eiuſque Collaterali Conſilio.

Prag 10 §. & ne deſperata de offic. Mag Iuſt. Regentes nequeunt pœnas commutare,vt puta ſi fuerint pœnæ mortis naturalis, ad remigandum ad uitam,ex cauſa Eccellentiſſimo Proregi,eiuſquè Collaterali Conſilio bene viſa.

Prag.77. § 1. de offic.S.C. Regentes ſtante paritate Votorum inferiorum Iudicum poſſunt adiunctos concedere, non alitèr data liſta inconfidentium.

Prag. 7. de dilat. Regentes quotieſ diſputatio de Commiſſario cauſæ imminetet, an coram eo,vel alijs procedendum erit, ſi intra Ciuitatem contingerit, infra tres menſes ventilari debet, ſin autem extra Ciuitatem,infra ſex menſes, quibus elapſis nullam reſtitutionem in integrum concedere poſſunt,neque ſi de nullitate dictum fuerit,eas admittere,aut alias exceptiones ad impediendum executionem pragmaticę deſuper editæ.

Prag. 1. de vincul. &c. in prætermiſſis. Regentes vincula fideicõmiſſorũ legatorũ,ac aliarũ diſpoſitionũ teſtatorum debent ſub certa forma tradita in Regia Pragmarica expreſſa diſſoluere,ac interpoſito decreto per aliquod Tribunal inferiorum Iudicum, debent talia Decreta ſub copia authentica pręſentari in Collaterali Conſilio, & data eidem notitia per eos expediri aſſenſus regius.

Prag.18. de ſuſp. Official. Regentes nequeunt impedire curſus cauſarum ſuſpitionum Iudi-

cum

cum inferiorum propoſitarum, prætextu memorialium porrectorum Excellentiſſimo Proregi, aut commiſſio facta fuerit alicui ex Regentibus, quòd ſe informet, & relationem faciat, aut ſimile, ſed præciſè infra 30 dies expediri debet.

Regentes nullatenus munera à litigantibus recipere debent, nec per ſe, nec per alios. *Prag. 2. de mun. Offic.*

Regentes, inconſulto Rege, à Sede Apoſtolica, nec beneficia, nec aliquid impetrent, aut recipiant. *Prag. 19. de Offic. & quæ eis proh.*

Regentes mandato Proregis debent facere Inquiſitionem ſeruitiorum, petentibus militibus. *Prag. 4. de Offic. Secret.*

Regentes inſimul cùm Excellentiſſimo Prorege, quando vnus ex Conſiliarijs accedit ſuper faciem loci, & quando opus fuerit cum interuentu Regij Fiſci, adeo, quòd ſi partes, plures eſſe Iudices voluerint, ſtatuere debent. *Prag. 6. § 5. de Trigeſimis.*

Regentes, & cæteri Officiales nequeunt tractare cauſas extra Tribunal, nec in iure, nec in facto, nè vota propalentur, quæ intempeſtiuè proferri non poſſunt. *Prag. 1. de cauſ. deciden. §. 1. & 2.*

Regentes prohibentur quaslibet mercaturas exercere. *Prag. 1. de Mercatura, &c.*

Regentes nequeunt compatratus vinculum contrahere. *Prag. 9. de Offic.*

Regentes non interſint cauſis propinquorum, neque in cauſis eorum, qui beneficia contulerunt eorum filijs. *Prag 9. §. 2. de Offic. Iudic. Prag. 8. de ſuſp.*

Regens vnus antiquior in S.C anteeit Præſidem. *Prag. 1. de Offic. S.C.*

Regens vnus die Saturni tenetur carceratos viſitare, & expedire, in qua viſitatione facienda erunt prius cauſæ Clericorum prætendentium remiſſiones cognoſcere, vt determinentur. *Prag. 1. de Viſit.*

Regens quilibet non poteſt ſuffragari, nec intereſſe relationi cauſarum, in quibus fuerit Aduocatus eius filius, frater, vel alij coniuncti. *Prag. 23. §. 3. & 7. de offic. S.C.*

Regens quilibet, mandata contra ius non ſubſcribat, ſed moneat Proregem. *Prag 9. §. 1. de Offic. Iud.*

Regens quilibet non debet mandare Rationalibus R. C. quòd vacent alijs negotijs. *Prag. 64. de Offic Proc. Cæſ.*

Regens quilibet ante ſubſcriptionem Proregis debet ſubſcribere reſcripta, & mandata. *Prag. 11. §. 3. & 4. de Official.*

Regens quilibet, domi decreta in libellis non faciat. *Prag 17. de Offic.*

Regens vnus electus eſt ſuper materia Cambiorum, pro obſeruantia Pragmaticæ, ſuper iis editę. *Prag 3 in fine de lit. Camb.*

Regens vnicus Decanus aſſignare debet diem particularem pro expeditione Cauſarum ſuſpitionum Officialium ſingulis hebdomatis, & in caſu omiſſionis, ratio erit habenda in Viſita Generali. *Prag. 15. de ſuſpit Offic.*

Regens vnicus Decanus debet interuenire in examine Doctorum, vt ipſis approbatis valeant officia Regia exercere. *Prag 24. de Official.*

Regens vnus, copiam Scripturarum regiſtrorum concedere poteſt. *Prag 2. §. cum antè de offic Secr.*

Regens vnus ſuccedente differentia taxæ inter taxatorem, & ſigillatorem de taxa non ritè facta, ſummatim ex non ſcripto controuerſias definire debet. *Prag. 2 §. 17 eod. tit.*

De

De Conſilio Collaterali, & ijs, quæ illi competunt.

Prag. 13. de Milit.

COnſilium Collat. cognoſcit de Immunitatibus militum.

Prag. 1. de Relat.

Conſ. Collat. non reſcribat, mandando inferioribus, quòd relationem faciat, niſi in cauſis arduis.

Prag. 2. §. 3. de Relat.

Conſ. Collat. in cauſis Criminalibus non reſcribat, quòd non procedatur, & relationem faciat, niſi cum interuentu Proregis.

Prag. 1. de S. C. Velleian.

Conſ. Collat. non poteſt iudicare contra Pragmaticam Velleiani, nec eam declarare.

Prag. 11. §. 11. de offic. & qua.

Conſ. Collat. debet cercius fieri à Prorege, quando relationem facit Regi, pro nouis ædificijs conſtruendis, ſumptibus Regis.

d. Prag. 11. §. 14.

Conſ. Collat. quando mittit nominationes Officialium eregandorum cercior fieri debet.

d. Prag. 11. §. 24.

Conſ. Collat. debet intereſſe in confectione pandectæ iurium Scribarum à mandatis.

Prag. 8. §. 11. de Commiſſar.

Conſ. Collat. poteſt imponere collectas.

De Officio Secretarij Regni.

Prag. 1. de offic. Secret.

Quantum verò ſpectare videtur ad officium Secretarij Regni, ante omnia pro ſolutionibus dirictuum competentibus, exigere debet ſolutiones taxatas, ne ſubditi indebitis ſolutionibus vexentur, de quibus ſeriosè habetur in pragmatica deſuper prolata.

Prag. 2. de offic. Secret. §. quoniã, & §. ijs ſcribæ.

Item ad eundem Secretarium pertinet, eligere Cancellarios, & Scribas de forma in Regia Cancellaria, viros fideles, habiles, & idoneos.

d. Prag. 2. §. abſit ſum eod. tit.

Inſuper Secretarius, cæteriquè Miniſtri Cancellariæ non poſſunt exigere Iura, eis competentia ante publicationem, & notificationem decretationum memorialium, ſeù ſupplicationum.

Prag. 14. §. 1. & 5. de Official.

Secretarius, mercaturas, & induſtrias exercere non poteſt.

Prag. 1. de offic. Secret.

Secretarius non poteſt tenere notas furtiuas, Vulgo, Cifra Proregis.

Secretarius non debet oſtendere mandata, arcanum requirentia, oſtiarijs, ſed Scribæ Cancellario, vt ſubſcribantur, & in regeſtro ponantur.

Prag. 2. §. 1. de offic. Secret.

Prag. 2. §. 2. eod. tit.

Secretarius debet etiam referre in libros ſuffragia, quæ fiunt in collationibus, ſiuè ſint cauſæ Iuſtitiæ, ſiuè ſtatus Regni.

Prag. 6. §. 1. eod. tit.

Secretarius pro literis inſcriptis Iudicibus nil exigere debet.

d. Prag. 6. §. 3.

Item retinere debet regeſtrum Conſultationum.

d. Prag 6. §. 4.

Neque Actuarios pœnes Commiſſarios deſtinatos à Collaterali Conſilio nominare debet.

d. Prag. 6. §. 5.

Nec etiam vtatur Oſtiariis Regiæ Cancellariæ.

d. Prag. 6 §. 6.

Secretarius non poteſt in libellis decreta ſcribere, niſi mandata à Collaterali Conſilio.

d. Prag. 6. §. 7.

Secretarius nequit petere officia Baronum, nec beneficia Eccleſiaſtica;

Prag. 7. §. 1. eod. tit.

Secretarius referre debet in libros omnes literas Regis.

d. Prag. 7. §. 2.

Secretarius non debet aliquid recipere pro exhibitione Conſul-

tatio;

tationum Regiæ Cameræ.

Secretarius, non poteſt ſignare reſcripta Sigillo Curiæ. *d. Prag. 7. §. 3.*

Secretarius, non debet ſcribere apocas pro exportandis rebus prohibitis. *Prag. 9. de offic. Secret.*

Secretarius, debet actitare cauſas delegatas à Rege. *Prag. 10. eo. tit.*

Secretarius debet ſubſcribere facultates deferendi arma. *Prag. 12. eo. tit.*

Domini Regentes, quando petitur vnio aularum facta prouiſione auditis prius partibus, & intimatis, nulla alia Præſidi et it offerenda, ſed habito recurſu ad Collaterale Conſilium, facta determinatione mandant Secretario exequi. *Prag. 79. §. 11. de off. S. C.*

De Scribis à mandatis.

Quæ autem pertinent ad ſcribas à mandatis Regiæ Cancellariæ, ante omnia conſtitutum eſt, vt ſciant latinè loqui. *Prag. 6. in princ. de off Secr.*

Scriba à mandatis ſeruiens per menſem, debet conficere librum omnium libellorum, & literarum Regiæ Maieſtatis tranſmiſſarum, quòd R. C. relationem faciat verbo, aut in ſcriptis. *Prag. 5. de offic. Secret.*

Scriba à mandatis, non debet ſcribere in libellis decreta, niſi mandata à Collaterali Conſilio, & clapſo menſe det ſucceſſori. *Prag. 6. §. 6. eod. tit.*

Scriba à mandatis, debet referre in codicem, ordine alphabetico libellos aſſenſus per verbum fiat, & non relatos, non dent. *Prag. 5. eo. tit.*

Scriba à mandatis, debet aſſiduè aſſiſtere in Cancellaria, ſicuti cæteri Cancellarij. *Prag. 7. §. 4 eo. tit.*

Scriba à mandatis, Iura ſibi competentia debita nullatenus anticipatè recipiat, ſed dietim. *d. prag. 7. §. 4.*

Scriba à mandatis, acta completa tenetur deponere in Archiuio. *d. prag. 7. §. 6.*

Scriba à mandatis, originales aſſenſus, libellos pro alienatione feudorum, & decreta ſuper impoſitione vectigalium in eodem Archiuio reponere debet. *d. prag. 7. §. 7.*

Scriba à mandatis, nequit aperire relationes, niſi coram Prorege, & Regentibus. *prag. 22. de Offitial.*

Scriba à mandatis, mercaturas exercere prohibetur. *Prag. 14. §. 2. eo. tit. & prag. 1. de Mercat.*

De Scribis de Forma.

QVantum attinet ad Scribas de forma.

Scribæ de forma, debent prouiſiones à Cancellaria exeuntes, in pulcram formam, & ornatam reddere. *Prag. 2. §. 14. de offic. Secret.*

Scribæ de forma, ſalatium non habent, licet aliquid à partibus poſſint exigere. *d. prag. 2. §. 14.*

Scribæ de forma, debent etiam aſſiſtere quotidie in diebus non feriatis quatuor horis antemeridianis, & quatuor pomeridianis. *d. prag. 2. §. 18. eo. tit.*

Scribæ de forma, nequeunt ante aliquid exigere ante ſubſcripta reſcripta. *d. prag. 2. §. 14.*

De Cancellarijs Reg. Cancell.

QVæ autem conueniunt ad Officium Cancellariorum Regiæ Cancellariæ.

Prag. 2 §. 18. de offic. Secret. Cancellarius, quotidiè in diebus non feriatis aſſiſtere debet in Regia Cancellaria quatuor horis antemeridianis, & quatuor pomeridianis.

d. prag. 2. §. 1. Cancellarius, referre debet in libros, & ſignare reſcripta.

d. prag. 2. §. 3. Cancellarius, cuncta in ea fideliter incorruptè comitetur, & demum ritè, rectequè gerantur, & negotiatores cæleriter expediantur, & benigne tractentur.

d. prag. 2. §. 4. Cancellarius, antequàm publicentur reſcripta, in ſupplicibus facta, nihil à Scribis recipiat.

d. prag. 2. §. 5. Cancellarius, ius ſpectans pro libellis adhuc non ſubſcriptis, non exigat.

d. prag. 2. §. 8. Cancellarius, prouiſiones arcanum requirentes, Oſtiarijs, ſiuè Porterijs firmari, regiſtrari, & ſigillari faciendum committi ab eis non debet.

De Signatore Reg. Cancell.

Prag. 10. §. 76. de Offic. Iud. AD Signatorem Cancellariæ pertinet ſigilla ſcripturis imponere, verùm non debet admittere impedimentum, ſiuè Empara ſemel ablatum.

De Scribis Regeſtri.

QVæ autem conueniunt ad Officium Scribæ Regeſtri.

Prag. 2. §. 8. de offic. Secr. Scriba Regeſtri, cum non habeat Salarium, ei licitum erit à partibus aliquid recipere, iuxta taxatum ius tantùm, quorum officium verſatur, in libris fideliter prouiſiones, & omnia, quæ in Cancellaria expediuntur, redigere.

d. prag. 2. §. 11. eo. tit. Scribæ Regeſtri, pro perquiſitione Scripturarum ſoluantur decem aſſes à partibus.

d. prag. 2. §. 12. eo. tit. Scriba Regeſtri, exemplum Scripturarum, inconſulto Prorege, vel vno ex Regentibus dare non poteſt.

d. prag. 2. §. 13. eo. tit. Scriba Regeſtri, libros regeſtri commodare non poteſt, nequè permittere, quòd à Regia Cancellaria extrahantur.

De Taxatore Reg. Cancell.

QVæ nam pertinere videantur ad Officium Taxatoris.

Principaliter Taxator perſonaliter inſeruire debet, & à partibus

partibus duos tarenos tantum recipere debet, iuxta taxatum, ius, eiuſque officium verſatur, prouiſiones in libris fideliter, & omnia geſta in Cancellaria recognoſcere, & licet pro taxa quacunquè traſcendente tarenos ſex, nil tamèn infra, & quoad ſigillum pertinet, iuxta formam taxæ deſuper editam. *Prag 2. §. 15. de Offic. Secret.*

Signator autem id recipere debet, quod fuerit taxatum per Taxatorem ſcriptum in prouiſionibus, nec immunes, & exemptos cogat ad aliquid ſoluendum. *d. Prag. 2. §. 16.*

Taxator differre non debet ſigillationem, prætextu Taxæ non ritè factæ. *d. Prag. 2. §. 17.*

De Signatore Reg. Cancell.

SIgnator non debet exigere vltra taxam. *Prag. 2. §. 16. de Offic. Secr.*

Signator, impedimentum ſemel ablatum, amplius admittere non debet, quamuis poſſit pluries prorogari. *Prag. 10. §. 76. de Offic. Iud.*

Signator, non impediat reſcripta, ſi habet aliquid contra taxam taxatoris. *d Prag. 2. §. 17.*

Signator, debet aſſiſtere quatuor horis antemeridianis, & pomeridianis. *d. Prag. 2. §. 18.*

De Sacro Regio Conſilio.

SEcundo loco ſe offert Regium Tribunal S. R. C. olim dictum S. Claræ, iam Capuanum, conſiſtens in Præſide, illius Capite, & certo numero Cōſiliariorum, Secretario, Magiſtris Actorum, Scribis, Examinatoribus, & Potterijs, & omiſſa ipſius S. C. excellentia, Iuriſdictione, præeminentia, ac alijs prærogatiuis, de quibus Moderni ratiocinantur, intuendo tamen ea, quæ attinent ad vnumquemquè eorum, & ſignanter, quæ pertinent ad Officium præfati Sacri Conſilij. *Io. Franc. de Leonardis de Magiſtrat. Regn. c. 4.*

Sacrum Conſilium, ab Aragoneis Regibus conſtitutum eſt. *Prag. 1. de Offic. S. C.*

Sacrum Conſilium, reſidet in Caſtro Capuano.

Sacrum Conſilium ingredientes, nudo capite, & humili ſermone loquantur, & arma deponant, nec capita cooperiant, ante nutum Præſidis. *Prag. 6. eo.* *Prag. 19. eo.*

Sacrum Conſilium, non poteſt committere cauſas remiſſionis Vaſſallorum, vel Clericorum, & reſtitutionis ad Eccleſiam, relatas in S.C. à M. C. & dare nouum terminum, loco appellationis, vel reclamationis. *Prag. 77. eod.*

Sacrum Conſilium, pendente lite inter Creditores ſuper dilatione concedenda, non concedat ſaluamguardiam, ſeù fidem publicam debitori. *Prag. 1. de Inſtr. liquidat.*

Sacrum Conſilium, non poteſt Commiſſarios deſtinare ad imponendum Collectas. *Prag. 8. §. 11. de Commiſſar.*

Prag. 1. §. 6. de cauſ. deciden.

Sacrum Conſilium in diffinitiuis ſententijs, ſi ſuffragia lata ſint æqualia, promulgare non debet ſententias, quamuis Præſes in ſententiam alicuius inclinauerit, ſed fieri debet relatio Proregi.

De Præſide S. R. C.

Prag. 2. §. 4. de offic. S.C.

PRæſes S.C. Iuramenta accipere debet à Conſiliarijs, ſe pro officio aſſequendo nil ſoluiſſe.

Prag 10. §. 7. de ſuſpition.

Præſes, quolibet anno Iuramenta accipere debet à Conſiliarijs, de ſecreto tenendo.

d. Prag. 10. §. 8.

Præſes, quolibet menſe monere debet Conſiliarios, de ſecreto ſeruando.

Prag. 77. §. 28. de off. S.C.

Præſes, Iuramenta accipere debet ab omnibus procuratoribus, incipientibus exercere eorum officium.

Prag. 7. de offic. Iudic.

Præſes, non poteſt ſibi ipſi cauſas committere; ſed Conſiliarijs.

Præſes, cauſas quoque partiatur, æquè delegando.

Prag. 41. §. 6. de offic. S.C. Prag. 9. aliàs 10. §. item volemo, de ſuſp. offic.

Præſes, cauſas ſuſpitionum committere non poteſt; niſi præcedentibus omnibus requiſitis, ſcilicet propoſitis ante omnia ſuſpitionibus, ſubſcribantur ab Aduocatis, & facto depoſito ſimul, & ſemel de pœna, in caſu, quo non ſubſiſterent.

Prag. 8. §. 1. de offic. S.C.

Præſes, & in eius abſentia Caput Aulæ poterit proponere, vel reſpondere; & nullus alius.

Prag. 13. de offic. S.C.

Præſes, poſt relatas cauſas à Conſiliarijs, vota ipſorum exquirere debet, & ab opinionum pluralitate concludere, factaquè concluſione opinionis receptæ, debet ab ipſo ſua manu ſignari, & illam Secretario tradere.

Prag. 19. de offic. S.C.

Præſes, aduertere debet, vt Aduocati, & Procuratores, & litigantes ingredientes Conſilium, ceruice flexa venerentur ipſum, & Conſiliarios, ceruice nuda, modeſtoquè modo, humili ſermone alloquantur, voce intelligibili, nec prius capita cooperiant, quàm in Conſilio id nutu ſibi permiſſum ſit.

Prag. 20. §. fin. de offic S.C.

Præſes, animaduertere debet, vt Aduocati, & Procuratores in conſuetis horis, ſi in Palatio Conſilij fuerint, Porterij voce audita, ſi ſtatim aulam non ingrediantur, puniri.

Prag. 77. §. 24. de offic. S.C.

Præſes, aduertere debet, ne recipiantur ſupplicationes, aut reſponſiones nullitatum, abſque ſubſcriptione Aduocati; ſeù Procuratoris, adeò, quòd ſi non militauerint, incurrat pœnas impoſitas.

Prag. 71. eod. tit.

Præſes, declarare poterit Decretationes Collateralis Conſilij, mandantes, quòd Præſes prouideat, vt quòd ſibi videbitur, exprimat.

Prag. 71. §. 3. eo. tit.

Præſes, quolibet die primo cuiuslibet mēſis infimul cū alijs Cōſiliarijs conficere tenetur liſtam cauſarū primò concluſarum, cum ordine temporis, quod habet, quæ debent eodem menſe expediri à ſingulis Commiſſarijs ſeparatis, tranſmiſſa copia illarum Viceregi, ac alia liſta affigi in valuis Rotæ S. C. & inde alia tranſmiſſa copia cauſarum primò concluſarum, cur non fuerint expeditę.

prag. 77. §. 2. de offic. S.C.

Præſes, dum vult prouidere de adiunctis in aliqua cauſa, debet nominare alios Iudices de alia aula, cum qua veniret vnienda, excep-

to ſi in ea adeſſent alij Iudices ſuſpecti in numero opportuno.

Præſes, debet obſeruari facere, quoties cauſæ requirunt lecturas; quæ incipi debent inprimis eius diebus in aula, finitis horis Commiſſario conceſſis, & non reperto ſufficienti tempore neceſſario, debet Conſiliarius continuare lecturas immediatè ſequentibus diebus, etſi eis nõ contingiſſet, & exiſtentibus feſtiuis diebus, vel ob impedimenta, alijs transferri debet lectura in die proximo, donec non fuerit finita, quà finita, auditis partibus interponi debet decretũ introductionis, & procedi ad expeditionem cauſæ, aſſignata die certa competenti. *d. Prag. 77. §. 11.*

Præſes, concedere poteſt diem particularem ſingulis hebdomatis, in quo debent tractari cauſæ ſuſpitionum Iudicum, potiſſimum in die, quo M.C.V. ſolet referre cauſas in S.C. *Prag. 18. §. 4. de ſuſpit. offic.*

Præſes, debet mandare, quod infra tres menſes à die commiſſionis cauſæ terminetur diſceptatio Commiſſario, cui contingi debet cauſa, vel per ſuccèſſionem, aut per antiquitatem proceſſus in cauſis vertentibus in Ciuitate, extra verò Ciuitatem per ſex menſes. *Prag. 6. de dilation.*

Præſes, debet illicò relationem facere ſuæ Excellentiæ, quando ab aliqua partium litigantium occaſio daretur offenſionis verbalis, aut realis in perſonam Miniſtri, eorum vxorum, & conſanguineorum, ſiuè antè, ſiuè poſt lites cœptas, vt non debeant admitti ſuſpitiones. *Prag. 19. de ſuſp. offic.*

Præſes, cauſas ſũmariè M. C. V. non tractet. *Prag. 1. §. 6. de cauſ. decid.*

Præſes, non poteſt remittere pœnas ſpectantes ad Tribunal S.C.

Præſes, debet mittere Proregi numerum pœnarum eodem tempore quo mittitur numerus cauſarum terminatarum. *Prag. 79. §. 20. de offic. S.C.*

Præſes, debet delegare cauſam, ſi eſſet pœna ſuſpènſionis, aut priuationis officij, aliàs cenſeatur delegata. *d. prag. 79. §. 20.* *d. prag. 79. §. 20.*

Præſes, poterit in incidentibus cauſarum adhibere alios. *d. prag. 79. §. 20.*

Præſes, quamuis adhęreat parti ſuffragiorum, quando eſsẽt ęqualia, attamen fieri debet relatio Proregi. *Prag. 1. §. 6. de cauſ. decid.*

Preſes, nõ poteſt ab Actuarijs recipere Sues, & Gallinas Africanàs. *Prag. 1. §. 3. de Muner.*

Præſes poteſt reuocare Decretum, quòd verbum faciat, ſed partibus auditis factum, nequaquam, & in talibus decretis verbi faciendi, vel aliud addere, poteſt etiam ſtatuere diem pro cauſa referenda. *Prag. 79 §. 15. et 16. de offic. S. C.*

Præſes S.C. non poteſt moderare pœnas Præfecti Annonæ. *Prag. 6. §. 3. de official.*

Præſes, quoties mandat M.C. quod faciat relationem, debet apponere clauſulam, quòd idem inquiſiti curent, fieri relationem infra menſem. *Prag. 80. de offic. S.C.*

Pręſes, curare debet, vt Conſiliarij taceant, niſi interrogati. *Prag. 8. §. 2. de off. S.C.*

Præſes, quolibet die Iouis vacare debet relationibus M. C. V. *d. Prag. 8. §. 2.*

Præſes, ante tempus ſuffragandi, ſignis ſuffragium non ſignificet. *Prag. 13. §. 9. eo.*

Præſes, diſtribuere debet literas executoriales inter Oſtiarios. *Prag. 27. §. 2. eo.*

Præſes, ſupplicationes, ſiuè ſimplices petitiones, pro vnione aularũ legere debet, partibus auditis, nec recipiat libellos pro vnione, vel pro interuentu, niſi per Actuarium legantur. *Prag. 79. §. 11. eod.* *d. Prag. 79. §. 12.*

Præſes, in cauſis valoris Centuſſium 1000. infra centuſſes 200. poteſt eligere adiunctos pro decidẽda paritate, & vltra Centuſſes 1000. poteſt vnire aulas. *Prag. 41. §. 3. eo.*

Præſes, poteſt mandare, quòd aulæ vniantur. *d. Prag. 41. §. 8. & prag. 65.*

Præſes

Prag.44.§.2.eod. Præſes,cauſam appellationis à Decreto mortis, ſeù abſciſſionis membri M.C.nequit committere,niſi audito Iudice,& Fiſci patrono

d.Prag.44.§.3. Præſes,non poteſt admittere recurſum à captura.

Prag. 64.eod. Præſes,debet interuenire in decreto acceſſus ſuper faciem loci.

Prag.68. eod.tit. Præſes,non poteſt creare Examinatores.

Prag.15.§.10.de ſuſp.offic. Præſes,non aliter ſe intromittere debet, neque immiſcere alijs negotijs,quàm ipſius Tribunalis.

Prag.4.§.2. de dilat. Præſes,debet Conſiliarios adiunctos ſumere de aula ſequenti.

Præſes,poteſt interuenire in aulis, prout ſibi videbitur.

Prag.41. §.1. de Offic. S.C. Præſes,fruitur immunitatibus,quibus fruuntur Locumtenens,& Præſidentes R.C.S.

Prag.1. de Immunit. Præſes,non poteſt cauſas domi decidere.

Prag. 6. de offic. Iud. Præſes, curare debet,vt eius famuli non occupent ſupplicationes.

Prag. 13. §.2. de Official. Præſes,in votis proferendis, ea exquirere tenetur, vt primum locum obtineat arguendi ad partes Relatori cauſæ, ità vt in alterutram partem præciſè, & ſine conditione concludat, & ab opinionum pluralitate.

Prag.13. de offic. S.C.

Prag. 1. de uincul.ſeù condit. Præſes,debet interuenire in deciſionibus cauſarum faciendis, iunctis aulis,in quibus tractantur diſſolutiones vinculorum adiectorum per teſtatores in eorum teſtamentis,& in contractibus.

Prag.79.§.3. de offic.S.C. Præſes,quando coram eo ſingulis hebdomatis Magiſtri Actorum faciunt hebdomatam, debet diuiſionem ſupplicationum facere æqualitèr,abſquè partialitate,de qua conficere debet librum,ſeù regeſtrum particulare, conſeruandum per ipſum,& tenetur ſubſcribere ſua propria manu diuiſionem ſingulis diebus.

d.Prag.79.§.4. Præſes, debet attendere,ne interueniant alij Magiſtri Actorum in lectura ſupplicationum,facienda per illos quatuor Magiſtros Actorum hebdomatarios.

d.Prag.79.§.11. Præſes,quando petitur vnio aularum,non debet prouidere priuſquam partes fuerint requiſitæ,iuxta ſolitas decretationes,aſſignando diem,pro facienda prouiſione, nec poterit, cum noua ſupplicatione eidem porrecta impedire.

d.Prag.79.§.12. Præſes,non debet recipere memorialia petentia vniones aularum, aut,quòd ipſe inturueniat, aut ſua manu decretare, ſed per viam ſupplicationum legendarum pet Magiſtros Actorum cauſarum.

d.Prag.79.§.16. Præſes, nullatènus debet decretationes facere in memorialibus concernentibus merita cauſarum,& quando contingerit ob Cõmiſſarij defectum,poterit aſſignare certam diem pro effectuali executione, & expeditione.

d.Prag.79 §.15. Præſes,poſt decretationem verbi faciendi conceſſam alicui ex partibus,ſi altera pars vellet aliam ſupplicationem porrigere, pro reuocatione dictæ decretationis,pronidere debet,vt prius pars intimetur.

d.Prag.79.§.20. Præſes,non poteſt remittere pœnas contrauentionum,ſtabilitas in Pragmatica,neque moderare, nec retardare, ſed ſtatim ſucceſſo caſu debet committere cauſam eidem Conſiliario Commiſſario cauſæ principalis, vbi fuit contrauentum, & pariter liſtam pœnarum incurſarum,eodem tempore liſtam cauſarum expeditatum referre Suæ Excellentiæ.

Præſes

Præſes, facta relatione in S. C. per Iudices M.C. de cauſis liquidationum inſtrumentorum non debet amplius admittere alias ſupplicationes verbi faciendi, nec etiam decernere, vt iterum verbum fiat loco reclamationis, etiam cum clauſula, ſi non fuerit auditus, ſed debet procedi ad executionem Decreti confirmati. *Prag. 8. §. 3. de Inſtr. liquid.*

Præſes, non interſit in cauſis propinquorum. *Prag. 9. §. 2. de offic. Iudic.*

Præſes, quando cauſa non poſſit fieri in die communi, ſine expreſſo ordine Proregis, niſi in die Sabbati ſingulis hebdomatis, & ſiſtente tali die feriato, in alio die alterius hebdomadæ aſſignatio fiat, excepto primo die negotiorum in menſe Septembris, quo tempore duæ hebdomadæ dierum communium fiant, & in fine menſis Iulij per alias duas hebdomadas antecedentes ſint dies communes. *Prag. 10. §. 82. de Offic. Iud.*

Præſes, non debet committere ſupplicationes porrectas à ſententijs S. C. cum clauſula, citra præiudicium executionis, ſed iuxtà antiquum ſtylum mandare ſimpliciter, quòd notetur dies, & facta executione prouidebitur. *Prag. 79. §. 10. de off. S. C.*

Præſes, nec per ſe, nec per alios mercaturas exercere poterit. *Prag. 1. de Mercat. Offic. prob.*

Præſes, prohibetur impetrare à Iuſtitiario Graſſiæ procurationem alicuius Miniſtri, nequè à Rationalibus Siclæ cõmiſſiones põderũ, &c. *Prag. 6. §. 1. de Official. & quæ & prag. 11. §. 3 eod.*

Præſes, non poteſt compatratus vinculum contrahere.

Præſes, non poteſt votare in cauſis, vbi eius filij, fratres, & ſimiles ſunt aduocati. *Prag 8. eod. de Official.*

Præſes S. C. non debet admittere ſupplicationes reclamationis à à decretis interpoſitis ſuper remiſſionibus petitis à Baronibus, indulgentijs, Guidaticis, & repoſitionibus ad Eccleſiam per M. C. & confirmatis per S. C. *Prag. 23. §. 3. de offic. S. C.* *Prag. 13. de appell.*

Præſes S. R. C. debet admittere relationes Iudicum M.C. abſque ſupplici petitione, in cauſis vbi tractantur vincula, ſeù conditiones in contractibus, ac vltimis voluntatibus. *Prag. 1. de Vincul. ſeu cõdit. appoſ §. 3.*

De Regijs Conſiliarijs S. R. C.

SE offerunt Regij Conſiliarij eiuſdem S.C. qui debent eſſe viri graues, ſcientifici, modeſti, & omnium virtutum genere præditi, eorumquè munus cum omni integritate exercere debent, quemadmodum diſpoſitum patet. *Prag. 72. de offic. S. C.*

Inter præfatos Conſiliarios adeſt Decanus, qui vltra alia onera, quæ cæteri Conſiliarij obſeruare tenentur, illud potiſſimum obſeruare debet, vt abſente Præſide præeſſe debet, hoc eſt, proponere, vel reſpondere. *Prag. 8. §. 2. eo. tit.*

Decanus S. C. quando *Præſes* eſſet ſuſpectus, etiam in delegando debet inſimul cum eius Conſiliarijs eiuſdem Aulæ ſupplicationes committere cui voluerit, & in eius abſentia debet caput alterius aulæ immediate ſequentis idem officium peragere, et ſic de ſingulis. *Prag. 72. de offic. S. C.*

Decanus S. C. quando ſupplicationes contingerint prouideri ob ſuſpitionem *Præſidis*, Commiſſarius cauſæ in quacunquè Aula reſidens, vel ſi eſſet cauſa determinanda, Iunctis Aulis, debet de omnibus *d. Prag. 72. §. fin.*

noti

notitiam dare eidem,vt prouidere poſſit,quod ſibi melius videbitur.

Prag.3. de offic. Iudic. Conſiliarij,non poſſunt eſſe Balij, neque tutores Baronum, & aliorum.

Prag.9. §.2. de offic. Iudic. & prag.8. de ſuſp. Conſiliarij,non interſint in cauſis propinquorum,nequè in cauſis, qui beneficia contulerunt eorum filijs.

Prag.14. de Offitial.& que. Conſiliarij,non valent alijs officijs non dependentibus à Rege, vel Prorege ſine permiſſu Proregis ſe occupare.

Prag.6. §.1. de offic. & que, & prag.11. §.3. eo. Conſiliarij,prohibentur petere à Iuſtitiario Graſſiæ procurationem Miniſtri,& à Rationalibus Siclæ commiſſiones ponderum, &c.

Prag.10. §.7. de ſuſpition. Conſiliarij,quolibet anno coram Præſide iurare debent de ſecreto tenendo.

Conſiliarij,votare non poſſunt in cauſis, vbi eius filij,fratres,& ſimiles ſunt Aduocati.

Prag.23.§.3.de offic.S.C. Conſiliarij,iuramentum præſtare debent in manibus Præſidis,ſe pro officio aſſequendo nil ſoluiſſe.

Prag. 2. §.4. de offic.S.C. *d.Prag.2.§.5.* Conſiliarij,reſidere debent in quatuor Aulis, & mutentur quolibet ſemeſtre.

Prag.3.eo. tit. Conſiliarij debent ſedere gradatim.

Prag.8.eod. Conſiliarij in aula exiſtentes,niſi interrogati à Præſide,vel ab antiquiore collega non loquantur.

Prag.9.eo. Conſiliarij, pro cauſis referendis habent ſinguli duos dies.

d.prag.9.§. 2. Conſiliarij,in diebus communibus cauſas referre debẽt per horas.

Prag.10. §.10. eod. & prag. 71. §.1. Conſiliarij, primo die menſis cauſas concluſas perquirere debent, & ſecundum antiquitatem conficere debent ſchedulam pro diuiſione ipſarum,& affigatur in valuis.

d.Prag.10.§.11. & prag.71. §.3. Conſiliarij,conſimilem ſchedulam conſignare debent Proregi.

d.Prag.10. §.11. Conſiliarij,in fine cuiuslibet menſis referre debent Proregi numerum cauſarum expeditarum.

d. Prag. 10. §. 12. Conſiliarij,quolibet die Saturni conficere debent alteram ſchedulam cauſarum determinandarum in hebdomada.

d.Prag.10.§.12. Conſiliarij,cauſas non determinatas in menſe,decidere debent in principio alterius menſis,& pariter incidentes,vt eis videbitur.

Prag. 71. §.1. et 2.eo.tit. Conſiliarii, debent tractare cauſas priuilegiatorum die Sabbati,vel Iouis poſt prandium.

Prag.13.§.9. eo. tit. Conſiliarii,ſuffragantem non impediant,antequam ſibi ipſis ſuffragari competat,nequè ſignificent,antequàm ituri ſunt in ſententiam.

prag.2. §.5. eo. Conſiliarii duo,reſidere debent in M.C.V. quolibet biennio.

Prag. 2. de cauſ. decid. Conſiliarii, tunc dicuntur ſufficientes ob abſentiam aliorum,dummodo non ſint minus tres,& quinque in duabus aulis.

d.Prag.2.eo. Conſiliarii, cauſas decidere tenentur, quamuis aliqui Conſiliarii ſint abſentes.

Preg 5.§.9. de off.Mag. Iuſt. Conſiliarii, deputandi,intuitu officii approbati,non tenentur præſtare iuramentum,nequè fideiuſſionem.

Prag.39. §.9. eo. tit. Conſiliarii,non debent procedere die Iouis ad deciſionem cauſarum M.C.V.abſente Fiſco,quando eſſet dubium.

Prag.8. §.4. de Inſtr.liquid. Conſiliarii,non debent impedire progreſſum cauſæ liquidationis relatæ in Conſilio,nequè domi.

Prag.14.de offic. S.C. Conſiliarii,vacare debent tribus horis mane,& duabus veſperi domi negotiis occurrendis. Conſi-

Conſiliarii, nequeunt tractare cauſas extra Tribunal, ne vota propalentur, quæ intempeſtiue ferri non debent. *Prag. 1. §. 1. & 2. de cauſ. decid.*

Conſiliarij, pendente lite inter creditores, & debitores, concedere non debent ſecuritatem debitoribus, aut ſuperſedere in accuſatione obligationum, & inſtrumenti. *Prag. 2. de Inſtr. liquid.*

Conſiliarij, nequeunt parrocinari, ſiuè eſſe Aduocati aliorum. *Prag. 2. §. 10. de off. Iud.*

Conſiliarij, nequeunt mercaturas exercere, nequè per ſe, neque per alios. *Prag. 1. de Mercat. offic. prob.*

Conſiliarij, nequeunt compatratus vinculum contrahere. *Prag. 8. de Offic.*

Conſiliarij, antequam ſententiæ publicentur, videre debēt notulas, ſeù formam earum, qua ſiquidem notula audita ſubſcribere debent ſententias. *Prag. 13. §. 2. de offic. S. C.*

Conſiliarij, pro examinandis teſtibus intus Ciuitatem, nil recipere debent. *Prag. 15. §. 2. eo.*

Conſiliarii, incidentia domi determinare poſſunt, & facta de eis relatione in Conſilio, ſtatim deciſio emergat, vel die ſequenti. *Prag. 16. eo. tit.*

Conſiliarii, cauſarum Commiſſarii, poſſunt ſuper incidentibus cognoſcere. *d. prag. 16.*

Conſiliarii, Iudices cauſarum, propria manu non debent in libellis decernere, vel aliter facta ab actis auferantur. *Prag. 79. §. 13. eod.*

Conſiliarii, non debent patefacere ſuffragia. *Prag. 17. eod. tit. & prag. 5. de off. Iud.*

Conſiliarii, die Iouis vacare debent ad audiendam relationem M. C. V. ac aliarum Curiarum. *Prag. 18. eod. tit.*

Conſiliarij, ipſimet cognoſcere debent in eadem aula reclamationes. *Prag. 41. §. 2. eo.*

Conſiliarii, curare debent, ne Oſtiarii in diuiſione literarum executorialium recipiant ab Actuariis, & Scribis. *Prag. 27. §. æqualitatem eo. tit.*

Conſiliarii procedentes contra contumaces, non debent agere Decretum, quod intimetur parti. *Prag. 39. eod.*

Conſiliarii, nequeunt proferre ſententias contra Fiſcum, ipſo inaudito, alias puniuntur. *Prag. 36. eod.*

Conſiliarii allegati ſuſpecti, non poſſunt interuenire, nec etiam in relatione cauſarum. *Prag. 40. §. 3. eo.*

Conſiliarii, in ſententiis centuſſiū 200. & vltra debent eſſe tres concordes, infra duo ſufficiunt. *Prag. 41. §. 3. & 4 eo. tit.*

Conſiliarii, in cauſis infra ſummas vnciarum duodecim poſſunt procedere, nullo facto verbo in S. C. & Decretum haber executionem paratam. *d. prag. 41. §. 11. eod.*

Conſiliarii, dum cauſæ Commiſſarius refert, ſilere debent. *Prag. 12. §. 1. eo.*

Conſiliarii, in die ſabbati cuiuslibet hebdomadę notam cauſarum expediendarum in valuis aularum aſcribere debent, vt detur notitia partibus, & Aduocati poſſint informare. *Prag. 2 §. 15. de Commiſſar. & prag. 10. §. 7. de off. S. C.*

Conſiliarii, nequeunt Decreta, aut prouiſiones facere domi, vel in aula, niſi Iunctis Aulis in diſſolutione vinculorum appoſitorum in teſtamentis, ac contractibus coram Præſide. *Prag. 1. de Vincul. §. 2.*

Conſiliarius iunior in aula, debet deſcribere ſuffragia cauſarum, & diſparia. *Prag. 13. §. 9. eo.*

Prag. 72 § fin de off. S.C.

Conſiliarius, & Commiſſarius cauſæ, referre debet Decano S. C. quando porriguntur ſupplicationes ob ſuſpitionem Præſidis, & ſi in alia aula adeſſet, vel cauſa Iunctis Aulis determinanda, ad hoc, vt ille poſſit, quod ſibi placuerit de iuſtitia prouidere.

Prag. 79. § 9. eo. tit.

Conſiliarius Commiſſarius cauſæ, debet mandare tolli ſupplicationes obtentas de verbo faciendo in S. C. & ſimilibus à Decretis diffinitiuis, ſiuè habentibus vim diffinitiui, quando fuerint præſentatę in actis, priuſquam executionem non habuerint ipſa Decreta.

Prag. 1. de vincul. ſeù condit. in contract. vel teſt. appoſ. & ci § 2.

Conſiliarij duarũ aularũ, cũ interuentu Præſidis tractare debẽt cauſas vinculorum, ſeù conditionum appoſitarum in contractibus, vel teſtamentis, fabricatis actibus, & partibus auditis.

Prag. 82 §. verũ ſi Conuentus, de offic. S.C.

Conſiliarij Commiſſarij generales alicuius artis, non expediant literas inhibitoriales M.C.V. niſi in caſibus tangentibus exercitium dictæ Artis, & non aliter, verum ſi conuentus in d. M.C. habuerit eius Commiſſarium generalem in d. S. C. debeat illum allegare ante litis conteſtationem, vel poſt immediate, alias ſi paſſus fuerit, ad vlteriora in cauſa procedi, tunc procedatur in d. M. C. quæ literæ inhibitoriales, nec etiam ab eis expediantur in cauſis criminalibus, nec in cauſis liquidationum inſtrumentorum, incuſationis obligationum, apocarum banci, literarum exequutorialium, vigore conſuetudinis literarum Cambij, pacti exequutiui, & confectionis præambulorum, niſi ſuper eis adſit pendentia litis in S. C.

Prag. Comitis Oñatte de 15. Maij 1651.

Conſiliarij Regij, nequeunt patrocinari in cauſis priuatorum.

De Secretario S. R. C.

QVæ autem Secretarius S.C. ſeruare tenetur.

Prag. 25 §. ex proui ione, de off. S.C. & §. 27.

In primis Secretarius, ſeruare debet Pragmaticam latam ſuper ſolutionibus faciendis pro iuribus ipſi competentibus.

Prag 26. § 3. eod.

Secretarius, ſupplicationes, & libellos non recipiat, niſi fuerint ſignati manu Aduocatorum.

Prag. 27. eod. tit.

Secretarius, debet habere ſchedulam nominum Oſtiariorum ſingulis hebdomatis, pro quibus teneantur ſeruire in aulis.

Prag. 79. §. 20. eo tit.

Secretarius, omnes pœnas debitas, per contrauenientes incurſas reſpectu Tribunalis S.C. exigere debet irremiſibiliter, & cauſas contrauentionum, audito Fiſco actitare.

Prag. 10 §. 63. de off Iud.

Secretarius, debet referre in libros cõmiſſiones de exequendo, taxatis prius dietis in ipſis commiſſionibus.

d. Prag. 10. §. 29.

Secretarius, debet referre in Codicem ſententias diffinitiuas ciuiles, & fideiuſſiones Ciuiles, & Criminales.

d. prag. 10. § 3. & pr. 8 de off. S.C.

Secretarius, debet conficere Codicem omnium cauſarum concluſarum.

Prag. 13 §. 9. eo.

Secretarius, non poteſt intereſſe ſuffragijs.

Prag. 14 eo.

Secretarius, deſcribere debet, quando Conſiliarij vacant tribus horis mane in Conſilio.

Secre-

Secretarius, ſuffragia pandere non debet. *Prag. 17. eo.*

Secretarius, quotidie aſſiſtere debet in S.C. *Prag. 20. §. 6. eo.*

Secretarius, diſcedere non debet ante egreſſum Conſiliariorum. *d. Prag. 20. §. 6. & 7.*

Secretarius, recipere debet Carolenum vnum pro quolibet Decreto. *Prag. 25. §. 28. eo. tit.*

Secretarij cuiuſcunque Tribunalis, ex compoſitionibus, tranſactionibus, & accordijs faciẽdis per Tribunalia nullatènus poſſunt exigere ſummam decem pro centenario, neque illam retinere ex ſumma peruenta. *Prag. Comitis Oñatte 18 Octobris 1651.*

Secretarij cuiuſcunquè Tribunalis, ob remiſſiones cauſarum carceratorum ad alia Tribunalia, & Curias, non debent ſummas exorbitantes petere ad eorum arbitrium, ſed tantùm id, quod eſt ſtabilitum in pandectis, quod eſt ſimplex dirictus Decreti, & iuſtum ſalarium pro copia. *Prag. Comitis Oñatte die 18. Octob. 1651. §. 2.*

Secretarij cuiuſuis Tribunalis, pro diſſequeſtris ordinatis nequeunt eſigere, niſi iuſtum dirictum ſtabilitum in pandectis Tribunalium. *Prag. Comitis Oñatte 18. Octob. 1651. §. 3.*

De Magiſtris Actorum S. R. C.

QVæ autem pertinent ad Magiſtros Actorum S.R.C.

Magiſtri Actorum, nequeunt eſſe in cauſa, in qua aliquis eius affinis vſquè ad tertium gradum Gener, vel Socer eſſet procurator. *Prag. 23. §. 1. de off. S.C.*

Magiſtri Actorum, conficere debent collationem ſcripturarum, requiſitis, vel præſentibus ijs, quorum intereſt. *d. prag. 26. §. 1.*

Magiſtri Actorum, referre debent à ſecretis fideiuſſiones Ciuiles, & Criminales. *Prag. 10. §. 7. de Offic. Iud.*

Magiſtri Actorum, denuncient à ſecretis S. C. omnes cauſas concluſas, & deſcribi faciant in libro infra duos dies poſt eas notificatas. *d. prag. 10. §. 9. eod.*

Magiſtri Actorum, quotidie aſſiſtere debent in S.C. *d. prag. 20. §. 5.*

Magiſtri Actorum approbati exercere ipſimet debent, & non per ſubſtitutum. *Prag. 24. de offic. S. C.*

Magiſtri Actorum, non debent participare in ſalario, ſeù dietis Oſtiariorum, ſeù Executorum. *Prag. 28 §. 2. eo.*

Magiſtri Actorum, relationes Oſtiariorum debent referre in actis. *d. prag 28. §. 5*

Magiſtri Actorum, non debent facere reſcripta pro examinandis teſtibus, ſine clauſula, ſupra numerum teſtium. *Prag. 48. eo. tit.*

Magiſtri Actorum, non debent facere examinate teſtes per Scribas non approbatos. *d. prag. 48.*

Magiſtri Actorum, debent in continenti annotare in libro, detinendo in domo Protonotarij, ſiuè Præſidis omnes obligationes, omnes acta S.C. ſtipulatas faciendas. *d. Prag. 48.*

Magiſtri Actorum, articulos cum die exhibito non reſtituant. *Prag. 51. de offic. S.C.*

Magiſtri Actorum, non debent permittere peti beneficia, repulſas, & nominationes per partes, vbi ſunt conſtituti procuratores. *Prag. 54. de offic. S.C.*

Prag. 58. eo. tit. Magiſtri Actorum, non poſſunt detinere in banca, ſeu menſa vltra ſex Scribas, nec actuare permittant cauſas, neque examinati per alios Scribas, quàm per deſtinatos, nec per pueros, neque recipiant Scribas, niſi electos à Præſide.

Prag. 60. eo. tit. Magiſtri Actorum, in commiſſionibus Executorum, & Cōmiſſariorum debent apponere quodam Capitulum, adnotatum in Pragmatica, & ſecundum formam d. Capituli capere fideiuſſiones, & ſubſcribere manu propria, quòd ſit præſtitum iuramentum, & capta fideiuſſio.

Prag. 1. de mercat. offic. prohib. Magiſtri Actorum, mercaturas nec per ſe, nec per alios exercere poſſunt.

d. Prag. 60. eod. tit. Magiſtri Actorum, non aſportent ad ſubſcribendum commiſſiones, niſi taxato ſalario.

Prag. 15. de Actuar. Magiſtri Actorum ipſi, tenentur ſoluere obligationes captas ſine ſubſcriptione Regiæ Pragmaticæ.

Prag. 17. eod. Magiſtri Actorum ipſi, poſt quatuor menſes diſcuſſionis tenentur ſoluere fideiuſſiones, & obligationes captas.

Prag. 4. de trigeſim. Magiſtri Actorū, à ſponte dantibus vltrà pandectam non recipiant.

Prag. 79. §. 18. de offic. S.C. Magiſtri Actorum, detineant fidem originalem depoſitorum, & ipſimet ſcribant decretum liberationis, & mandatum.

d. Prag. 79. §. 17. Magiſtri Actorum, penes nūmularios quomodo recipere debent depoſita.

Prag. 1. ad S.C. Vell. Magiſtri Actorum, fideiuſſiones, & contractus mulierum non conficiant.

Prag. 62. eo. tit. Magiſtri Actorum, non debent recipere nominationes, repulſas, & beneficia, cum clauſula, ſi eis indigeant.

prag. 12. eod. Magiſtri Actorum, vota, ſeù ſuffragia non pandant.

Prag. 1. de vinc. Magiſtri Actorum, nequeunt actitare cauſas diſſolutionis vinculorum appoſitorum in fideicommiſſis, & contractibus, præter formam Regiæ Pragmaticæ, ſub pœna in ea contenta.

Prag. 25. de offic. S.C. Magiſtri Actorum, debent obſeruare pandectā pro exactione eorum Iurium.

Prag. 79. §. 9. eod. tit. Magiſtri Actorum, nullatenus debent recipere ſupplicationes verbi faciendi ſimpliciter, vel loco reclamationis, iterum verbum faciat, ſi non fuerit auditus ex decretis diffinitiuis, aut habentibus vim diffinitiui, ſi cum effectu ſuam non habuerint executionem prius.

Prag. 10. §. 80. de offic. Iudic. Magiſtri Actorum, ſcribant præſentatas, ſeù exhibitiones ſcripturarum literis integris, & non ſingularibus, cum die, menſe, & anno, & in omnibus actis Iudiciarijs, & obligationibus ſummas pecuniarias, & bonorum quantitates ſcribant literis integris; & per numerum.

Prag. 1. de ſenat. conſul. Maced. Magiſtri Actorum, non recipiāt obligationes filiorumfam. niſi in præſentia patrum, aut ſi fuerint emancipati, aut viuant ſeorſum, ſed ſi contrahentes interrogati dixerunt, ſe eſſe tales, Actuarij non tenentur.

Prag. 1. de vincul. & condit. & c. §. 7. Magiſtri Actorum, qui acta cauſarum diſuinculationū, ſeù conditionū appoſitarū in contractibus, & vltimis voluntatibus actitauerunt, non ſeruata forma Prag. 1. de Vincul. ſeù condict. &c. incurrunt pœnā priua-

priuationis officii, & Bancæ, etiam ſi officium exercerent per ſubſtitutum, abſque obligatione culparum, & defectuum ſubſtituti, cum quauis diſpenſatione.

Magiſtri Actorum S.C. & eorum Scribę in ſententijs appellationū à decretis M. C. per eos extendendis, ſcilicet in ſententijs confirmantibus dicta decreta M. C. quod ſuum exequatur decretū, abſquè nouis probationibus, debeant etiam ponere clauſu ā, & proinde reſcribantur decreta M.C. quod ſuum exequatur decretum. *Prag. 81. de offic. S.C.*

Magiſtri Actorum S.C. eorūquè Scribæ nequeunt literas inhibitoriales expedire, quod ſtante generali cōmiſſione in S.C. M. C. non procedat in cauſis inceptis ante datā generaliū commiſſionū, niſi cōmiſſiones prædictæ ſint cum poteſtate auocandi cauſas, vel pendentibus in S. C. & ſimiliter, quando adſunt in S.C. Cōmiſſarij generales alicuius artis non expediant literas inhibitoriales d. M. C. niſi in caufis tangentibus exercitiū d. Artis, & non aliter, verū ſi conuentus in dicta M.C. habuerit eius Cōmiſſariū generalē in d. S.C. debeat illū allegare ante litis conteſtationē, vel poſt immediate, alias ſi paſſus fuerit ad vlteriora in cauſa procedi, tunc proceditur in d. M. C.V. quæ literæ inhibitoriales, nec etiā ab eis expediantur in cauſis Criminalibus, nec in cauſis liquidationis inſtrumentorum, incuſationis obligationum, apocarū banci, literarū exequutorialiū, vigore conſuetudinis, literarū Cābij, pacti exequutiui, & confectionis præambulorū, niſi ſuper eis ſit pendentia litis in d. S. C. ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per annum. *Prag. 82. §. & inſuper quando de offic. S.C.*

Magiſtri Actorū omnes, cuiuſcūquè Tribunalis ex cōpoſitionibus, trāſactionibus, & accordijs faciendis per Tribunalia, nullatenus poſſunt exigere ſummā decē pro centenario, nequè illā retinere ex ſūma peruenta. *Prag. Comitis Oñatte 18. Octobr. 1651.*

Magiſtri Actorū cuiuſuis Tribunalis, ob remiſſiones cauſarū carceratorū ad alia Tribunalia, & Curias, non debent ſūmas exorbitantes ad eorū arbitrium petere. Sed tantū, quod eſt ſtabilitum in pandectis, quod eſt ſimplex directus decreti, & iuſtum ſalarium pro copia. *Prag. Comitis Oñatte 18. Octobr. 1651. §. 1.*

Magiſtri Actorum cuiuſuis Tribunalis, pro diſſequeſtris ordinatis nequeunt exigere, niſi iuſtū directum Decreti, ſtabilitū in pandectis Tribunalium. *Prag. Comitis Oñatte 18. Octobr. 1651. §. 2.*

Magiſtri Actorū, in acceſſibus faciendis per Cōmiſſarios cauſarū in partibus, debent perſonaliter accedere, non autē ſubſtituere eius Scribas, niſi fuerint impediti, & eo caſu debetur illis ſalariū carolenorum ſexdecim ſingulis diebus. *Prag. Comitis Oñatte 18. Octobr. 1651. §. 5.*

Magiſtri Actorū, nullatenus per mediū Examinatorū exigere debēt pro receptione examinis cauſarum carolenos tres ſingulis diebus à partibus, vltra dietas competentes Examinatoribus. *Prag. Comitis Oñatte 18. Octobr. 1651. §. 6.*

De Scribis S. R. C.

QVæ autem pertinent ad officium Scribarum S.R.C. Scribæ S.C. actitare debent cum ſubſcriptione Actuarii. *Prag. 26. de off. S.C.*

Scri-

d.Prag.26.§.5. Scribæ, poſſunt acta omnia in calce ſubſcribere, præter aliqua ſubſcripta in Regia Pragmatica.

Ibidem. Scribæ, non poſſunt nomen Actuarij ponere.

Prag.57.eod. Scribæ actitantes, non debent recipere examen teſtium, etiam ſi eſſent Examinatores.

Prag.75.eo. Scribæ, non ſe intromittant in officio Examinatorum.

Prag. 1. de vinculis, &c. Scribæ, nequeunt actitare cauſas diſſolutionum vinculorum adiectorum in teſtamentis, & contractibus, præter ordinem datum à Regia Pragmatica, ſub pena ibi contenta.

Prag. 1. de vinc. & condit. &c. §. 7. in fine. Scribæ Tribunalium actitantes cauſas vinculorum, ſeù conditionū appoſitarum in contractibus, ſeù teſtamentis contra formam Prag. 1. de vincul. & condit. &c. incurrunt pœnam remigationis per annos quinque, quo elapſo remaneant inhabiles ad exercitium alterius officij, & introire in alia Tribunalia, ac domus Officialium.

Prag. Comit. Oñatte 18. Octobris 1651. §. 2. Scribæ cuiuſcunquè Tribunalis, ex compoſitionibus, tranſactionibus, & accordijs faciendis per d. Tribunalia nullatenus poſſunt exigere ſummam decem pro centenario, nequè illam retinere ex d. ſumma peruenta.

Prag. Comitis Oñatte 18. Octobris 1651. §. 2. Scribæ cuiuſcunque Tribunalis, ob remiſſiones cauſarum carceratorum ad alia Tribunalia, & Curias, non debent ſummas exorbitantes ad eorum arbitrium petere, ſed tantū id, quod eſt ſtabilitum in pandectis, quod eſt ſimplex dirictus Decreti, & iuſtum ſalarium pro copia.

Prag. Comitis Oñatte 18. Octobris 1651. §. 3. Scribæ cuiuſuis Tribunalis, pro diſſequeſtris ordinatis nequeunt exigere, niſi iuſtum dirictum Decreti, ſtabilitum in pandectis Tribunalium.

De Examinatoribus S. R.C.

Prag. 15. de offic. S.C. QVæ autem ſpectant ad officium Examinatorum S.R.C.
Examinatores S.C. non admittantur abſque fideiuſſione.

Prag. 68. eo. tit. Examinatores, ante exercitium ſint approbati in S. C. & eligantur à Rege, & ſunt quinquaginta.

Prag. 55. eo. tit. Prag. 10. de offic. Iudic. Examinatores, debent ſubſcribere depoſitiones teſtium, & principalium manu propria.

Prag. 57. de off. S.C. Examinatores, puniuntur, ſi eorum culpa examen non perficiatur infra terminum.

Prag. 8 de Actuarijs. Examinatores, ſi ſint actitantes, non poſſunt recipere examen.

Prag. 12. §. 12. de official. Examinatores, in examine debent ſcribere nomen, cognomen, patriam, ætatem, officium, & alia.

Prag. 74. de offic. S.C. Examinatores, debent actus coram ſe geſtos ſubſcribere.

Prag. 9. de ord. Iud. & Prag. 26. §. 2. de off. S. C. Examinatores, in cauſis infra ſummas centuſſium mille non habent acceſſum, nequè receſſum.

Examinatores, pro quolibet teſte in Ciuitate, aſſes decem, extra aliter conſequitur pro ſalario.

d. Prag. 9. de ord. Iud. Examinatores, eligi debent non ſuſpecti.

Prag. 67. de off. S.C. Examinatores, cauſas inter ſe ſorte diuidant.

Exà-

Examinatores S.C. nullatenus debent exigere carolenos tres ſingulis diebus in beneficium Magiſtrorum Actorum, ſub pœna ſuſpenſionis officij. *Prag. Comitis Oñatte 18. Octobr. 1651 §. 6.*

De Oſtiarijs Sac. Reg. Conſ.

Qvantum ſpectat ad officium Oſtiariorum, ſeù Porteriorum Sacr. Reg. Conſ.

Porterij, ſeù Oſtiarij, debent eſſe numero duodecim. *Prag 27. §. 2. de off. S. C.*

Porterij, ſeù Oſtiarij hebdomadarij, debent aſſiſtere quotidie in Sac. Conſ. *Prag. 20. §. 5. eod.*

Porterij, ſeù Oſtiarij, non intrent in aulam, niſi vocati.

Porterij, ſeù Oſtiarij, literas executoriales ſententiarum debent habere arbitrio Præſidis. *d. Prag. 20. §. 5. & prag. 27.*

Porterij, ſeù Oſtiarij, ſuffragia non pandant, *d. Prag. 27. §. 2.*

Porterij, ſeù Oſtiarij, ſeruire debent in S.C. per hebdomadas. *Prag 27. eod. tit.*

Porterij, ſeù Oſtiarij, ſtrenas non petant Kalendis Ianuarij. *d. Prag. 27 eod. Prag. 1. de Porter.*

De Regente M.C.V.

Svbſequitur Tribunal M.C.V. conſiſtens in duobus Tribunalibus, nempè Vicarij Regni, ac Magni Iuſtitiarij, ſubordinatum ad Sacrum Conſiliũ, quod eſt diuiſum in Iudicibus Criminalibus, & Ciuilibus, in diuerſis Audientiis diſtributum, cuius caput eſt Regens ipſius M.C.V. in ſe continẽs Magiſtros Actorum, Subactuarios, Aduocatum Fiſcalem, Procuratorem, & Sollicitatorem, Perceptorem, Signatorem, Porterios, Alguzerios, & alios conſimiles, de cuius laudibus, & præeminentijs ſatis, ſuperquè noſtri Regnicolæ differunt. *Frecc. de ſubfeud. lib. 1. de off Iuſt. Carau. & alij allegati per Ioannem Franciſcum de Leonard. in tract. de Magiſtr. Reg cap. 3. num. 12. & ſeq.*

Et quantum attingere videatur ad eius officium, differitur ex ſequentibus.

Regens M. C. non poteſt cauſas ſibi ipſi committere, ſed illas Iudicibus. *Prag. 7. §. 1. de off. Iud.*

Regens, in cauſis iuris procedere debet cum voto Iudicis. *Prag 52 §. 1. de off. Mag. Iuſt.*

Regens, non puniens Commentarienſes delinquentes, in taxa iuris carceris, punitur. *prag. 1. de Carc.*

Regens M.C. retinere debet alteram clauem libri ſuffragiorum. *Prag. 37. § 5 de off. Mag Iuſt.*

Regens M. C. alteram clauem arcæ ſententiarum foriudicationis debet retinere. *Prag. 1. de ſent. foriud.*

Regens M.C. quolibet principio anni debet recipere iuramenta à Iudicibus, de ſecreto ſeruando. *Prag. 10. §. 7. de ſuſpit. & prag 9.*

Regens M. C. quolibet principio menſis debet monere eos ſuper eodem iuramento præſtito, de ſecreto ſeruando. *d. Prag. 10. §. 8. & prag. 9.*

Regens M.C. debet relationem facere Protegi, quando capita ſuſpitionis ſunt irreuerenter. *Pr g. 15. §. 10. de ſuſpit.*

Regens M. C. quolibet menſe debet habere literas executoriales ab Actuarijs. *Prag. 20. § 1. de off. Mag. Iuſt.*

Prag. 18 nu.5. de ſuſpit. Regens M. C. debet ſtatuere diem in qualibet hebdomada, vt tractentur cauſæ ſuſpitionum.

Prag. 40. §.3. de Mag. Iuſt. Regens M. C. in electione Commiſſariorum, ad faciendam inquiſitionem non habet ſuffragium, ſed poteſt proponere perſonam.

Prag. 13 de Carcer. & prag. 12. Regens M.C. curare debet, ne in valetudinario ſint alij, quam infirmi, niſi carcerati, qui nequeunt habilitari.

Prag. 37. §. 20. de off. Mag. Iuſt. Regens M.C. debet interuenire, quando Curia regitur.

Prag. 37. §. 17. eod. Regens M. C. non debet vendere Commiſſiones exactionis pœnarum.

Prag. 10. §.60. de Offic. Iud. Regens M. C. in electione Scribarum debet eligere Scribam ex tribus nominatis.

Prag. 52. §. 4. de off. Mag. Iuſt. Regens M.C. non dabit licentiam deferendi pugionem tantùm.

Prag. 9. §. 6. de off. Mag. Iuſt. Regens M. C. poterit remittere tertiam partem pœnarum, aſcendentium ad ſummã ducatorum triginta, ſed in Tribunali poteſt maiorem ſummam remittere, ſed non vltra tertiam.

Prag. 14. §. 10. de Armis. Regens M. C. non poteſt facultatem concedere deferendi arma contra Regias Pragmaticas.

Prag. 12. §. 10. de official. Regens M.C. non poteſt recipere conuiuia à Magiſtris Actorum, & aliis inferioribus Miniſtris.

Prag. 7. §. 2. de Relat. Regens M. C. nequit recipere aſſes viginti pro literis executorialibus.

Prag. 2. de Guidat. & prag. 12. § 9. de offic. Regens M.C. non poteſt fidem publicam concedere.

Prag. 37. §. 18. de off. Mag. Iuſt. Regens M. C. nequit pecuniam Regis impendere pro ſua vtilitate, vel pro refectione domus.

Prag. 10. & 13. de Alcat. et prag. 52. §. 3. de offic. Mag. Iuſt. Regens M.C. facultatem non habet ludendi ludis prohibitis, & tenendi domos ludi.

Regens M. C. debet eſſe Annalis, nec à Prorege, petente Ciuitate poterit prorogari.

Prag. 11. §. 57. de offic. Iudic. & prag. 11. §. 5. de off. Mag. Iuſt. Regens M.C. cauſam ſuam dicere debet coram Electis.

Regens M.C. poteſt licentiam concedere Alguzerijs, vt exportent carceratos ad alias carceres, vna cum Iudicibus.

Prag. 2. de Synd. offic. Regens M.C. inſimul cum Iudicibus ſaltim duobus, ſemel in hebdomada, audito Fiſco compoſitiones delictorum facere poteſt.

Prag. 2. de Cuſtodiorum. Regens M.C. in caſu diſcordiæ exortæ inter Iudices, vel Criminales, vel Ciuiles, alios adhibere debet, vel vnum, vel duos, aut tres, aut quatuor prout ei videbitur.

Prag. 2. §. 11. de offic. Iudic. Regens M. C. licentiam impartitur Iudici Pedaneo poſt approbationem factam per M.C. exercendi tale officium.

Prag. 1. de offic. Mag. Iuſtit. Regens M.C. in ſimul cũ Iudicibus illius quolibet die ſabbati debet à Scribis, in quibus terminis cauſæ Criminales exiſtant, ordinem illis dando proſequendi cum diligentia ad expeditionem illarum.

Prag. 10. §. 1. de off. Mag. Iuſt.

Prag. 43 § 3. de off. Mag. Iuſt. Regens M.C. non dat facultatem deferendi enſem Familiæ alicuius, niſi expreſſis illorum nominibus.

Prag. 9 alias 8. in nonis de Armis. Regens M.C. in grauibus delictis, vbi veniret imponenda pœna mortis naturalis, vel mutilationis membri, non poteſt inſimul cum Iudicibus pœnas cõmutare, ſiuè componere, abſquè Proregis ordine.

Prag. 2. §. 2. de off. Iud. & prag. 11. eod. Regens M.C. vna cum Iudicibus mane in Palatio M.C. cauſas tractet, & redeant omnes poſt prandium pro expeditione cauſarum.

Prag. 4. §. 3. & 4. alias 2. in nonis de off. Mag. Iuſt. Regens M.C. nequit compatratus vinculum contrahere.

Prag 8. de Offic.

Regens

Regens M. C. iunctim cum Iudicibus ſtare debet in Camera Audientiæ mane per tres horas, hoc eſt, in duabus horis vacare cauſis Fiſcalibus, audito Aduocato, & Procuratore Fiſci, & in alia hora audire partium cauſas, & pariter de ſero per tres horas pro expeditione cauſarum, hoc eſt, per duas horas incumbere expeditioni cauſarum Fiſci, eo audito, & pro alia cauſis partium, audito Procuratore Pauperum. *Prag. 4. §. 5. de off. Mag. Iuſt. alias prag. 2. in nouis.*

Regens M. C. cauſas committere debet Iudicibus. *Prag. 10. §. 5. de offic. Mag. Iuſtit.*

Regens M. C. neque Iudicis illius poſſunt pœnas pecuniarias ex compoſitionibus factis in eorum poſſe accipere, ſed illas Perceptoribus tradere. *Prag. 11. §. 4. de off. M Iuſt. alias 9. §. 4. in nouis.*

Regens M. C. V. vel vnus ex Iudicibus, vel Aduocatus, ſeù Procurator Fiſcalis certiorari debet à Magiſtris Actorum, poſt quærelas inſtitutas facere citationes contra quærulantes, & illas Nuncijs conſignare, vt in vltimo peremptorio vocari poſſint in banca, niſi Regens, ſeù Iudex vellet de perſona capi facere. *Prag. 21 § 2. de offic. Mag. Iuſt. alias 19. §. 4. in nouis.*

Regens M C. certior fieri debet à Scribis ad capiendas informationes, niſi ipſi Scribę adeſſent. *Prag. 21. §. 4. ſeu prag 19.*

Regens M. C. mandare debet alicui Iudici inquiſitiones delictorum, nec proinde Magiſtri Actorum illas Iudicibus dare, abſque Regentis ſcientia. *d. prag. 21. §. 5. alias 19.*

Regens M. C. ſingulis hebdomadis ad minus per vnum diem inquiſitiones, & proceſſus diuidere, & conſignare debet Iudicibus ad inſtantiam Fiſci, vt cito expediantur. *d. Prag. 21. §. 5.*

Regens M. C. vna cum Iudicibus ipſius examinare debet Actuarios illius de ipſorum habilitate, forma, & moribus, præuia informatione. *d. prag. 21. §. 9. alias prag. 19.*

Regens M. C. debet vnā clauem pœnes ſe retinere ex Conſeruatorio informationum Criminalium captarum, facta prouiſione ad informandum, vel ad Capitula. *d. Prag. 21. §. 25. alias 19.*

Regens M. C. inſimul cum Iudicibus Criminalibus intereſſe debet, quando torturæ inferantur. *Prag. 27. de off. Mag. Iuſt. alias 25. in nouis.*

Regens M. C. in commiſſionibus expediendis, ſeù Commiſſarijs deſtinandis, cum hoc ad iuſtitiam pertineat, non habet votum. *Prag 43. §. pen. eo. alias 40. §. pen. in nouis.*

Regens M. C. inſimul cum Iudicibus debet eligere Scribam Criminalem, ex quacunque banca pro cauſis carceratorum tranſmiſſorum ex Regijs Audientijs, appellantium à Decretis illarum, vt quolibet die ſabbati in Viſita, rationes reddere debeant de illis. *Prag. 46. §. 1. de off. Mag. Iuſt. alias 43. in nouis*

Regens M. C. debet aſſiſtere, & auxilium præſtare omnibus mandatis R. C. S. ac brachium impartiri. *Prag. 14. in fine de off. Proc. Caſ.*

Regens M. C. nec per ſe, nec per alios mercaturas exercere poteſt. *Prag. 1. de Mercat. off. prob.*

Regens M. C. non amplius recipiat tarenum pro ſingulis executoriis. *Prag. 7. §. 2. de Relat. caus.*

Regens M. C. cum Iudicibus curam tenere debet de obſeruantia pragmaticæ editæ contra Meretrices, incedentes cum ſellulis, *Prag 9. de Meretricibus.*

D Rhe-

Digitized by Google

Rhedis,ſiuè Carrucijs per Ciuitatem,aut incedere per mare ad ora Pauſilipi, & contra illos natantes à mole Magna, vſque ad caput Pauſilipi iniuriantes,cum clamore contra incedentes cum barcis per dictum Mare.

Prag. 4. §. 24. de dilation. *Prag. 4. §. 16.* Regens M. C. non debet permittere, vt recipiantur memorialia, petitiones, aut replicationes, in quibus dicitur de nullitate Decretorum, ac ſententiarum,niſi fuerint ſubſcriptæ ab Aduocato, ſeù Procuratore,adeo,quòd illis præpoſitis formiter debent vno depoſito præſentari.

d. Prag. 4. §. 10. eod. Regens M.C.animaduertere debet ad cauſas inceptas referri, quæ indigent lectura, & finitis horis in diebus aſſignatis Iudicibus,ſi non ſufficiunt, debent immediate in ſequentibus diebus, & horis, & ſi illis non competerent proſequi, quod ſi ſubſequerentur dies feriati, transferri debet lectura ad diem proximum, vſque quo cauſa terminari debet.

d. Prag. 4. §. 1. eo. Regens M.C.vbi contingerit dare Iudices adiunctos, erit ſuo arbitrio conceſſum,abſque liſta inconfidentium,quos voluerit dare,iuxta cauſarum merita.

Prag. 18. §. 5. de ſuſp. offic. Regens M. C. debet aſſignare diem particularem pro deciſione cauſarum ſuſpitionum Iudicum.

Prag. 7. de Dilation. Regens M. C. quoties de Commiſſario cauſæ diſceptaretur,an ei, vel alteri cauſa contingerit,aduertere debet,quòd ſi intra Ciuitatem occurrerit diſputatio,vt infra tres menſes terminari debeat,ſin autem extra,infra ſex menſes.

In prag. 12. Nouembr. 1634. Montis Rei. Regens M. C. circa ſuſpitiones oppoſitas aduerſus Iudices, eorum vxores,filios, & conſanguineos ex cauſa litium morarum in fraudem per partes, debet notitiam dare Proregi, ac etiam de offenſionibus occurſis per eaſdem partes aduerſus prædictos.

Prag. 7. § 4. de off. Mag. Iuſt. alias 5. in nouis. Regens M.C.data Fiſco dilatione,prolatis votis à Iudicibus, debet illa executioni demandare, niſi eſſet cauſa ardua, vt erit neceſſe certiorem facere D.Proregem.

d. Prag. 7. §. 5. Regens M. C. ſi contingerit per Regnum vagare in capiendis informationibus,nil debet recipere pro ſalario, niſi ad inſtantiam partium fuerit requiſitus.

Prag. 6. §. 1. de offic. & quæ. Regens M. C. nequit petere à Iuſtitiario Graſſiæ procurationem Miniſtri.

Prag. 25. de Armis, & prag. 30. eod. Regens M. C.V. debet librum particularem conficere, vt ibi regiſtrentur omnes licentiæ Armorum cõceſſæ ex præterito, & in futurũ.

Prag. 10. de meretricibus. Regens M. C.V. nequit licentias impartiri meretricibus incedentibus per Ciuitatem cum Rhedis.

De Iudicibus M.C.V.In Criminalibus.

Prag. 10. §. 7. de ſuſpit. IVdices ipſi,debent præſtare iuramentum de ſecreto ſeruando quolibet principio anni coram Regente.

Prag. 3. § 3. & 5 de off. Mag. Iuſt. Iudices ipſi ſiſtere debent in aula Regentis.

d. prag 3. §. 2. & 4. Iudices ipſi,ſuffragia non patefaciant,& ea ſubſcribant.

Iudices

Digitized by Google

Iudices ipſi,ſuffragentur,cum interuentu *Fiſci*. *d.Prag.3.§ 3.*

Iudices ipſi,non poſſunt concedere fidem publicam. *Prag 2. de Guidat.*

Iudices ipſi,nõ recipiant cõuiuia ab Actuarijs, & alijs inferioribus. *Prag.12 §.10.de official.*

Iudices ipſi,mane in Palatio cauſas tractẽt,& veſperi per tres horas. *Prag.2.§.5.& 6 de offic.M.Iuſt.*

Iudices ipſi,data dilatione *Fiſco* ſententiam proferant. *Prag 5.§ 4 eo.*

Iudices ipſi, mandatum de capiendo non ſubſcribant, niſi viſa informatione,ſeu inquiſitione. *d.Prag.5 § 6.*

Iudices ipſi, à Ciuitate, & diſtrictu non egrediantur abſquè permiſſu Proregis. *d Prag.5.§ 7.*

Iudices ipſi,vti approbati non debent præſtare fideiuſſionem. *d.Prag.5.§ 9.*

Iudices ipſi, antiquitus habentes ſalarium pro viaticis vltra expenſas nihil habebant à Regio Fiſco. *d.Prag.5.§ 5.*

Iudices ipſi,præſente *Fiſco* debent ſuffragari ſuper inſtantia facta in tortura inferenda,abſente torquendo. *Prag 39 §. 16. eo.tit. alias prag. 42*

Iudices ipſi, debent decernere, vt feneſtræ captiuorum, *Fiſco* audito eorum iuſſu aperiantur,& claudantur. *d Prag. 39 §.17. alias prag 40.*

Iudices ipſi, non debent amouere captiuos appellatione pendente à Carceribus extra Ciuitatem,abſque illorum perſona, ſi fieri poteſt,& ſi neceſſaria fierit perſona decidatur Fiſco auditor. *Prag 43 eod tit. alias 46 in nouis d prag 43.§.1.*

Iudices ipſi,poſſunt procedere in cauſis Inquiſitorum, non obſtante relatione facienda in Collaterali Conſilio. *Prag 4 de Relat.*

Iudices ipſi,in recenſu captiuorum debent aſportare acta Clericorum petentium remiſſionem,& terminare. *Prag 2. de Viſit.*

Iudices ipſi,vacare debent per horam examini teſtium. *Prag 4.§.5.de off Mag. Iuſt.*

Iudices ipſi,retinere debent alterum librum ſuffragiorum. *Prag.37.§.5. eo. tit.*

Iudices ipſi, facere debent decreta de torquendo, cum eorum ſubſcriptionibus. *Prag. 1.de quaſt.*

Iudices ipſi, duo ad minus interuenire teneantur in Torturis reorum ex iis,qui votauerunt. *d prag.1.de qu.*

Iudices ipſi,nequeunt inhibere Iudicibus à quibus,niſi appellantes coram ipſis comparuerint,cum literis dimiſſorijs,appellationum. *Prag.3. de Appellat.*

Iudices ipſi,nequeunt, delinquentes admittere ad compoſitiones, niſi habita,remiſſione omnium,quorum intereſt quærulare. *Prag.4. de cõpoſ.*

Iudices,nequeunt extra Tribunal de cauſis tractare, ne vota propalentur,quæ intempeſtiuè non poſſent proferri. *Prag.1.§.1. et 2. de cauſ. decid.*

Iudices ipſi, prohibiti ſunt officia petere, etiam per interpoſitas perſonas. *Prag. 1. de offic. & qua.*

Iudices ipſi, non poſſunt votare in cauſis, vbi fil j,fratres, & alij ſunt Aduocati. *Prag.23.§.3.de off S.C.*

Iudices ipſi, nequeunt componere condemnatos per Barones,inconſulto Domino Prorege. *Prag.10.de compoſit.*

Iudices ipſi,non debent admittere inquiſitos de receptatione proſcriptorum ad compoſitiones, inconſulto Domino Prorege. *Prag. 5.de compoſit.*

Iudices ipſi, nihil recipere debent,nec per ſe,nec per alios à litigantibus. *Prag. 2. de mun.*

Iudices ipſi, aſſiſtere debent per ſex horas,tres mane, & tres ſero pro expediendis cauſis *Fiſci*,& partium,audito Aduocato pauperum. *Prag.4.§.4. de off. Mag. Iuſt. alias 2. in nouiſ.*

Iudices ipſi,debent ſecretè cauſas votare, & vota diſpatia nullate- *Prag.5.§.2. de offic. Mag. Iuſt. alias 3. in nouis.*

nus public re, & ſtari debet maiori parti, quod etiam in compoſitionibus tractandiſ obſeruare debent.

d. Prag. 5. § 3. alias prag. 3. §. 3. in nouis.

Iudices ipſi, debent diſcutere, & votare ſecretè, & iunctim, & non ſeparatim, vnus ab alio in cauſis Criminalibus, tangentibus Fiſcum, cum interuentu Aduocati, & Procuratoris Fiſci.

d. Prag. 5. § 4. alias prag. 3. §. 4. eod.

Iudices ipſi, qui tenẽtur ſecretè votare, quorum vota maioris partis exequi debent, & in Decretis omnes debent ſubſcribere, ſed eorum vota ponere in libro ſeparato; ſi non concurrant, vel concurrant, nec aliter ea reuelare, abſquè ordine omnium.

d. Prag. 5. § 6. alias prag. 3. §. 6. eod.

Iudices ipſi, ad minus duo ſubſcribere debent decreta de torquendo, quibus non erit licitum cauſas inter ipſos diſcuſſas cuiquam aperire.

Prag. 7. §. 1. alias prag. 5. §. 1. in nouis de offic. Mag. Iuſt.

Iudices ipſi, nequeunt eſſe cauſarum Patroni.

Iudices ipſi, data Fiſco dilatione in cauſis criminalibus, ea elapſa vota proferri debent, ac executioni demandari.

d. Prag. 7. alias 5. §. 4.

Iudices ipſi, per Regnum euntes ad inquirendum delicta contra reos, nil percipere debent à Curia, ſed tantum expenſas, niſi ad inſtantiam partium fuerint requiſiti.

d. Prag. 7. §. 5. eo.

d. Prag. 7. §. 7. eo.

Iudices ipſi, non debent exire de Ciuitate, inconſulto Dom. Prorege, & pro cauſis magni momenti, qui reddant rationem omnium in Tribunali.

d. Prag 7. §. 8.

Iudices ipſi, debent in Banca compoſitiones delictorum facere, audito Fiſco.

Prag. 11. §. 5. eo. tit. & prag. 1. & 2. de compoſ.

Iudices ipſi, nequeunt delicta grauia componere, & corporales pœnas commutare in pecuniarias, abſquè Regio beneplacito.

Prag. 10. §. 2. eo. alias prag. 8. in nouis.

Iudices ipſi, inſimul cum Regente, & Aduocato Fiſci debent ſubſcribere compoſitiones delictorum, factas in libro, ad hoc deſtinato.

d. prag. 11. § 7. eod. & Prag. 14. §. fin. alias 12. in nouis de off. Mag. Iuſt.

Iudices ipſi, quando citationes criminales vocantur Curia pro Tribunali ſedẽte, & aliquid allegatur, vt impediatur condemnatio, nequeunt Iudices Ciuiles ſuper illis aliud decernere, ſed condemnantur, nec ponuntur in libro, ſed prouidere debent vti informati de negotio.

Prag. 1. de merc. off. probib.

Iudices ipſi, nec per ſe, vel per alios mercaturas exercere poſſunt.

Prag. 29. Ianuarij 1617. §. 6. Montis Rei.

Iudices ipſi, non poſſunt componere delicta commiſſa cum armis igneis.

Prag. 44. eod. tit. alias 41. in nouis.

Iudices ipſi, non obſtantibus ſupplicationibus porrectis ab inquiſitis ſe grauantibus ab indebitis citationibus, & obtenta Decretatione verbi faciendi in Sac. Conſ. poſſunt illos carcerare, ſi de Iuſtitia eis viſum fuerit.

Prag. 45. eo. tit. alias 42. in nouis

Iudices ipſi, in Decretis non debent dicere contra reos, exulent, vel ſoluant.

Prag. 46. §. 1. eod. alias 43. in nouis.

Iudices ipſi, appellatione pendente non debent amouere carceratos à carceribus, in quibus reponuntur extra Ciuitatem, ſed illos expedire, ſi expediri poſſunt, abſque illorum perſona, neque tractare debent de illis exportandis ad Carceres M. C. niſi in plena banca, & audito Fiſco fiat.

Prag. 65. de offic. S. C. & prag. 6. §. tantum de commiſſ.

Iudices ipſi, pro omnibus expenſis quolibet die recipere debent à partibus ducatos ſex.

Iudices

Iudices ipſi, nequeunt tormenta reis inferre, cum ſuniculis, niſi in delictis grauibus, & malæ qualitatis. *Prag. 2. de quæſt.*

Iudices ipſi, cauſas Criminales debent expedire, nec proinde impediantur, vel ſuperſedeantur, prætextu relationis faciendæ in Collaterali Conſilio. *Prag. 2. de relat.*

Iudices ipſi, debent prius cauſas expedire in M.C. & inde appelletur ad S.C. niſi in Crimine *Læſæ Maieſtatis*. *d. prag. 2. §. 2.*

Iudices ipſi, non obſtante relatione facienda in Collaterali Conſilio procedere debent in cauſis contra Inquiſitos, præterquam ad actum irretractabilem. *Prag. 4. de relat. cauſ.*

Iudices ipſi, debent expedire cauſas remiſſionum Clericorum qualibet die, ſine dilatione, abſquè ordine dietarum. *Prag. 2. de viſit. carcer.*

Iudices ipſi, debent abbreuiare terminum delinquentibus cum ſclopis, & piſtolis, non obſtante anni circulo infra dies quindecim. *Prag. 48. de Armis.*

Iudices ipſi, debent contra delinquentes procedere ad vlteriora, non obſtantibus Guidaticis. *Prag. 3. de Guidaticis.*

Iudices ipſi, non debent ſe intromittere in cauſis eorum, qui inſeruiunt in domo Domini Proregis pro tempore, quo deſeruiunt, prætextu delictorum. *Prag. 16. §. 5. de milit.*

Iudices ipſi, in cauſis delictorum exemplarium, ac atrocitate oppreſſorum debent procedere ex inditijs indubitatis ad pœnam ordinariam, ſed antequam ad executionē procedatur, facere debent relationem in Collaterali Conſilio. *In prag. Card. Zapat. die 28. Ianuarij 1622.*

Iudices ipſi, poſſunt procedere in cauſis arduis ex delegatione eis facta, verum non debent eſſe minus quatuor in deciſione ipſarum. *In prag. Ducis de Alcalà die 18. Martij 1630.*

Iudices ipſi, Syndicatui ſtent, vel cauſam dicant coram Electis huius Ciuitatis. *Prag. 2. de Syndic. off.*

Iudices ipſi, nequeunt concedere facultatem petendi eleemoſynas. *Prag. 2. de eleem.*

Iudices ipſi, tenentur Curiam regere ſingulis diebus, in kalendario notatis. *Prag. 10. §. 4. de off. Mag. Iuſt.*

Iudices ipſi, ſingulis diebus Iouis debent referre cauſas in S.C. & diebus Mercurij in Collaterali Conſilio. *d. Prag. 10. §. 5. eod.*

Iudices ipſi, detrudere non debent reos in carcere de facto, contra Capit. & Conſtit. Regni. *Prag. 1. de Cuſt. reor.*

Iudices ipſi, non poſſunt petere à Iuſtitiario Graſſiæ procurationem Miniſtri. *Prag 6. §. 1. de official.*

Iudices ipſi, non interſint in cauſis propinquorum, vel eorum, qui beneficia eorum filijs contulerunt. *Prag 9. §. 2. de off. Iud.*

Iudices ipſi, nequeunt compatratus vinculum contrahere. *Prag. 8. de official.*

Iudices ipſi, propria manu non decernant in ijſdem libellis, & aliter facta ab actis auferantur. *Prag. 79. §. 13. de off. S.C.*

Iudices ipſi, ſi non fuerint eodem die, vel ſequenti præſentatæ ſupplicationes verbi faciendi in S.C. poſſunt ad vlteriora procedere. *Prag. 49. eo. tit.*

Iudex Criminalis vnus ex eis abſente Regente deferre debet virgam. *Prag. 37. §. 10. de off. Mag. Iuſt.*

Iudex Criminalis vnus accedere debet pro diligentia facienda contra Monetarios, complices, & fautores vbilibet. *Prag. Card. Zapat. die 20. Octobr. 1621.*

Iudex Criminalis vnus debet in M.C. reſidere pro negotijs occurrendis *Prag. 7. §. 3. de off. Mag. Iuſt.*

rendis

Digitized by Google

rendis,quando alij referunt cauſas in Collaterali.

d.prag. 10. §. 2. eod.

Iudex hebdomadarius, cùm opus fuerit debet ad Sacr. Conſ. ſe conferre,& quæ ſunt dicenda referre,requiſitis Aduocato, & Procuratore Fiſci.

Prag. 13 eo. tit.

Iudex vnus debet ſe ſubſcribere, quando purgatur contumacia per comparitionem de ſero.

Prag. 24. de Armis §. 1. & alia 15. Nouembris 1650. Comitis de Oñatte.

Iudices M.C. V. procedere debent vti delegati contra aſportantes & delinquentes cum armis,vulgo dictis de fuoco.

Iudices M.C. V. nequeunt expedire cauſas delinquentium cum armis,vulgo dictis à fuoco,niſi data relatione Ill.Proregi,ſed tantum habilitari per certum temporis ſpatium.

Prag. 24. §. 3. de Armis.

Iudices M.C.V.nequeunt delicta commiſſa cum armis,vulgò dictis con fuoco componere,niſi data prius notitia Ill. Proregi.

Prag. 24. §. 6. de Armis.

Iudices M.C.V.nequeunt licentiam impartiri aſportantibus arma, dicta de fuoco.

Prag. 24 §. vlt. de Armis.

Iudices M. C. V. in cauſis, vbi remiſſiones violenter impetrantur, debent procedere vti delegati.

Prag. 20. de exul.

Iudices M.C.V. in criminalibus vti delegati procedere poſſunt contra extorquentes remiſſiones partium offenſarum, & contra mediatores.

Prag. Comitis Oñatte 28. Maij 1647. & 9. Octobr. 1651.

De Iudicibus M.C.V. in Ciuilibus.

Prag. 44. §. 1. de off. Mag. Iuſt.

IVdices ipſi,non debent facere Decreta, quòd præſtita cautione de ſoluendo debitum,& pœnam,ſuperſedeatur in accuſando.

Prag. 1. eo. tit.

Iudices ipſi, quando ſunt diſcordes, vocantur hinc inde alij Iudices.

Prag. 7. §. 3. de Relat. & Prag. 30. §. 1. de officia.

Iudices ipſi,non debent nominare Scribas vltra quinque in qualibet menſa,vel ſeptem.

Prag. 2. de Syndic.

Iudices ipſi, ſyndicatui ſtent, vel cauſam dicant coram Electis Ciuitatis.

Prag 10. §. 7. de ſuſp. off. alias 9.

Iudices ipſi,debent præſtare iuramentum de ſecreto ſeruando,quolibet principio anni coram Regente.

Prag. 10. §. 2. de offic.

Iudices ipſi, non habebunt domi Scribas familiares,& habitantes.

d. Prag. 1. de off. Mag. Iuſt. & prag. 37. §. 27.

Iudices ipſi, ſint annales, & diuerſis temporibus mutari debent.

Prag. 52. §. 2. eo. tit.

Iudices ipſi non debent creari vltra numerum ordinarium, & iam creati debent ceſſare.

Prag. 2. de eleem.

Iudices ipſi,nequeunt concedere licentiam petendi eleemoſynam.

Prag. 12. §. 10. de official.

Iudices ipſi,non debent recipere conuiuia ab Actuarijs, & alijs inferioribus.

Prag. 5. §. 7. de off. Mag. Iuſt.

Iudices ipſi, à Ciuitate, & diſtrictu non egrediantur,abſque permiſſu Proregis.

d. prag. 5. §. 9. eo.

Iudices ipſi approbati,non debent præſtare fideiuſſionem.

Prag. 10. §. 4 eo. tit.

Iudices ipſi, debent regere Curiam ſingulis diebus,in Kalendario notatis.

d. prag. 10. §. 5. eod.

Iudices ipſi, debent ſingulis diebus Iouis referre cauſas in S.R.C.

Iudices

Iudices ipſi, debent regere Curiam ſaltim ter in qualibet hebdomada. *d. prag. 10. § 5. eod.*

Iudices ipſi, propria manu non decernant in iiſdem libellis, & aliter facta auferantur ab actis. *Prag. 79. §. 13. de offic. S. C.*

Iudices ipſi, ſi non fuerint ſupplicationes præſentatæ eodem die, vel ſequenti de verbo faciendo in Sact. Conſ. poſſunt ad vlteriora procedere. *Prag. 49. eo. tit.*

Iudices ipſi, nequeunt petere à Iuſtitiario Graſſiæ procurationem Miniſtri. *Prag 6. §. 1. de official.*

Iudices ipſi, non poſſunt eſſe balij, ſiuè tutores Baronum, & aliorum. *Prag. 3. de off. Iud.*

Iudices ipſi, non interſint in cauſis propinquorum, vel eorum, qui beneficia contulerunt eorum filiis. *Prag. 9. §. 2. eo. & prag. 8. de ſuſp.*

Iudices ipſi, votare non poſſunt vbi filij, fratres, & ſimiles ſunt Aduocati. *Prag. 23. §. 3. de offic. S. C.*

Iudices ipſi, non poſſunt inhibere Iudicibus inferioribus, niſi appellantes coram ipſis ſe exhibuerint cum literis dimiſſorijs appellationum. *Prag. 3. de Appell.*

Iudices ipſi, attendere debent formam Decretationis, in liquidationibus inſtrumentorum adiectam in pragmatica, vel quando ſupplicatio verbi faciendi in S. C. fuerit ſola præſentata, vel quando ſcripturæ ſolum fuerint præſentatæ, ſed quando ambæ eodem tempore præſentatæ fuerint, præſentare debent eandē Decretationem contentam in eadem pragmatica, ſuperaddendo verba illa, quod reſpectu ſupplicationis adimpleat, & interim non diſcedat à palatio M. C. & inde ſequenti die diſcuſſis ſcripturis in aula alia forma Decreti erit ſeruanda, nempe, remaneat condemnatus, verum non ponatur in libro Inferni, donec facto verbo in S. C. aliter fuerit prouiſum, & hoc, quando ſcripturæ ipſę non militauerint. *Prag. 8. de liquidat. inſtr. §. 6.* *In prag Montiſ-Rei die 30. Ianuarij 1633.*

Iudices ipſi, omnes interuenire debent quando agitur de diſſolutione vinculorum adiectorum in teſtamentis, ſeù contractibus, & interpoſito decreto debet fieri relatio in S. C. quando vniuntur duæ aulę. *Prag. 1. §. 2. de vincul. &c.*

Iudices ipſi, quando abeſſent pro negotijs Fiſci, conſequi debent ducatos quatuor, quando ad inſtantiam partium ducatos ſex. *Prag. 6. §. fin. de Commiſſar.*

Iudices ipſi, quando Curia pro Tribunali ſedente contumaces vocantur, & aliquid allegarent, nequeunt aliud decernere, quoties pro criminalibus cauſis vocarentur. *Prag. 14. §. pen. de off. Mag. Iuſt. alias 12. in nouis*

Iudices ipſi, non debent nominare Scribas ordinarios vltra ſeptem. *Prag. 10. de official.*

Iudices ipſi, non debent mittere Commiſſarios extra Ciuitatem pro cauſis leuibus, & modicę importantiæ, ſed tantum in cauſis grauibus, magnique ponderis, & momenti. *Prag. 1. de Commiſſ. & execut.*

Iudices ipſi, nequeunt tractare de cauſis extra Tribunal, ne vota promulgentur, quæ intempeſtiuè non poſſunt proferri. *Prag. 1. §. 1. & 2 de cauſ. decid.*

Iudices ipſi, pendente lite inter creditores, & debitores nequeunt concedere ſecuritatem debitoribus, ne incuſentur obligationes, aut liquidationes inſtrumentorum. *Prag. 2. de inſtr. liquid.*

Iudices ipſi, nec per ſe, nec per alios mercaturas exercere poſſunt. *Prag. 1. de mercat. off. prob.*

Iudices

Prag. 1. de official. & quæ.
Iudices ipſi, prohibentur officia per interpoſitas perſonas petere, nec ſint venalia.

Prag. 8. eod.
Iudices ipſi, nequeunt vinculum compatratus contrahere.

Prag. 2. § 10. de offic. Iudic.
Iudices ipſi, non poſſunt pro alijs patrocinari, ac eſſe Aduocati.

Prag. 13. in fine de off. Mag. Iuſt. alias 11. in nouis
Iudex vnus, debet ſubſcribere comparitionem de ſero, præſentatam per debitorem citatum ſuper tenore inſtrumenti, coram quo comparuit.

Prag. 8. § 9. de instr. liquidat.
Iudex liquidationis, qui regit Curiam in hebdomada, ſit Iudex cauſæ.

Prag. 13. de Appell.
Iudices M. C. V. quando decreta ipſorum fuerint confirmata per S.C. debent ea exequi, & procedere ad vlteriora in cauſis.

Prag. 1. de vinc. ſeu condit. in cõtract. vel teſtam. app § 2.
Iudices M. C. V. Iunctis Aulis debent Decreta interponere ſuper cauſis vinculorum, & conditionum interpoſitarum in contractibus, & teſtamentis, & inde facere relationes in S.C. iunctis Aulis.

Prag. 3. de Viſit.
Iudices M. C. V. in viſitatione nequeunt viſitare carceratos, qui ſponte ſe conſtituerunt, neque illos, qui non ſteterunt per quindecim dies carcerati, neque illos, qui ferijs gauiſi ſunt, ſi non fuerint in carcere detenti poſt quindecim dies, nec captos pro ſumma duc. 30.

In prag. Comitis Oñatte die 15. May 1651.
Iudices M.C.V. nequeunt patrocinari in cauſis priuatorum.

De Officio Aduocati Fiſcalis M. C. V. & quæ ei conueniunt.

Prag. 12. § 8. de official.
ADuocatus *Fiſci*, curare debet, quod Scribæ, & Actuarij præſtent cautionem, quando accedunt ad aliquid agendum in Regno.

d. Prag. 12. § 8. alias 10.
Aduocatus Fiſci, munera recipere non poteſt.

Prag. 39. § 11. de off. Mag. Iuſt.
Aduocatus *Fiſci*, poterit recipere memorialia, quæ dantur à quærulantibus, & dare illa Actuariis, vt informationes capiantur, & in libris annotentur, vbi annotantur quærelæ.

d. Prag. 39. § 12. eod.
Aduocatus Fiſci, dicere poteſt in viſitatione, quæ de mane fit, vt captiui ſcribantur.

d. prag. 39. § 12. eod.
Aduocatus Fiſci, audire tenetur à Scribis eadem die inquiſitiones captas, & eas annotari facere.

prag. 12. § 7. de official.
Aduocatus Fiſci, audiri debet ſemper in omnibus cauſis.

d. Prag. 39. § 2. eo. de off. M. Iuſt.
Aduocatus Fiſci, antequam Decretum promulgetur, debet illo ſibi oſtenſo prius inde promulgari, nec aliter eo abſente promulgetur, ipſo non audito.

d. Prag. 39. § 3. eod.
Aduocatus *Fiſci*, debet proponere in bãca cauſas, perſonas contra quas informationes erint capiendæ, ac etiam Commiſſarios, qui illas capere debent.

d. Prag. 39. § 5. eod.
Aduocatus Fiſci, valeat interuenire, ſi vult in examine teſtium ad defenſionem partium, & dare illis interrogatoria, non tamen in domo Iudicis, ſed in Tribunali.

d Prag. 39 § 7. eod.
Aduocatus Fiſci, poterit videre articulos, & illos ſignare.

d. Prag. 39. § 8. eod.
Aduocatus Fiſci, ad eius libitum videre poterit inquiſitiones, nec aliter terminentur, ſine clauſula, vidit Fiſcus.

d. Prag. 39. § 10. eod.
Aduocatus Fiſci, debet ſubſcribere mandata ad ſoluendum Perceptori.

Aduo-

Aduocatus fiſci, prius audiri debet in conſignatione ſcripturarum petitarum à partibus. *d.prag.39. §.13. eod.*

Aduocatus fiſci, prius audiri debet in habilitationibus carceratorum, & eo audito prouideri de Iuſtitia. *d.Prag.39. §.14. eod.*

Aduocatus fiſci, in loco torturæ, ſi aliquid ei occurrit, debet proponere, vt inde Iudices abſque præſentia rei poſſint decidere. *d.Prag.39. §.16. eod.*

Aduocatus fiſci, in examine principalium reorum, atque teſtium, ſi vellet interuenire, vtique poſſet. *Prag.4. §.2. eod. tit.*

Aduocatus fiſci, poteſt vacare examini teſtium productorum in cauſa appellationum in S.C. & interrogare. *d. Prag.4. §.5. eo.*

Aduocatus fiſci, interuenit, quando regitur Curia. *Prag.34. §.10. de off. Mag. Iuſt.*

Aduocatus fiſci, poteſt amouere Scribas ſubſtitutos ab Aſtuarijs. *Prag.6. §.1. eod. tit.*

Aduocatus fiſci, debet interuenire, quãdo Actuarij aliquid expungunt à libris M.C. cum permiſſu Tribunalis. *Prag.20. §.4. eo.*

Aduocatus fiſci, poteſt ſuffragari in compoſitionibus. *Prag.3. §.2. de official.*

Aduocatus fiſci, non detrudat in carcerem aliquem, inconſulta Mag. Cur. *Prag.37. §.24. de off. Mag. Iuſt.*

Aduocatur fiſci, perquiſitiones fieri faciat contra captiuos, nocte, vel die præcedenti.

Aduocatus fiſci, in fine petitionum poteſt ſcribere concluſiones rerum. *d Prag.30. §.15. eod.*

Aduocatus fiſci, poteſt inſtare pro executione concluſionum, & reſcriptorum. *Prag.40. §.1. eo. d. Prag.40. §.2.*

Aduocatus fiſci, debet defendere iura Fiſci, etiam in Appellationibus à Curijs Regni ad M. C. & curet certior fieri de ijs à Fiſci patronis Prouinciarum. *Prag 34. eod. tit.*

Aduocatus fiſci, non poteſt poſtulare in cauſis, etiam cęptis ante dignitatem. *Prag.37. §.8. eo. tit.*

Aduocatus fiſci, non tuens iura Fiſci pro virili, debet puniri. *Prag.36. de offic. S.C.*

Aduocatus fiſci, vt alij tutores columnioſè, & dolo proponentes exceptiones punitur. *Prag. 38. eo. tit.*

Aduocatus fiſci, in reuocatione decreti liquidationis inſtrumentorum in S.C. debet audiri. *Prag.5. de Relat.*

Aduocatus fiſci, quando referuntur cauſæ in S.R.C. à M.C. & quãdo terminantur, debet vocari. *Prag.44. num.5. de offic. S. C. & prag.39. §.9. de offic. M. Iuſt.*

Aduocatus fiſci, intereſſe debet relationibus faciendis in Collat. Conſ. per M. C. aliquo petente indulgentiam, & ſubſcribere relationes, in ſcriptis tranſmittendas. *Prag.8. de relat. cauſ.*

Aduocatus fiſci, debet interuenire in omnibus, vbi de damno Regio tractatur, etiam ratione pœnæ: *Prag.20. §.2. de offic. Mag. Iuſt.*

Aduocatus fiſci, debet habere ab Actuarijs qualibet hebdomada numerum omnium delinquentium. *d. prag. 20. §.7. eod.*

Aduocatus fiſci, debet retinere alteram clauem arcæ ſententiarum foriudicationis. *Prag. 1. de ſent. foriudic.*

Aduocatus fiſci, quolibet anno debet mittere Indicem omnium contumacium, & delinquentium ad Officiales Siciliæ, & vltra Pharũ. *Prag. 6. vbi de delicto.*

Aduocatus fiſci, debet interuenire citationi Alguzeriorum, ſeu Lictorum & Nunciorum. *Prag. 6. §.24. de off. Iuſt.*

Prag.6. §.5. de Triremis. Aduocatus fiſci, debet accedere ſuper faciem loci cum vno Iudice,quando opus fuerit.

Prag.11.§.60.de official. Aduocatus fiſci, creatus Iudex poteſt intereſſe in eiſdem cauſis, quando ſuffragia feruntur,ſed ipſe non poteſt ſuffragari.

Prag. 20.§. 1.de off.Mag.Iuſt. Aduocatus fiſci, debet habere literas executoriales contra condemnatos,quolibet menſe.

Prag.39.§.6.eo. tit. Aduocatus fiſci, audiri debet in decretis, quòd dentur defenſiones extra Carceres, vel quòd non procedatur, etiam ex proceſſu informatiuo.

Prag.36.de offic. S.C. Aduocatus fiſci, audiri debet, & ipſo non audito,contra eum non poſſunt ferri ſententiæ.

Prag. 8. de official. Aduocatus fiſci,non poteſt contrahere vinculum compatratus.

Prag.39.§.14. de off.M.Iuſt. Aduocatus fiſci,quando captiui dimittuntur cum cautione, debet audiri.

Prag.11.de Carcer. Aduocatus fiſci, debet notitiam habere, ac ei notificari fides, ſeù libellus infirmitatis.

d.Prag.39.§.17. Aduocatus fiſci, audiri debet,quando feneſtræ Captiuorum iuſſu Iudicum claudi,& aperiri debent.

Prag.7.de appell. Aduocatus fiſci,inhæret appellantibus condemnatis.

Prag. 6.§.23. de offic. Iuſt. & d. prag.39. §.2. Aduocatus fiſci,debet audiri in omnibus cauſis,& delegationibus.

Prag.2 de Citat. Aduocatus fiſci, nullam habet dilationem ad repetendum teſtes, ſed ea vti debet,quæ fuit Reis conceſſa.

Prag.5.§.fin.eo. Aduocatus fiſci, in accuſandis contumacijs delinquentium nunquam conſtituitur in mora.

Prag.49.8. de off.Mag. Iuſt. Aduocatus fiſci,ad eius libitum valet videre proceſſus quoſcunq;

d.Prag.49.§.9. Aduocatus fiſci, in relationibus faciendis die iouis in Sac. Conſ. per M. C. ſi dubium fieret contra eum,ſuperſedeatur, vt eis auditis defendat.

Prag.6.§.fin.de Commiſſar. Aduocatus fiſci, quando abeſſet pro cauſis Fiſcalibus, conſequi debet ducatos ſex qualibet die, quando verò ad inſtantiam partis,ducatos decem.

Prag. 46.§. pen. de off.M.Iuſt. Aduocatus fiſci, certior fieri debet ab Aduocatis Fiſci Regiarum Audientiarum de omnibus, quæ occurrunt pro defenſione Iurium Fiſci.

Prag. 10.§.8. de official.alias 12. in nouis. Aduocatus fiſci, debet aduertere,quando Magiſtri Actorum, ſeù Scribæ Fiſcales deputentur commiſſarii per Regnum ad capiendas informationes,& ſimilia, vt iurent, & fideiuſſiones præſtent,de bene, & fideliter miniſtrandò.

Prag. 21. alias 19.§.24. eod. tit. Aduocatus fiſci,debet facere viſitationem proceſſuum in eius domo in die Dominico.

Prag. 29. Ianuary 1637 §.7.Mõtis Rey. Aduocatus fiſci, certiorem reddere debet Proregem de compoſitionibus delictorum commiſſorum cum armis igneis, faciendis per M.C.

Prag. Comitis Onatte die 15. Maij 1651. Aduocati Fiſcales R. C. & M. C. nequeunt patrocinari in cauſis priuatorum.

De

De Procuratore Fiſcali M. C. V. & ijs, quæ ei incumbunt.

PRocurator fiſci, non proponens iura pro virili, punitur.

Procurator fiſci, nihil facere poteſt ſine Fiſci patrono. *Prag. 36. de offic. S. C.*

Procurator fiſci, tenetur accedere ad domum Fiſci patroni pro conferendis negotijs Fiſci. *d. Prag. 36.*

Procurator fiſci, calumnioſas exceptiones proponens, punitur. *d. Prag. 36.*

Procurator fiſci, non interuenit in ſuffragijs ferendis. *Prag. 38. eo. tit.*

Procurator fiſci, curet repetitionem teſtium Fiſci. *Prag. 10. §. 16. de off. Iud.*

Procurator fiſci, in deciſione cauſarum debet vocari in S. C. *Prag. 2. de citat.*

Procurator fiſci, debet interuenire, quando Actuarij aliquid expungunt à libris M. C. *Prag. 44. §. 5. de off. S. C.*

Procurator fiſci, poterit appellare. *Prag. 20. §. 3. de off. M. Iuſt.*

Procurator fiſci, in M. C. habet, vt eius officium non vendatur. *Prag. 12. de App.*

Procurator fiſci, debet qualibet hebdomada perquirere, ſi Actuarij extraxerint nomina condemnatorum à libris, & ſi Perceptor confecit librum contumacium, & pœnarum. *Prag. 11. §. 59. de official.*

Procurator fiſci, ſemper aſſiſtat, quando regitur Curia. *Prag. 10. §. 5. de off. M. Iuſt.*

Procurator fiſci, debet habere literas executoriales quolibet menſe ab Actuarijs. *Prag 37. §. 25. eod.*

Procurator fiſci, qualibet hebdomada debet habere numerum omnium delinquentium. *Prag. 20. §. 1. eod. d Prag. 20. §. 7.*

Procurator fiſci, debet certiorem reddere Fiſci patronum de iuribus Regij Fiſci in cauſis appellationum. *Prag. 43. §. 4. eo. tit.*

Procurator fiſci, ſemper cenſetur adeſſe pro accuſandis contumacijs. *Prag. 6. de citat.*

Procurator fiſci, nequit recedere à Tribunali, abſque permiſſu Proregis. *Prag. 10. §. 1. de off. Iud.*

Procurator fiſci, nequit ſpoliare poſſeſſorem rebus occupatis. *Prag. 1. §. 6. de ſalar.*

Procurator fiſci, cum omni diligentia qualibet hebdomada debet inquirere, ſi per Perceptorem, aut per alios fuerit commiſſus defectus, vel negligentia in confectione liſtæ condemnatorum, & annotatione pœnarum in libro, omnium bannitorum, & contumacium. *d. Prag. 20. §. 5. de off. M. Iuſt.*

De Magiſtris Actorum M. C. V. in Criminalibus, & ijs, quæ eis incumbunt.

MAgiſtri Actorum Criminales, ſint octo. *Prag. 1. de Actuar. & prag. 8.*

Magiſtri Actorum ipſi, conficere debent codicem omnium actorum, & quolibet die notificare debent Regēti, vel Fiſci Patrono. *Prag. 4. §. 6. eo.*

Magiſtri actorum ipſi, ſcribere debent dicta teſtium integra, tam pro, quam contra Fiſcum. *Prag. 6. eo.*

Magiſtri Actorum ipſi, conficere debent repertorium omnium ſcripturarum Tabularis, & elapſo trimeſtre ibidem reponant. *d. prag. 4. §. 5.*

Magiſtri Actorum ipſi, non deleant contumacias, niſi prius exhi- *Prag. 12. eo.*

bit's inquiſitis, vel legitime debitoribus.

Prag. 12. § 11. de official.

Magiſtri Actorum, códemnationes ſcribere debent literis integris, & non per ſyllabas arctatas.

Prag. 17. de offic. Mag. Iuſt.

Magiſtri Actorum, ſcribere debent in libro die ſequenti condemnatos.

Prag. 20. §. 5. eo. tit.

Magiſtri Actorum ipſi, conficere debent tantum indicem condemnatorum, & dent Perceptori.

Prag. 2. § 6. eod. tit.

Magiſtri Actorum, antequam cauſæ terminentur, debent aſportare inquiſitiones Aduocato, & Procuratori pauperum.

Prag. 37. §. 16. eod.

Magiſtri Actorum ipſi, aſſignent qualibet hebdomada relationem omnium cõtumacium Capitaneis Cuſtodię, ſeù Circitoribus vrbanis.

Prag. 19. §. 6. eo. tit.

Magiſtri Actorum ipſi, debent referre in Regeſtrum omnes commiſſiones Fiſcum tangentes.

Prag 14. de Actuar. & prag. 25. de off M. Iuſt.

Magiſtri Actorum ipſi, actitare debent cauſas appellationum in S.C. à M.C.V.

Prag. 23. eo. tit.

Magiſtri Actorum ipſi, pro cauſis reclamationum correſpondere debent pro medietate Magiſtris Actorum S.C. de emolumentis perceptis ex cauſis Appellationum.

Prag. 1. de ſent. foriudic.

Magiſtri Actorum ipſi, eadem die, vel ſequenti, cum interuentu Fiſci patroni coram Regente debent reponere in arca ſententias foriudicationis.

Prag. 19. §. 12. de offic. Mag. Iuſtit.

Magiſtri Actorum, conficere debent regeſtrum appellationum.

d. Prag. 19. §. 11. & 14.

Magiſtri Actorum ipſi, debent Seruientes per menſem conficere regeſtrum omnium contumacium, iuxta numerum tranſmiſſum à Prouincijs.

d. prag. 19. §. 15. & 26.

Magiſtri Actorum ipſi, recipere debent quærelas.

Prag. 22. §. 3. eo.

Magiſtri Actorum ipſi, pro dictis ad inſtantiam Fiſci nihil recipiant, niſi facta compoſitione, abſque defenſionibus.

d. Prag. 22. §. 2.

Magiſtri Actorum ipſi, nihil vltra iura debita recipiant, etiam à ſponte dantibus.

d. Prag. 22. §. 5.

d. Prag. 22. §. 6.

Magiſtri Actorum ipſi, nec pro aſportatione actorum recipere debent aliquid.

d. prag. 22. §. 7.

Magiſtri Actorum ipſi, pro apocis inſcriptis Commentarienſi pro dimiſſione captiuorum nil recipere debent.

d. Prag. 22. §. 9.

Magiſtri Actorum ipſi, non debent recipere pecuniam in partẽ pretij, ſed integra emolumenta taxata.

prag. 20. §. 10. eo.

Magiſtri Actorum ipſi, annotare debent bona contumacium.

d Prag 20. §. 7.

Magiſtri Actorum ipſi, qualibet hebdomada dare debent numerum omnium delinquentium Fiſci patrono, & Procuratori.

Prag. 24. eo. tit.

Magiſtri Actorum ipſi, acta foriudicationum inſtructa ſtatim deponere debent pœnes Iudices.

d. Prag. 12. & prag. 36. eo. & pr. 11. de Actuar.

Magiſtri Actorum ipſi, obſeruare debent pandectam inſtitutam pro iuribus eis competentibus.

Prag. 10. de Actuar.

Magiſtri Actorum ipſi, procedere debent in cauſis remiſſionum vaſallorum Baronum, quibus ipſæ sũt remiſſæ, cũ clauſula, quod procedatur in M.C. ſeù in hac Ciuitate.

Prag. 10. alias 12. in notis §. 8. de official.

Magiſtri Actorum ipſi, quando per Regnum vacabunt pro caplendis informationibus, ac alijs negotijs, debent iurare, & fideiuſſionem

præſtare

præſtate de fideliter adminiſtrando.

Magiſtri Actorum ipſi, debent ſe ſubſcribere in quolibet actu ante ipſos geſto.

d. Prag. 10. alias 11. §. 11. & prag. 11. § 6.

Magiſtri Actorum ipſi, quando citationes criminales vocantur Curia pro Tribunali ſedente contra reos inquiſitos condemnatos remanſos, debent ſtatim recta Curia, vel die ſequenti notificare Iudicibus Criminalibus, vt prouideri poſſit, ſi Fiſci præiudicium contineant.

Prag. 14. §. pen. de off. Mag. Iuſt. alias 12. in nouis

Magiſtri Actorum ipſi, debent continuò aſſiſtere in Tribunali, nec aliter ab eo diſcedere, dum aſſiſtunt Regens, & Iudices, niſi de ordine ipſorum diſcederent.

Prag. 15. §. item che de off. Mag. Iuſt. alias 13. in nouis.

Magiſtri Actorum ipſi, debent intereſſe in Tribunali, quando Regens ad miſſam accedit, niſi fuerint impediti, & ab eo nequeunt diſcedere, vſque quo ipſe Regens, & Iudices comitantur.

d. prag. 15. alias 13. §. 3.

Magiſtri Actorum ipſi, poſt prandium debent accedere ad Regentem cum proceſſibus, & informationibus, vt poſſit committere, cum prouiſionibus faciendis.

d. Prag. 15. alias 13. §. pen.

Magiſtri ipſi Actorum, debent penes ſe detinere claues, & conſeruare illas, earum tabularum, ſeù bancarum, niſi fuerint impediti.

Prag. 16. eo. tit. alias 14. in nouis

Magiſtri Actorum ipſi, in cauſis, in quibus debent inquiſiti perſonaliter comparere Curia pro Tribunali ſedente, non debent recipere ſignificatorias, nec literas, nec ſcripturas extra bancam.

Prag. 17. §. 3. eo. tit. alias 15. in nouis et §. 4. et 5.

Magiſtri Actorum ipſi, nequeunt pro aliis fideiubere.

Prag. 18. §. 1. eo. tit. alias 16. in nouis.

Magiſtri Actorum ipſi, elapſo triduo reos citatos debent in banca vocari facere cum Decreto, in citationibus ſcriptis.

Magiſtri Actorum ipſi, bannitos, & condemnatos ſtatim debent annotari facere in libris Curiæ, non expectata die ſequenti.

Prag. 19. eo. tit. alias 17. in nouis

Magiſtri ipſi Actorum, comparitiones reorum ſcribere debent, & coram quo comparuerunt annotent, & quo tempore, & in libro condemnationum, ſi poſt rectam Curiam comparuerunt, ac ius ſuper pœnas incuſaras ſcribere proprijs manibus in libro per eos conficiendo, & vnusquiſque ipſorum faciat hebdomadam, & ſic etiam deſcribere Decreta, & teſtimonialia proprijs manibus.

d. Prag 19. alias 17. eo. tit.

Prag. 20. in princip. alias 18. in nouis.

d. prag. 20. §. vlt.

Magiſtri Actorum ipſi, expoſitis quærelis debent cum ſcientia Regentis, aut alicuius Iudicis, ſeù Fiſci patroni, vel Procuratoris *Fiſci* facere citationem contra dictos quærulatos, & conſignare *Nuntijs*, ipſis citatis in vltimo peremptorio vocare, ac bannire, niſi Regens, vel Iùdices vellent de perſona illos capere.

Prag. 21. § 2. eo. alias 19. in nouis.

Magiſtri Actorum ipſi, poſt annotationem quærelarum receptarũ, & deſcriptarum in libro ligato, non autem in folijs, ac etiam inquiſitionum, debent de illis notitiam dare Regenti, vel Iudici, ac Fiſci patrono, ſeù Procuratori *Fiſcali*, vt decerni poſſit, per quem debent capi informationes.

d. Prag. 21. alias 19 §. 3.

Magiſtri Actorum ipſi, vltra Scribas quatuor, ſeù quinque conſtituendos debent penès ſe vti alijs duobus Iuuenibus, qui ſub eorum doctrina inſtruuntur, & eorum ordinibus parere.

d. Prag. 21. alias 19 §. 3.

Magiſtri Actorum, informationes inquiſitionum per eos captas delictorum, quæ opponuntur, nullatenus in poſſe alicuius Iudicis dare

d. Prag. 21. alias 19. §. 5.

debent,

debent,excepto illi,cui fuerit per Regentem ordinatum.

d.Prag.21.alias 19.§.6. Magiſtri Actorum ipſi,debent regiſtrare omnes literas, & commiſſiones,quæ conficiuntur,atque expediuntur in cauſis,in quibus Fiſcus habet intereſſe,antequam conſignentur,cui conſignari debent, & dirigantur.

d.prag.21. alias 19.§.11. Magiſtri Actorum ipſi, contumaces, & nominatos in proceſſu debent ponere in regeſtro.

d.Prag.21.alias 19.§.16. Magiſtri Actorum ipſi in capite,recipere debent remiſſiones,atque exculpationes factas à partibus inquiſitis in fauorem reorum.

d.Prag.21.alias 19.§.17. Magiſtri Actorum ipſi,pœnas incuſatas, cum nominibus accuſatorum,& patria deſcribere debent in libro inferni.

d.prag.21. alias 19.§.18.& 30. Magiſtri Actorum ipſi,prouiſiones quaslibet ſubſcribere debent manibus proprijs,cum eorum nominibus, & cognominibus, & ob eorum impedimentum per Scribam regentem bancam.

d.prag. 21. alias 19.§.14. Magiſtri Actorum ipſi,conficere debent librum,vt deſcribant querelas,quæ ex officio capiuntur ſingulis diebus.

d.prag.21. alias 19.§.25.eo. Magiſtri Actorum ipſi,debent committi facere omnes informationes,quas capiunt ſingulis diebus,vel ſaltim die ſequenti, vt expediātur citationes ad informandum, vel ad capitula, quibus expeditis prouiſionibus debent aſportare informationes in poſſe Fiſci patroni in banca,vt reponi debeāt in conſeruatorio,ſeù ſtipo,ad hunc effectum conſtructo, cum duabus clauibus, quarum vna conſeruari debeo per Regentem, altera per d. Fiſci patronum, donec comparuerint inquiſiti.

Prag. 26. alias 24. in nouis eod. tit. Magiſtri Actorum ipſi, tenentur elapſo anno inſtruere proceſſus forıudicationum, & illos ſtatim conſignare Iudicibus Commiſſarijs, vt poſſint procedere ad illorum expeditionem.

Prag. 27. alias 25.eo tit. Magiſtri Actorum ipſi,quando torturæ inferuntur,intereſſe debent cum Scribis cauſarum.

Prag. 30. §. 9. alias 28. in nouis eo.tit. Magiſtri Actorum ipſi, conficere debent notamentum in libro omnium bannitorum,& contumacium, ac pœnarum accuſatarum, & ad requiſitionem Perceptoris debet comprobari cum eius libro.

Prag.1.de titul. abuſu §.7. Magiſtri Actorum ipſi, in ſtipulationibus fideiuſſionum, & conſimilium non debent titulos contrahentibus deſcribere,niſi ea,quæ ad officium,ſeù dignitatem ipſorum pertinent.

Prag.27.§.32.de off.Mag. Iuſt. Magiſtri Actorum ipſi,debent recipere remiſſiones,ac pacem partis,& illas annotare.

d prag. 27. §.32. eo.tit. Magiſtri Actorum ipſi,ſtatim facto actu remiſſionis, ſeù concordiæ debent interrogare partem remittentem, ſeù concordatam,quare fecit remiſſionem,& ſi eam facit,vi,amore,ſiuè prece,pretio,vel amore, & ſignanter,ſi habuit aliquid ob dictam remiſſionem, vel fuit aliquid promiſſum.

d. prag.27. §.40. Magiſtri Actorum ipſi, permittere non debent negotiari, & tangere libros, & acta criminalia ab alijs, niſi ab approbatis Scribis, & deputatis in eorum bancis per Curiam.

Prag.20. §.9. eo. tit. Magiſtri Actorum ipſi, ſtatim habita notitia à Magiſtris Actorum Ciuilibus de annotatione condemnatorum, & contumacium ad inſtantiam Fiſci debent particolare notamentum perficere,& ponere

in

in proceſſibus,& in informationibus.

Magiſtri Actorum ipſi, quando Iudices oretenus mandant verbales prouiſiones,non moleſtentur rei,vel liberentur,debent in ſcriptis redigere,& ſuum nomen Iudex apponere. *Prag. 36 §. 15. eo.tit.*

Magiſtri Actorum ipſi, debent tenere vnum Scribam, in quolibet Caſali Neap. vt ibi aſſiſtat,& denuntiet delicta,quæ in dies ibi occurrunt,ſuis ſumptibus. *Prag. 45. eo.tit.*

Actuarij aſſumpti in cauſis remiſſionum carceratorum ad alia Tribunalia,ſeù Curias,nil poſſunt exigere pro Decretis, ſed tantum id, quod iuſtè pro copia debetur propter laborem. *Prag. Comitis Oñatte 18. Octobr. 1651. §. 2.*

Actuarij priuati, vel ſuſpenſi ex cauſa falſitatis commiſſæ, nequeunt exercere officium Actuariatus. *Prag. 10. de falſis*

De Scribis Criminalibus M. C. V. & ijs, quæ eis incumbunt.

SCribæ ipſi,ne ſint minores decem,& octo annis. *Prag. 37. §. 11. de off. M. Iuſt.*

Scribæ ipſi,aut Actuarij,recipiant,& ſcribant quærelas. *Prag. 2. de Actuarijs.*

Scribæ ipſi,eadem die inquiſitionum debent de ea relationem facere Fiſci patrono, vt prouideri poſſit, ac etiam Procuratori Fiſci. *Prag. 12. §. 7. de offitial. & prag. 27. §. 21. de offic. M. Iuſt.*

Scribæ ipſi, electi per Regentem pro exactione pœnarum in Prouincijs, non vtantur memorialibus, ſeù libellis obtentis pro medietate pœnæ,nec eos vendant. *Prag. 10. §. 61. de off. Iudic.*

Scribæ,facta remiſſione, cum comminatione,elapſo menſe infra decem dies citent ad procedendum in M.C. *Prag. 12. §. 1. 3. & 4. de offic. M. Iuſt.*

Scribæ ipſi, aſſiſtere debent, & perquirere loca Pagorum, ſeù Caſalium Neap. *Prag. 45. eo. tit.*

Scribæ ipſi,debent habere domum,& lectos à Pagis,ſeù Caſalibus prædictis. *d. prag. 45.*

Scribæ ipſi,deſcripti in matricula,recipere debent quærelas. *Prag. 19. §. 15. 24. & 26. eo. tit.*

Scribæ ipſi, ſcribere debent in actis dilationes ad colligendum ſarcinulas. *Prag. 6. de Relegatis.*

Scribæ ipſi,ſcribere debent integra dicta teſtium. *Prag. 6. de Actuar. & prag. 29. §. 27. & 50. de off. M. Iuſt.*

Scribæ ipſi,curare debent,vt in Decretis remiſſionis fiant comminationes.

Scribæ ipſi, ſtatutis horis accedere debent ad Regentem pro commiſſione cauſarum. *Prag. 12. eo. tit.*

Scribæ ipſi,curare debent deciſionem cauſarum. *Prag. 13. eo. tit.*

Scribæ ipſi, recipere debent teſtes infra terminum, & facta publicatione, Fiſci patrono dent. *Prag. 19. §. 10. eod.*

Scribæ ipſi,ſciant figuras literarum,& claras delineare. *Prag. 27. §. 11. & 14. eo.*

Scribæ ipſi,antiquitus erant quatuor, imo tres, ſed excreſcentibus negotijs,eorum numerus auctus eſt ad quinque in qualibet banca. *Prag. 2. de Actu. Prag. 27. de off. M. Iuſt.*

Scribæ ipſi,omnes denunriationes, & quærelas debent ſtatim annotare in libro ſoliro,cum obligatione de probando. *d. prag. 27. §. 6. & 12.*

Scribę ipſi, poſt captas denuntiationes, ac quærelas,expedire debent *d. prag. 27. §. 7.*

bent citationes, & Seruientibus Fiſci aſſignentur, & ſine mora exequantur.

d.Prag.27.§.11. & §.14. Scribæ ipſi, debent cum omni diligentia recipere, & examinare omnes teſtes *Fiſci infra terminum*, & facta publicatione conſignare proceſſum in poſſe *Fiſci* patroni, vt expeditio ſequatur.

d.Prag.27.§.12. Scribæ ipſi, poſt annotationem quærelarum, & denuntiationũ ſingulis hebdomadis debent de illis notam dare Fiſci patrono, ſeù Procuratori Fiſci, vt poſſint ſollicitare.

d.Prag.27.§.13. eod.tit.& §.23. Scribæ ipſi, formatis denuntijs, quærelis, & inquiſitionibus, incontinenti cum omni diligentia examinatis teſtibus debent relationem facere Aduocato Fiſci, Regenti, & Iudicibus, & illicò facere prouiſiones neceſſarias ordinatas, & ſollicitare expeditiones.

d.Prag.27.§.15. eo.tit. Scribæ ipſi, debent annotare, & ponere quærelas, denuntiationes, & alia, quæ obuenire poſſunt ad aures M. C. in libro, aut quinterno bannorum ſtatim, & non in folio.

d.prag.27.§.17. eo.tit. Scribæ ipſi, debent interrogare, & capere informationem, ſi delictum ſit commiſſum de nocte, & apponere cauſã ſcientiæ, ſi luna lucebat, vel ſibi erat lux, vel in claro aere.

d.prag.27.§.18. Scribæ ipſi, debent interrogare cum diligentia, & examinare teſtes de fama contra inculpatum, ſeù inquiſitum de delicto.

d.prag.27.§.19. Scribæ ipſi, debent interrogare, & examinare teſtes ſuper mala fama, & diſfamia delinquentis, tam de delicto in genere, quàm in ſpecie, vel in communi.

d.prag.27.§.20. Scribæ ipſi, debent capere informationem de inimicitia inter offenſum, & inquiſitum.

d.prag.27.§.22. Scribæ ipſi, nec directè, neque indirectè reuelare debent contenta in inquiſitionibus, ſignanter inquiſitis, vel alteri pro ipſius parte.

d.prag.27.§.25. Scribæ ipſi aduertere debent, ſi inquiſiti, accuſati, & quærulati, aut denuntiati fuerint viſi in loco delicti, die delicti, vel ante delictum, vel poſt diem delicti, vel ſequenti die.

d.prag.27.§.24. Scribę ipſi, procurare tenentur omni ſtudio, quod accuſentur contumacię, & banniantur ſine alia dilatione, & facere annotationem bonorum delinquentium.

d.prag.27.§.26. Scribæ ipſi, debent exprimere cauſas, ſuper quibus examinantur teſtes, nec dicere, ſuper prædictis, & tota cauſa, ſed dicatur pro furto vulnere, homicidio, & ſimilibus.

d.prag.27.§.27. Scribæ ipſi, debent annotare in libris, ſeù proceſſibus fideiuſſiones, contumacias, ſeù banna inquiſitorum, eodem die, quo præſtitæ ſunt fideiuſſiones, vel fuerint banniti, & condemnati.

d.prag.27.§.28. Scribæ ipſi, aſſiduè permanere debent in Palatio Magn. Cur. diebus feriatis, & non feriatis, ad exercendum eorum officium, nec ab eo diſcedere, relictis omnibus alijs negotijs, ſaltim dum exiſtunt Iudices ibi.

d.prag.27.§.29. Scribæ ipſi, ante omnia de delictis, de quibus formantur Inquiſitiones, vt puta hominem interfectum, vel vulnera, & alia capere diligenter informationes pro verificatione delictorum.

d.prag.27.§.30. Scribæ ipſi, debent annotare in Regeſtro quolibet die quærelas, infor-

informationes, & denuntiationes, quas capiunt, & ſcribere omnes inquiſitos, ſiuè querelatos nominatos, & inculpatos quomodocunque in informationibus fideliter.

Scribæ ipſi, non debent capere, ſeù annotare in actis præſentationem alicuius ſcripturæ, neque remiſſionem, neque pacem partis, ſed Magiſtri Actorum. *d.prag.27. §.31. eod.*

Scribæ ipſi, ſtatim formata inquiſitione, ſeù facta quærela debent cum diligentia interrogare partem offenſam per eius informationem, & inſtructionem; & eandem poni facere per extenſum cum iuramento de toto facto, & caſu, cum omnibus circumſtantijs particulariter. *d.Prag.27.§.33.*

Scribæ ipſi, formata inquiſitione, ſeù facta denuntiatione delicti ante omnia debent capere informationes, & cum diligentia verificare delictum, de quo agitur. *d.prag.27.§.34.*

Scribæ ipſi, formata inquiſitione de vulnere, ſtatim caſu, quo ſubſequuta fuit mors capiatur informatio mortis, vel annotetur mortuus in actis formiter. *d.prag.27.§.35.*

Scribæ ipſi, ſtatim apparente de delinquentibus, qui ſi forte non reperiuntur, & eſſent in fuga, facere debent annotationem omnium eorum bonorum, & ſimiliter ſtatim ipſis inquiſitis bannitis, ſeù contumacibus reputatis facere d. annotationem. *d.prag.27.§.36.*

Scribæ ipſi, annotatis, & ſequeſtratis bonis inquiſitorum debent ſtatim dare notitiam Perceptori, ac Credenzerio. *d.prag.27.§.37.*

Scribæ ipſi, quando contingerit capere informationes, & formare proceſſus, teneantur manu propria annotare in pede ipſarum informationum, propè nomen Actuatij eorum nomina. *d.prag.27.§.38.*

Scribæ ipſi, non debent conſignare Iudicibus, nec alicui proceſſū aliquem, ſine licentia, & ordinatione Regentis. *d.prag.27.§.39.*

Scribæ ipſi, in omnibus informationibus poſt quærelam inſcriptam debent examinare Medicum ſuper qualitate vulnerum, & illico captis informationibus deferre Aduocato Fiſcali, ſeù Procuratori, & ſtatim recuperare, & deferre Regenti, ſiue committatur, & commiſſa aportari Commiſſario, & exiſtente inquiſito carcerato facere perquiſitiones per banca, & notare in informatione, & ſimiliter remiſſiones partium, cum appoſitione diei. *d.prag.27.§.51.*

Scribę ipſi, ſeù vnus ipſorum ſingulis noctibus debet cum aliquo Capitaneo, qui cuſtodiam facit, & perquiſitionem per Ciuitatem, & mane, quando Regens aſſurgit relationem faciant in ſcriptis de eo, quod tali nocte geſtum eſt. *d.prag.27.§.49.*

Scribæ ipſi, ſeù aliquis ipſorum, ad quem ſpectat menſem facere, & librum Carceratorum erit obligatus ſtatim ſingulo mane ad Tribunal peruentus fieri facere per omnia banca perquiſitiones carceratorum, qui aduenerunt nocte illa, aut precedente die taliter, quod dum legitur nota ipſorum reperiatur facta d. perquiſitio. *d.prag.27.§.53.*

Scribæ ipſi, ſeù ille, qui deſeruit in menſe debet ſcribere in libro capturas, & in altero habilitatos. *d.prag.27.§.54.*

Scribæ ipſi, qui habent curam carſarum carceratorum, in dies debent dare notitiam Scribæ, qui librum conficit de illis, tam in principio, *d.prag.27.§.54. in fine.*

cipio, quam in fine, quando cauſa erit determinata, vt in libro annotari poſſit.

d Prag. 27. §. 66.

Scribæ ipſi, quando principales perſonaliter compatent eodem die, vel poſt rectam Curiam, ne proceſſus retardentur, recipere debent ſcripturas, quæ per eos præſentantur, & faciant dictis principalibus mandatum, vt non diſcedant à Palatio, & ſtatim die ſequenti certiorem facere Iudicem, cui cauſa commiſſa fuerit, & *Fiſci* Aduocatum.

Prag. 14. alias 12. in nouis §. 4. & 5. eo. tit.

Scribæ ipſi, debent eſſe attenti, quod cauſæ criminales remittantur cum comminatione, & ſtatim, quod terminus comminationis ſit lapſus, & infra terminum decem dierum non fuerit facta fides expeditionis cauſæ, vt partes citentur, & procedatur in M.C.V.

d. Prag. 14. alias 12. §. 7. eo.

Scribæ ipſi, quando rei vocantur in Curia, & impedirent condemnationem, non aliter Iudices Ciuiles ſe intromittant, ſed Criminales, qui decernere debent, vt condemnentur, & non ponantur in libro, donec per ipſos Iudices Criminales aliter fuerit prouiſum, ſed ſtatim recta Curia, vel die ſequenti id notificare debent Iudicibus Criminalibus, vt prouidere poſſint.

Prag. 21. alias 19 §. 10. eo.

Scribæ ipſi, ſolliciti eſſe debent in expeditione cauſarum Criminalium.

Prag. 24. §. 9. eo. alias prag. 22.

Scribæ ipſi, vltra pandectam nil recipiant.

Prag. 50. alias 49. eo.

Scribæ ipſi, non expediant prouiſiones obſeruatoriales, niſi prius viſa prouiſione cum reſponſione partis aduerſæ, vel ſaltem cum relatione Notarij.

Prag. 10. de falſis

Scribæ priuati, vel ſuſpenſi, ex cauſa falſitatis commiſſæ nequeant exercere officium Scribarum.

De Perceptore M.C.V. & ijs, quæ ad eum attinent.

Prag. 13. de Actuar.

Perceptor, reddere debet certiorem Regiam Cameram Summariæ, ſi ~~Actuarij in libro~~ inferni non ſcripſerint cum pœnis liquidationum, & obligationum nomina, habitationes, & alia debitorum.

Prag. 2. §. 11. de off. Iud.

Perceptor, debet exhibere codicem Quæſtori omnium compoſitionum, & reddere rationem ſemel in menſe in Regia Camera Summariæ.

Prag. 2. §. 3. de off. M. Iuſt.

Perceptor, deſcribere debet ſeſſiones Iudicum.

Prag. 28. §. 1. eo.

Perceptor, ſingulis annis exhibere debet ratiocinia Regiæ Cameræ, & in fine hebdomadæ relationem omnium compoſitionum Proregi.

Prag. 37. §. 23. eod.

Perceptor, non debet recipere depoſita.

Prag. 5. §. 4. de off. S. C. & in prag. 28. §. 7. de offic. M. Iuſt.

Perceptor, rationem reddere debet in Regia Camera Summariæ quolibet ſemeſtri pœnarum S.C. ſeù quolibet menſe.

Prag. 52. §. 5. de off. Mag. Iuſt.

Perceptor, elapſo biennio non debet ſoluere ſalarium Iudicibus M.C. ſuper numerum.

Prag. 9. §. 4. & prag. 28. eo. t. §. 1 d. prag. 9. §. 7.

Perceptor, percipere ipſe debet pecuniam compoſitionum, & pœnas, atque prouentus.

Perceptor, debet conficere librum omnium quantitatum, ſubſcriptum

tum in toto Tribunali M.C.

Perceptor, ſoluere debet pecuniam Theſaurario. *Prag. 2. de off. quaſt.*

Perceptor, quolibet die Saturni exhibere debet numerum compoſitionum M.C.V. Quæſtori. *prag. 2. §. 11. de off. Iud.*

Perceptor, rationes reddere debet in R.C.S. ſingulis annis. *Prag. 1. § 3. de offic. Proc. Cæſar.*

Perceptor, debet interuenire in omnibus compoſitionibus faciendis per M.C.V. & illas annotare in libro ligato, & non in folio. *& prag. 28. de off Mag. Iuſt.*

Perceptor, cum omni diligentia poſſibili debet ſollicitare exactionem compoſitionum, & executionum contra contumaces, bannitos, condemnatos, & accuſatos pro pęnis. *d. prag. 28 §. 2. d Prag. 28. §. 3.*

Perceptor, ſingulis diebus debet dare notam omnium compoſitionum Aduocato Fiſci, & Procuratori. *d. Prag. 28. §. 4.*

Perceptor, dietim dum occurrit fieri contumaces, bannitos, & condemnatos, & quando accuſantur pœnæ obligationum, debet recipere copias, & eas annotare in libro, & ſingulis hebdomadis dare notam Aduocato Fiſci, ſeù Procuratori. *d. Prag. 28. §. 5.*

Perceptor prouentuum, tenetur, & debet in computis dandis Regiæ Curiæ, dare particulare notamentum omnium bannitorum, condemnatorum, & pœnarum accuſatarum omnium delictorum commiſſorum. *d. prag. 28. §. 6.*

Preceptor, tenetur præſentare, & exhibere liſtam, & quinternum lucidum Regenti Regiam Theſaurariam generalem de omnibus prouentibus, & compoſitionibus factis per M.C. *d. prag. 28. §. 7. eo. tit.*

Percepter, debet interuenire, quando ventilantur, & concluduntur compoſitiones faciendæ per M.C. incluſis condemnationibus, & pęnis incuſatis, vt ſecundum ordinem, ac ſtilum antiquũ fiant, & poſſit facere particulare notamentum, ac ſollicitare exequutionem illarum. *d. Prag 28. §. 8. eo. tit.*

Perceptor, poſt aduentum Commiſſarij deputati ad exigendum pœnas Fiſci, & facta reſtitutione liſtæ, ac notamenti pœnarum, vt inde alium Commiſſarium progredientem ex eodem itinere deſtinare poſſit cum eiſdem prouiſionibus, & liſtis, ſi fortè fuerit fraus, aut barataria commiſſa. *d Prag. 28. §. 10. eod. tit.*

Perceptor, cum interuentu Credenzerii debet illico facere notamentum contumaciarum, & bannorum, & annotationum bonorum, & ſtatim exequi facere contra delinquentes, cum tertia parte bonorum mobilium, & elapſo anno apprehendi facere dicta bona. *d. Prag. 28. §. 11.*

Perceptor, annotare debet in libris computorũ nomina Commiſſariorum deſtinatorum ad exequendum contra bannitos, contumaces, condemnatos, & accuſatos, vna cum die conſignationis cõmiſſionis, & particulari liſta prædictorũ, vt ratio ei reddatur ab illis. *Prag. 29. §. 4. eo. tit.*

De Commiſſarijs deſtinatis per Perceptorem M. C. V.

Commiſſarij, ſeù Executores deſtinati per Perceptorem ad exequendum pœnas, prouentus, & condemnationes, debent eſſe duo per Prouinciam, qui tenentur cautionem præſtare de reddenda ratione. *Prag. 29. §. 1. de offic. M. Iuſt.*

d. prag. 29. §. 2. eod. Cõmiſſarij ipſi, ſeù Executores, exequi non debent, niſi cũ licentiá Regentis, & Aduocati, ſeù Procuratoris Fiſci.

d. Prag. 29. §. 3. eod. Cõmiſſarij ipſi, ſeù Executores, debent de omnibus pecunijs, & rebus receptis apocas ab ipſis executis habere, vt poſt ipſorum reuerſionem rationem fideliter reddant de geſtis, & executis, cum interuentu Fiſci.

d. Prag. 29. §. 5. Cõmiſſari ipſi, ſeù Executores, non debent contra non cõprehenſos in numero dato in liſta exequi.

d. Prag. 29. §. 6. & §. 8. eod. Cõmiſſarij ipſi, ſeù Executores, quolibet menſe tenentur conſignare in poſſe Perceptoris cum interuentu Credenzerij compotum inſę eis conſignatę cum nũmis, & executionibus, & pignoribus, cũ particulari annotatione, à quibus, & quando, quo loco, & tẽpore, & quare exigerunt, & exequuti fuerunt, cum retentione pœnes eos conſimilis notamenti pro cautela communi.

d. Prag. 29. §. 7. eod. Cõmiſſarij ipſi, ſeù Executores deſtinati contra contumaces, bannitos, condemnatos, & accuſatos, debent portare apocas exactionũ, quas faciunt ab illis, ac ab Officialibus Terrarum, & præſentare in computis in continenti, quando in Ciuitatem applicuerunt, cum interuentu Fſci.

d. Prag. 29. §. 8. Cõmiſſarij ipſi, ſeù Executores, non niſi quinque deſtinari debent pro executione pœnarum, & prouentuũ, præſtito per eos iuramento de fideliter adminiſtrando, nec aliter extorquere à ſubditis, etiã ſponte dantibus, licet poſtea per Ciuitatẽ conſtitui debeant duo, & extra Ciuitatem quatuor.

d. prag. 29. §. 9. Cõmiſſarij ipſi, ſeu Executores, eligi debẽt per Regentem, & Iudices, Aduocatũ, & Procuratorem Fiſci, & ſint homines cogniti, & idonei, qui debent accedere cum literis, & commiſſionibus, & ſtatim poſt reuerſionẽ reddere rationẽ exactionis in poſſe d. Regentis, ac Perceptoris, & ad minus vnius Iudicis.

d. Prag. 29. §. 11. Cõmiſſarij ipſi, ſeù Executores electi per Regentem, & Iudices M. C. & non alij accedere debent ad exequendum, etiam ad inſtantiam partium.

d. Prag. 29. §. 12. Cõmiſſarij ipſi, ſeù Executores deſtinati ad exequendum pœnas, & contumacias, non aliter vendere debent contumacias, ne vexentur Vaſalli, ſed ipſi debent eſſe viri probi, & timentes Deum.

Prag. 28. §. 10. eo. tit. Cõmiſſarij ipſi, reddita ratione ſtatim debent reſtituere in poſſe Perceptoris, tã ſuam cõmiſſionem, quam liſtam, & annotamentum eis datũ, tàm de contumaciis, quam de pœnis incuſatis.

De Archiuario M. C. V. & ijs, quæ ad eum pertinent.

Prag. 4. §. 5. de Actuar. Conſtitutum fertur priſcis temporibus Archiuium de omnibus, & ſingulis proceſſibus, & ſcripturis, reponendis per Magiſtros Actorum, de quibus inuentarium conficere debent.

Prag. 19. §. 21. de off. M. Iuſt. Archiuarius, tenetur conſeruare regeſtrum omniũ tutelatũ, & præambulorum, ei conſignatorum per Magiſtros Actorum.

Prag. 22. §. 12. et prag 20. §. 11. eo Archiuarius, debet conſeruare omnes libros, in quibus deſcribuntur

buntur obligationes ei conſignatos ab Actuarijs.

Archiuarius, conſeruare debet omnes libros contumaciarum, ſibi conſignatos ab Actuarijs. *d. prag. 22. §. 4.*

De Accuſatore Contumaciarum.

ACcuſator, ſcribat in codice omnes citationes, ad Fiſcum ſpectantes. *Prag. 26. §. 1. & 3. de off. M. Iuſt.*

Accuſator ipſe, infra terminum contumacias accuſet, & ſcripturas det Scribis, vt poſt triduum poſſint vocari. *d. prag. 26. §. 2.*

Accuſator ipſe, continue aſſiſtat in M.C.V. *d. prag. 26. §. 4.*

De Aduocatis Pauperum M.C.V.

ADuocati ipſi, audiri debent à Iudicibus M.C.V. *Prag. 2. §. 5. et 6. de off. M. Iuſt.*

De Pręcone, ſeù Tubicta, & ijs, quæ ei conueniunt.

Actuarij, tenentur ſoluere obligationes captas ſine ſubſcriptione, contra formam pragmaticæ. *Prag 8. de Actu.* *Prag. 15. eod.*

Actuarij, poſt quatuor menſes diſcuſſionis tenentur ſoluere fideiuſſiones, & obligationes captas. *Prag. 17. eod.*

Actuarij,

Prag.12.§.12.de offcial. Actuarij & à ſecretis, Examinatores, & Scribę ſubſcribant ſe in quolibet actu, ante ipſos geſto.

Prag.13.§.3.eo. Actuarij, antequam admittantur ad exercitium, interrogentur de vita, & moribus, & peritia.

Prag.10.§.80.de off. Iudic. Actuarij ſcribant præſentatas, ſeu exhibitiones ſcripturarum literis integris, & non ſingularibus, cum die, menſe, & anno.

d.prag.10.§.82. Actuarij, in omnibus actis iudiciarijs, & obligationibus, ſummas pecuniarias, & bonorum quantitates ſcribant literis integris, & non per numerum.

Prag.5.§.1.de Actuar. prag.1. de mun. prag.48. de off. Iuſt. Actuarij, nec poculenta, nec exculēta recipiant ab Vniuerſitatibus.

Actuarij processum originalem, ſeu Actorum exemplar aſſignare debent Archiuario, & exemplũ pœnes ſe retinere, nec partibus dare.

Prag.13.de ord. Iud. Actuarij, grauare non debent ſubditos proficiſcentes per Prouincias angarijs.

Prag.5.§.2. de Actuar. Actuarij, nec à ſponte dantibus vltra pandectam recipere poſſunt.

Prag.4.de Trigeſ. Actuarij, pro aſportando proceſſu nihil recipiant, & collationes factas ſubſcribant cum ſigno, & citationes, vel alios actus ſubſcribant, vel eorum ſubſtitutus.

Prag 13.§.2. de era. Iud. Actuarij, non exerceant mercaturam.

Prag.14.§.1. & 5.de Official. Actuarii, acta complera ſuſpitionis debent dare Commiſſario cauſæ, & in actis ſcribere diem aſſignationis, & debent inſiſtere pro deciſione cauſæ.

Prag.18.§.3. de ſuſpit. Actuarii, non petant à Miniſtris pecuniariis, & Conductoribus vectigalium, vt vtantur famulis ipſorum Actuariorum pro cõputatione.

Prag.11.§.42.de Official. Actuarii, non poſſunt contractus emptionis, & venditionis frugum infra milliaria ſtipulare vltra vſum.

Prag.11.de Annona. Actuarii, depoſita pœnes Nũmularios quomodo recipere debent.

Prag.79.§.17.de off.S.C. Actuarii, detineant originale depoſitum, & ipſimet ſcribant decretum liberationis, & mandatum.

d.prag.79.§.18. Actuarii, non recipiant depoſita in pandecta.

d.prag.79.§.19. Prag.1. de Senat.Conſul. Maced. Actuarii, non recipiant obligationes filiorumfam. niſi in præſentia eorum patris, aut ſi fuerint emancipati, aut viuant ſeorſum, ſed ſi cõtrahentes interrogati dixerunt ſe eſſe tales, Actuarij non tenentur.

Prag.1. de Senat. Conſ. Vellean. Actuarii, fideiuſſiones, & contractus mulierum non recipiant.

De Scribis R.C.S. & ijs, quæ ad eos ſpectant.

Scribæ, debent acta completa, & compilata aſſignare Actuario.

Prag.19.§.5.de off.Proc. Caſ. Scribæ, relationem ſcriptam commiſſionum tempore, quo rationes in Camera committuntur, dent Rationalibus.

Prag.43. eo. d.prag.19.§.7. Scribæ, non oſtendant exhibitiones ſcripturarum, abſque permiſſu Locumtenentis.

Prag.57.§.52.et 53.eo. Scribæ debent ſeruare pandectam.

d.prag.19.§.8. Scribæ debent reduci ad numerum certum, conſcio Locũtenente.

d.prag.19.§.9. Scribæ, actu ſeruientes conſequuntur officia vacantia.

De Quæſtore, ſiuè Theſaurario, & ijs, quæ ad eũ pertinẽt.

Prag.1. de offic. quæſt.§.2. Quæſtor, ſeù Theſaurarius, pecuniam Regiam omnem recipere debet

Digitized by Google

debet, ad quem peruenire ſtatutum eſt.

Quæſtor, pecuniam per eum recipiendam ſoluere debet cum interuentu Scribæ portionis, & cum apoca Proregis, & ita exequitur. *Prag. 4. §. 2. 4. & 5. eod.*

Quæſtor, pecuniam aſſignatam à Prorege diſtribuere non poteſt in aliam cauſam. *Prag. 70. §. 4. de off. Proc. Cæſ.*

Quæſtor, ſi omnibus non erit pecunia ſufficiens, ſoluere debet magis egenti. *Prag. 4. §. 3. de off. quæſt.*

Quæſtor, pecuniam pœnes eum reponendam, tenetur reponere in arca trium clauium. *Prag. 12. de off. quæſt.*

Quæſtor, ex ſignificatorijs, & conductionibus vectigalium ſoluere debet emptoribus iurium Fiſcalium. *d. prag. 70. §. 5.*

Quæſtor, retinens pecuniam pœnes ſe, punitur. *Prag 46. §. 2. eo.*

Quæſtor, prohibetur emere feudalia, & alia, quæ venduntur per Regiam Cameram. *Prag. 8. de empt.*

Quæſtor, reddat rationes in Regia Camera, det apocas receptarum pecuniarum, & receptas ſcribat in libro. *Prag. 1 §. 3. & 4. de off. Proc. Cæſ.*

Quæſtor, dabit ſcripturas neceſſarias Fiſco. *Prag. 28. eod.*

Quæſtor, infra terminum cautelas cum rationum redditione producat. *Prag. 29. §. 6. eod. 9*

Quæſtor, exhibeat rationes quolibet ſemeſtre. *Prag. 31. eod. &*

Quæſtor, exhibere debet rationes claras. *prag. 5. de offic. quæſt.*

Quæſtor, non poteſt ſoluere mandata ſubſcripta, abſque apodixa Proregis. *Prag. 1. §. 3. de off. Proc. Cæſ.*

Quæſtor, debet cum rationibus exhibere prædictas apodixas. *Prag. 32. eod. &*

Quæſtor, ſignificatorias receptas à Notatore dabit Perceptori ſignificatoriarum. *prag. 4. de offic. quæſt.*

Quæſtor, non debet recipere pecuniam à fideiuſſoribus Conductorũ, vel Perceptorũ, niſi adſit condẽnatio, quòd fideiuſſores ſoluant. *Prag. 5. eo. tit.*

Prag. 33. §. 4. de off. Proc. Cæſ.

Quæſtor, omnes ſolutiones cum mandato Proregis ſubſcripto facere debet. *Prag. 49. eod. ſch. 50.*

Quæſtor, cum interuentu Scribæ portionis debet facere ſolutiones roboratas, mandato ſubſcripto Proregis. *Prag. 4. de offic. quæſt.*

Quæſtor, deficiẽte pecunia ſolutiones faciat cũ ſchedula Proregis. *d. prag 4. §. 2. 4. & 5. eo.*

Quæſtor, interuenire debet tàm in Regia Camera, quàm in Collaterali Conſilio in venditione vectigalium. *d. prag. 4 §. 3. eod.*

Quæſtor, debet præſtare cautionem de ſoluendo ſtatuta die. *Prag. 7. eo.*

Quæſtor, ſolutis ſtipendijs, reliquam pecuniam retineat. *Prag. 8. eod.*

Quæſtor, mercaturam non exerceat, nec participet in literis cambij ſeu ſeſſeris collibiſticis. *Prag. 10. eod.* *Prag. 11. eod.*

Quæſtor, quolibet die Saturni relationem faciat Proregi cum Locumtenente dati, & accepti Capſæ Regiæ pecuniæ. *d. prag. 11. §. 2.*

Quæſtor, relationem expenſarum modicarum hebdomadæ facere debet, ac curare, vt mandatum fiat. *d. prag. 11. §. 2.*

Quæſtor, Miniſtros ſupranumerarios nõ debet creare ſuper numerũ. *d. prag. 11. §. 3.*

Quæſtor, deſeruire debet ipſemet cum cautione, & non per ſubſtitutum. *Prag. 50. de off. Proc. Cæſ.*

Quæſtor, mandata Regiæ Cameræ vſque ad ſummam ducatorum quindecim poterit ſoluere. *Prag. 51. eod.*

Quæ-

Prag. 1. de offic. quæſt. Quæſtor, debet ſcribere pecuniam mancam, cum ponderis defectu, & iuxta illum reddere rationem.

Prag. 3. eo. Quæſtor, recipere debet pecuniam cum interuentu Scribæ portionis, & eadem die ſcribatur in libro.

Prag. 2 eo. Quæſtor, recipere debet omnem pecuniam Regis.

Prag. 1. § 7. eod. Quęſtor, pœnes ſe detineat pecuniam, & non pœnès Nummularios.

Prag. 4 § 3. eod. Quæſtor, magis egentibus ſoluat, conſcio Prorege.

Prag. 6. § 2. & 3. eod. Quæſtor, non debet committere Perceptoribus Prouincialibus ſolutiones faciendas, abſque mandato Proregis, ſubſcripto à Scriba Rationis.

Prag. 8. eo. Quęſtor, permittere non debet, Perceptores, & alios pecuniarios non dare fideiuſſionem de ſoluendo, vltra alias.

Prag. 10. eod. Quęſtor, pecuniam abundantem ex defectu militũ cohortaliũ, vel grauis, vel leuis armaturę, & militũ defectus cõſeruare pęnès ſe debet.

d. prag. 6. § 4. eo. Quæſtor, nil recipere debet vltra ſalarium.

Prag. 5. & prag. 9. & 10. de falſ. Quæſtor, aduertere debet, ne recipiat apocas, aut ceſſiones falſas, aliàs illas exhibentes puniuntur.

Prag. 12. eod. Quæſtor, habere debet Scribam, qui retineat clauem ex tribus Capſæ pecuniæ Regiæ, & adſit quotidie per tres horas matutinas, & veſpertinas in Caſtro Nouo.

Prag. 29. n. 1. & 6. de off. Proc. Cæſar. Quæſtor, patitur executionem ob cautelas non productas vigore ſignificatorialium, quæ habent paratam executionem.

Prag. 9. de off. & qua. Quæſtor, neutiquam petere poſſit officia à Baronibùs, neque beneficia à Prælatis.

Prag. 2. § 19. de off. Iudic. Quæſtor, omnia ſalaria Officialium ſoluit.

De Scriba portionis, & ijs, quæ ei incumbunt.

Prag. 10. § 6. de off. Iud. SCriba ipſe, intereſſe debet in receſſu militum Campaneæ.

Prag. 29. de off. Proc. Caſ. Scriba ipſe, dabit exempla ſcripturarum neceſſaria Fiſco.

Prag. 3. de off. quæſt. Scriba ipſe, interuenire debet in receptione pecuniæ à Theſaurario, & eadem die deſcribat numerum, & qualitatem pecuniæ.

Prag. 4. eo. Scriba ipſe, in omnibus ſolutionibus faciendis habeat mandatum.

Prag 1. de off. Scribæ port. Scriba ipſe, Miniſtros electos non poteſt recipere in numerum, ſine mandato Proregis.

Prag. 1, eo. Scriba ipſe, neque eius Miniſtri, poſſunt Procuratores conſtitui ab Vniuerſitatibus ad recuperandum nummos mutuatos militibus.

d. prag. 1. Scriba ipſe, non poteſt facere mãdata Continuis, ſeù Cohortalibus, ſine mandato Proregis.

d. prag. 1. § 6. Scriba ipſe, nequit Miniſtros ſuper numerum creare, non facta relatione Proregi.

d prag. 1. § 8. Scriba ipſe, pro dando mandato nihil exigere debet.

Prag. 6. de off. quæſt. Scriba ipſe, debet deſcribere mandata ſolutionum, à Prorege deſtinatorum in Prouinciis.

Prag. 4. de Trig. Scriba, nequit à ſponte dantibus vltra pandectam accipere.

Prag. 2. de offic. Scribæ port. Scriba, non debet facere fidem, ſeù libellum ſummarum debitarum per Regiam Curiam, nec ſeruitiorum factorum, ſeù emeritorum ſtipendiorum Regiæ Maieſtati, nec mandatorum factorum, abſque permiſſu Proregis.

Scriba

Scriba,mercaturam exercere prohibetur. Prag.14.§.5.de official.

Scriba,debet detinere librum albi militũ nouæ militiæ,vulgo rollo.

Scriba,detinere debet fidem,ſeu libellum albi tantum facere. Prag.3. eo.

Scriba,pro quolibet milite exigat aſſes viginti. d prag. 3.

Scriba,retineat vnam ex tribus clauibus capſæ pecuniæ Regiæ, & adſit mane, & veſperi tres horas in Caſtro nouo. d.prag.3. Prag.12. de offic. quæſt.

Scriba,obſeruare debet inſtructiones relatas in pragmatica. Prag.1.de offic. Scrib port.

Scriba ipſe,recipere non debet Officiales abſque mandato Proregis, nec etiam Miniſtros ſuper numerum, & ſcribere in numero,niſi facta relatione eidem. d.prag.1.§.1.eo. & §.6.

Scriba, expenſas infra duas vncias non faciant,abſque relatione facta Proregi. d.prag.1.§.7.

Scriba ipſe , nequit petere officia à Baronibus , nec beneficia à Prælatis. Prag.9.de official & quæ.

De Capſerijs,eorumque officio,

CApſerius,arcę militaris,debet fideiuſſionem præſtare. Prag.70.§.6. de off Proc. Cæſ.

Capſerius Nummulariorum Theſaurarii , & arcę militaris,liberent monetas. Prag.13.§.4. de monet.

Capſerius,falſas,& diminutas pecunias fundat dimidiatim. d.prag.13.§.4.

De Perceptoribus ſignificatoriarum.

PErceptores ipſi,quolibet die Martis referre debent eas in R.C.S. Prag.45. de off. Proc.Cæſ.

Perceptores ipſi,die Saturni in menſe referant in Collaterali ſibi datas,& exactas.

Perceptores,exigere debent ſignificatorias. d.prag.45.

Perceptores,poſſunt ſoluere expenſas erogatas pro Fiſco,mandato Locumtenentis,dummodo ſint infra centuſſes 15. Prag. 33.§.4. eo. Prag. 51. & prag.52.eo.

De Perceptoribus Prouinciarum, & ijs,quæ ad eos attinent.

PErceptores , non debent emere vltra vſum,nec animalia ad paſcendum detineant,nec aliquid capiant pro differendis exactionibus,vel executionibos,nec eſculenta,& poculenta. Prag.1.§.1. de off.Proc.

Perceprores,apocas,quas Exactores faciunt,ſubſcribant in eodem ſolio dietim. d.prag.1.§.9.

Perceptores, apocarũ cum rationũ redditione exhibeant cautelas. Prag. 29.eod.

Perceprores,mercaturam non exerceant. Prag.48. eo.

Perceptores , debent certiorem reddere Regiam Cameram de morte Feudatariorum. Prag.53. eo.

Perceptores , tranſmittere debent pecuniam Fiſcalem cum duodecim Carrugijs,ſeù Ductibus. Prag. 56. eod.

Perceprores,ſoluere debent ſalaria Officialibus Audientiarum. Prag.60. eod.

Perceptores,pecuniam Fiſcalem Theſaurario debent tranſmittere. Prag. 2. de offic. quæſt.

Perceptores,ſtatutis temporibus pecuniam Fiſcalem tranſmittant. Prag. 2[illegible].7. de reuoc. grat.

Perceptores,ſoluere non debent ſummas aſſignatas, abſque man- Prag. 6. §. 1. de off.quæſt.

dato Proregis inſerto,& relato in librum Scribæ portionis.

Prag.47. §.2. de off Proc. Cæſ.
Perceptores, non debent participare in venditione executionum.

Prag.8.de offic. quæſt.
Perceptores,obligare ſe debent de ſoluendo ſtatuta die,vltra alias obligationes.

Prag.36.de offic. Proc.Cæſ.
Perceptores, non debent ponere inexacta,pro exactis, nec non ſoluta pro ſolutis.

Prag.1.§ 3.eo.
Perceptores, exhibere debent rationes R. C. ſingulis quadrimeſtribus cum cautelis.

Prag.19.eo.
Perceptores,apocas pecuniæ receptæ dare poſſunt.

d prag.1.§.3.
Perceptores,rationes,quas dabunt,claræ eſſe debent.

Prag.50.eo.
Perceptores, debent ipſimet ſeruire,& non per ſubſtitutum.

Prag.8.de offic. quæſt.
Perceptores,quolibet triennio voce præconis poſſunt inquiri.

Prag.10.§.42.de off. Iud.
Perceptores delinquentes,grauiter poſſunt ab Audientijs in carceres detrudi.

Prag.9.de offic. & quæ.
Perceptores, nequeunt officia petere à Baronibus, nec beneficia à Prælatis.

De Iuſtitiarijs Prouinciarum, & ijs, quæ eis incumbunt.

Prag.3.de offic. Iuſt.& prag.2.§.8.de off. ad Reg. Maieſt.
IVſtitiarij,debent eſſe biennales.

Iuſtitiarij creati à Rege,non poſſunt amoueri à Prorege,niſi ſucceſſore nominato à Rege,vel cauſa malæ adminiſtrationis.

Prag.11.§.17.de official.
Iuſtitiarij, non ſe intromittant Conſeruatorijs vigore Capitulorum Regni.

Prag.1.de conſeruat.
Iuſtitiarij,facultatem deferendi arma non concedant.

Iuſtitiarij,ipſimet ſeruiant,& non per ſubſtitutum.

Prag 2.de armis.
Iuſtitiarij,in ſpectantibus ad Regiam Cameram auxilium præſtent.

Prag 2.§.7.de off.Iud.& prag.2.§ 4 de reuocat.
Iuſtitiarij, non debent concedere fidem publicam delinquentibus in ſtatu Eccléſiaſtico.

Prag.13 de offic. Proc. Cæſ.
Iuſtitiarii,mittant Proregi numerum ſemeſtrem bannitorum.

Prag.3.de perſeq malef.
Iuſtitiarii, non concedant fidem publicam Aegyptiis permanendi in Regno.

Prag.4 de reuocat grat.
Iuſtitiarii, vigore reſcriptorum,quod eligant Auditorem ad faciendam inquiſitionem,poſſunt eligere Fiſci patronum.

Prag.1.de zingar.
Iuſtitiarii,nequeunt recedere à Tribunali ſine permiſſu Proregis.

Iuſtitiarii,inter duos Auditores egrediendos, cum facultate decernant,quis eorum iturus.

Prag.10.de offic. Iudic.
Iuſtitiarii,non debent tranſmittere Commiſſarios,abſque ſubſcriptione Tribunalis,ſed poſſunt proponere.

d.prag.10.§.1.
Iuſtitiarii, non debent admittere Actuarium abſque apoca aſſignatarum ſcripturarum pro altero officio.

d.prag.10.§ 2.
d.prag 10.§.3.& prag.39 §.3.de off.M.Iuſt.
Iuſtitiarii, recognoſcere debent militem Campanææ recipiendum in numero, & interſint in recenſu eorum, ac poſſunt cum ſuffragio Tribunalis reuocare expunctum.

d.prag.10.§.5.
d.prag 10.§.6.
Iuſtitiarii, mandare debent, quod Auditores recognoſcant captiuos Curiæ Capitaneorum per hebdomadam,vel per menſem.

d.prag.10.§.9.
d.prag.10.§.10.
Iuſtitiarii,pro creatione adminiſtratorum accedentes intra Ciuitatem,vnicum viaticum habeant.

d.prag.10.§.15.
Iuſtitiarii,mortem Capitanei,vel Iudicis Regii referre debent.

Iuſti-

Iuſtitiarij, poſſunt apetire reſcripta, & literas Regias, inſcriptas Tribunali in ipſo Tribunali, & referri faciant in Codicem. *d.prag.*10.§.17.

Iuſtitiarij, militibus Campaneæ, ſeù extra Vrbem vti famulis domi non vrantur. *d.prag* 10.§ 29.

Iuſtitiarij, cauſam dicere debent vti Capitanei ad guerram, ſeù Comites rei militaris, & pro omnibus ſibi commiſſis. *d.prag.* 10 §.30.

Iuſtitiarij, extra Vrbem Fiſci patrono non vtantur. *d.prag.*10.§.31.

Iuſtitiarij, non debent vti militibus nouæ militiæ, vt quotidianas excubias, ſeù ſtationes agant. *d.prag.*10.§.30.

Iuſtitiarij, banna nomine eorum tantum non poſſunt promulgare. *d.prag.*10.§.32.

Iuſtitiarij, nec ictus funis poſſunt inferre, ſine ſuffragio Auditorum. *d.prag.*10.§.32.

Iuſtitiarij, non poſſunt dimittere captiuos ſcriptos in Codice, ſine conſenſu Auditorum. *d.prag.*10.§.34.

Iuſtitiarij, pro omnibus commiſſionibus per Prouinciam vtantur Actuarijs, & Scribis Regiæ Audientiæ. *d.prag.*10.§.35.

Iuſtitiarij, relationem ſemeſtrem dietarum, ſeù viaticorum, pro *Fi*ſco ſolutorum Officialibus mittant à ſecretis Regni. *d.prag.*10.§.42.

Iuſtitiarij, non debent mandare, recognoſci Cauponas, Magiſtros Iuratos, & Turres abſque permiſſu. *d.prag.*10.§.47.

Iuſtitiarij, vigore poteſtatis ad modum belli poſſunt cognoſcere delicta comprehenſa. *d.prag.*10.§.48.

Iuſtitiarij, vigore poteſtatis ad modum belli, in eis vtãtur toto Tribunali, Fiſco audito per Prouinciam, ſaltem vnico Auditore. *d.prag.*10.§.53.

Iuſtitiarij, ſi ab hac luce deceſſerint, vel eſſent abſentes Auditores, quomodo procedere debent etiam in cauſis inceptis. *d.prag.*10.§.54.

Iuſtitiarij, non debent concedere fidem publicam extra iuriſdictionem. *d.prag.*10.§.71.

Iuſtitiarij, nequeunt delinquentibus extra Regnum, excepto Iuſtitiario Aprutij concedere fidem publicam. *d.prag.*10.§.89.

Iuſtitiarij, non exigant iura ſigillorum. *Prag.*4.§.2. *de off. Iuſt.*

Iuſtitiarij, non poſſunt literas familiaritatis concedere.

Iuſtitiarij, reſeruare moderationem compoſitionum, vel moderare non poſſunt. *d.prag.*4.§.2. *d prag.*4.§.3.

Iuſtitiarij, non poſſunt mandare Auditoribus, quod accedant ad Tribunal pro deciſione cauſarum, nec quod Tribunal regatur in loco non ſolito, alias acta ſint nulla. *Prag.*7.§.1. *de off. Iuſtit.*

Iuſtitiarij, poſſunt conuocare Auditores ad regendum Tribunal quandoque extra horas ſolitas: qui ſi recuſauerint, poſſunt referre Proregi. *d.prag.*7.§.1.

Iuſtitiarij, vigore reſcriptorum, quod capiatur informatio, non eligant Auditores, vel Fiſci patronum, ſed alios. *d.prag.*8.*de offic. Iuſtit.*

Iuſtitiarij, cognoſcere debent de adiutorio Prælatorum, ſeù Baronum immoderato. *Prag.*1.§.10. *de ſalari.*

Iuſtitiarij, non poſſunt compatratus vinculum contrahere. *Prag.*8. *de offici.*

De Præſidibus Prouinciarum.

PRæſes Prouinciæ, intelligere debet voluntatem bannitorum, qui velint bello inſeruire, vt poſſit certiorem facere Commiſſarium *Neap.* deſtinatum. *Prag.* 3. *de guid.* §.5.

I 2 Præ-

Prag. 3. de guidat. §. 7. Præſes Prouinciæ, debet licentiam impartiri bannitis, &c. vt infra certum tempus, ipſi poſſint audiri coram Superioribus, vt poſſint bello inſeruire.

Prag. 3. de Guidat. §. 8. Præſes Prouinciæ, debet regiſtrari facere licentias, quas concedit bannitis, qui volunt bello inſeruire.

Prag. 17. de exulib. §. 3. & prag. 18. §. 3. Præſes Prouinciæ, poteſt maiorem dilationem in guidatico bannitorũ apponere, vt per pacta, & promiſſiones poſſint effectuari indultus.

De Tribunalibus Regiarum Audientiarum, & ijs, quæ ad ea pertinent.

Prag. 1. de Conſer. AVdientiæ, non poſſunt ſe immiſcere Conſeruatorijs Capitulorum Regni.

Prag. 3. §. 3. de empt. Audientiæ, per ſingulos ſemeſtres mittere debent inter ſe Indicem, & numerum contumacium.

d. prag. 3. §. 3. Audientię, non dimittant captiuos, niſi viſo Indice contumacium, miſſo per alias Audientias.

Prag. 3. de iuriſd. muic. Audientiæ, non poſſunt tranſmittere literas hortatoriules, ſed debent relationem facere Proregi.

Prag. 10. §. 5. de off. Iudic. Audientiæ, non debent admittere nouum Actuarium, abſque cautela de recepto ſcripturarum, facta pro altero officio adminiſtrato.

d. prag. 10. §. 11. Audientiæ, non debent recipere oblationes captiuorum, & conuentiones ad remigandum.

d. prag. 10. §. 12. Audientiæ, mandare debent Capitaneis Regijs, quod mittant numerum, & indicem compoſitionum quatrimeſtrium.

d. prag. 10. §. 12. Audientiæ, & Curiæ Regiæ ſi faciunt compoſitiones contra Pragmaticam, relationem faciant Proregi.

d. prag. 10. §. 13. Audientiæ, non debent componere in caſibus, vbi venit imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, mutilationis membri, triremis, & corporis afflictiua, ſed in pœnis exilij, cum remiſſione partis.

d. prag. 10. §. 14. Audientiæ, non procedant ex delegatione vigore literarum, & prouiſionum, ſibi inſcriptarum, niſi expreſsè in eis dicatur.

d. prag. 10. §. 15. Audientiæ, mortem Capitanei, & Iudicis Regij referre debent Proregi.

d. prag. 10. §. 15. Audientiæ, in morte Capitaneorum Baronum non ſe intromittant.

d. prag. 10. §. 18. Audientiæ, relationem fracturæ vigore Reſcriptorum, quod fiat relatio, faciant ex actis exiſtentibus tantum, etſi eſſent faciendæ diligentiæ, moneant tantum.

d. prag. 10. §. 19. Audientiæ, non poſſunt iterum relationem facere ſine clauſula, non obſtante.

d. prag. 10. §. 20. Audientiæ, poſſunt præfigere terminum varianti ad procurandam tranſmiſſionem actorum, facta variatione.

d. prag. 10. §. 37. Audientiæ, non mittant Commiſſarios pro Fiſco, niſi in caſibus arduis, & quando petentes non ſunt ſoluendi.

d. prag. 10. §. 37. Audientiæ, debent in fine anni mittere relationem omnium Commiſſariorum, à ſecretis Regni.

d. prag. 10. §. 38. Audientiæ, non mandent Curijs Regijs, nec Baronum, quod referant delicta grauia, niſi in delictis Campaneæ.

Audi-

Audientiæ, in cauſis deuolutis poſſunt mandare, vt verè, & cum eff ctu obediant Curiæ Regiæ, & Baronales, & de delictis Regiorum Officialium fiat relatio Proregi. *d.prag.10.§.38.*

Audientiæ, non debent ſe intromittere cum officio Perceptorum, ſed grauiter delinquentes in carceres detrudant, & inquiſitionem mittant Proregi. *d.prag.10.§.42.*

Audientiæ, exigi faciant ius carceris, vel iuxta pandectam propriam, vel M.C. *d.prag.10.§.44.*

Audientiæ, ſcribere faciant Codicem votorum diſcordium. *d.prag.10.§.45.*

Audientiæ, non debent agere commiſſiones generales pro capiendis obligationibus nomine Audientiæ. *d.prag.10.§.46.*

Audientiæ, non tranſmittant Commiſſarios ad viſitandum Cauponas, Magiſtros Iuratos, aut Turres. *d.prag.10.§.47.*

Audientiæ, non agant banna pro re annonaria, vel monetaria. *d.prag.10.§.47.*

Audientiæ, poſſunt cognoſcere de delictis comprehenſis in pragmatica, vigore poteſtatis ad modum belli. *d.prag.10.§.48.*

Audientiæ; referant Proregi diuiſionem faciendam præmij inter circitorem, & milites. *d.prag.10.§.50.*

Audientiæ, repetere debent teſtes in cauſis ad modum belli. *d.prag.10.§.51.*

Audientiæ, vna cum captiuis mittere debent exempla actorum. *d.prag.10.§.52.*

Audientiæ, mortuo, vel abſente Præſide ab officio debent relationem facere, & interim in cauſis ad modum belli procedere, dummodo ſint duo Auditores. *d.prag.10.§.54.*

Audientiæ, in cauſis infra certum tempus tranſmittendis poſſunt procedere, etiã lapſo tempore, dummodo fuerint inceptæ infra tẽpus. *d.prag.10.§.54.*

Audientiæ, ac alij Iudices inferiores non ſeruent mandata ſuperſeſſorialia, non facientia mentionem de prioribus, & ſint tranſmiſſa ab eodem Actuario. *d.prag.10.§.55.*

Audientiæ, iterum relationem non faciant, quando alias fuit facta, & in ſequenti prouiſione non mandatur, quod expreſſim iterum fiat, & poſſunt in cauſis procedere ad vlteriora. *d.prag.10.§.56.*

Audientiæ, relationem facientes pro gratia, vel compoſitione pœnę referant etiam contenta in perquiſitione facta, liquidata perſona. *d.prag.10.§.59.*

Audientiæ, non poſſunt fidem publicam concedere extra iuriſdictionem. *d.prag.10.§.71.*

Audientiæ, non poſſunt concedere cõmiſſiones contra delinquentes perſonis actu non ſeruientibus perſecutioni ipſorum. *d prag 10.§.89.*

Audientiæ, non poſſunt reſeruare moderationem compoſitionum vel eas remittere. *Prag.4.§.3. de off. Iuſt.*

Audientiæ, non debent cum Actuario tranſmiſſo ad examinandum teſtes mittere alium Commiſſarium non Doctorem. *d.prag.4. §.6.*

Audientiæ, Neapoli habent quatuor Procuratores. *Prag. 3. de offic. prœſ. Curſor.*

Audientiæ, poſſunt mandare Baronibus, quod recipiant vaſallos remiſſos infra terminum, alias procedunt ad vlteriora. *Prag 1. de remiſ. cauſ.*

Audientiæ, imponant pœnam adeuntibus ad Curias Eccleſiaſticas pro ſuſpitione Officialium. *Prag. 3. de ſuſp. off.*

Audientiæ, cum præuentione capturæ non remittant latrones ſubditos Principi Biſiniani. *Prag. 7. vbi de, delict.*

Audientiæ, in Terris Principis Biſiniani, quando Officiales ſunt *d.prag.7.eo.*

negligentes, vel pro iniuſtitia,poſſunt inquiſitiones capere , & poſtea decernere ſuper remiſſione.

Prag.8. de offic. Iuſt.

Audientiæ , vigore literarum , quod capiatur informatio,non eligant, & mittant Auditores, & Fiſci patronum ad faciendam inquiſitionem,ſed eligant alios.

Prag 4. de citat.

Audientiæ , non debent executioni demandare reſcripta, extra Regnum facta,niſi habita facultate à Prorege.

Prag. 1. de commiſſ.

Audientiæ,non poſſunt mittere Commiſſarios pro cauſis leuibus, & modicę importantiæ , ſed tantum in cauſis grauibus , magnique ponderis, & momenti.

Prag 7. §.3. de off. S.C.

Audientię , in cauſis appellationum ab eorum ſententijs,hoc eſt, pro ſumma ducatorum 100. ex Prouincijs Calabriæ, Hydruntinæ , Barenſis,& Baſilicatæ , ab alijs verò Prouincijs pro ſumma duc. 50. remiſſis eiſdem appellationibus procedere poſſunt cum conſilio alicuius Doctoris non ſuſpecti.

Prag.4. §.6. de off. Iuſt.

Audientiæ,non debent deſtinare Commiſſarios pro examinandis teſtibus per Prouincias,niſi neceſſitate vrgente, quàm Doctores.

Prag. 1. de Inſt. liquidat.

Audientiæ , cauſas liquidationis inſtrumenti ad Barones non remittant.

Prag.3.de Guid.

Audientiæ,procedere poterint ad vlteriora in cauſis inquiſitorum, non obſtantibus guidaticis eis conceſſis.

Prag.78. §.4. de off.S.C.

Audientiæ,examinare debent Procuratores ipſius.

Prag.29.Ianuary 1637. §. 5. MontisRei , & pra.24.§.de arm.

Audientiæ,non poſſunt cōponere delicta cōmiſſa cū armis igneis.

Audientiæ Prouinciales,procedere debent vti delegatę contra aſportantes,& delinquentes cum armis,vulgo dictis de fuoco.

Prag. 24.§ 1. de Armis.

Prag 24. §.3. de Armis.

Audientiæ Prouinciales, nequeunt expedire cauſas delinquentiū cum armis,dictis à fuoco,niſi data relatione Ill. Proregi, ſed tantum habilitare per certum temporis ſpatium.

De Auditoribus Regiarum Audientiarum , & ijs , quæ ad eos ſpectant.

Prag.10. §.25.de off. Iudic.

AVditores,pro examine teſtium in Ciuitate in cauſis ipſius Audientiæ nihil recipiant.

d.prag.10. §.26.

Auditores,pro relationibus faciendis nihil recipiant.

d.prag 10. §.26.

Auditores,pro decreto,quod gaudeat indultu nihil recipiant.

Prag. 1. de offic. Iuſt.

Auditores , in itinere per Prouinciam non recipiant eſculenta , & poculenta.

Prag.5. eo.tit.

Auditores , quando ſunt diſpares in ſuffragijs , fiat relatio Proregi.

Prag.60. de off. Proc.Cæſ.

Auditores,conſequi debent ſalarium à Perceptoribus.

Auditores,cum Iuſtitiario ſimul reſideant.

Prag. 7.§. 10. de commiſſ.

Auditores,ſint biennales.

Prag. 1. §,1.de off.Iud.

Auditores, vocantur Regij tantum,cęteri autem vocantur Iudices primarum,& ſecundarum cauſarum.

Prag.10. eod.tit.

Auditores,nō recedant à Tribunalibus,abſque permiſſu Proregis.

d. prag. 10. §.1. eod.

d.prag.10. §.2.

Auditores , duo ſemper adſint in Tribunali , & habentes iidem facultatem egrediendi non vtantur ea eodem tempore , ſed vnus poſt alium regredientem.

Audi-

Auditores duo interueniant in decreto torturę. *d.prag. 10. §.22.*

Auditores, egredientes è Tribunali per Prouinciam dent omnes inquiſitiones,& acta Actuario. *d.prag. 10. §.2.*

Auditores,non ſubſcribant commiſſiones,ſine nomine Cōmiſſarij, *d. prag.10.§.3.*

Auditores,quolibet die Saturni,vel præcedenti recognoſcant captiuos Capitaneorum Regiorum, reſidentium in eodem loco per hebdomadam,vel per menſem per Orbem. *d.prag. 10. §.9.*

Auditores, accedentes intus Ciuitatem pro creandis adminiſtratoribus habent tantum dietam. *d.prag.10.§.10.*

Auditores, pro omnibus commiſſionibus, & delegationibus per Prouincias vtantur Actuarijs,& Scribis Regiæ Audientiæ. *d.prag.10.§.35.*

Auditores, impedito Iuſtitiario poſſunt ſe congregare in Tribunali,qui ſi renuerint poteſt Iuſtitiarius referre Proregi. *Prag.7.§.1.de off.Iuſt.*

Auditores,pro quocunque decreto, ſeù ſententia nihil recipiant. *Prag.6.§.22 eo.*

Auditores, non obſtante impedimento Præſidis poſſunt ſe congregare in loco ſolito. *d.prag.7.eo.*

Auditores,cauſas domi non decidant. *d.prag 6 eo §.23*

Auditores, poſſunt amouere Scribas ab Actuarijs ſubſtitutos. *d.prag.6. §.1.*

Auditores, non poſſunt tractare de remiſſione inquiſitorum,niſi purgata contumacia,& ipſiſmet exhibitis. *d.prag.6.§. 25.*

Auditores, petente Iuſtitiario debent ſe congregare in Tribunali qui ſi renuerint poteſt Iuſtitiarius referre Proregi. *d.prag.7. §.1.*

Auditores,pendente lite inter creditores,& debitores non poſſunt concedere ſecuritatem debitoribus,ne incuſentur obligationes, vel liquidationes inſtrumentorum. *Prag.2. de Inſtr. liquidat.*

Auditores,nequeunt pro alijs patrocinari,vel eſſe Aduocati. *Prag. 2. §.10. de off. Iud.*

Auditores,facere non debent decreta, quod præſtita cautione per debitorem de ſoluendo debitum, & pœnam ſuperſedeatur in accuſando,quando venit,& ceſſit dies ſolutionis. *Prag.44.§.1.de off.Mag. Iuſt.*

Auditores,inſtante Iuſtitiario debent vltra tres horas aſſiſtere. *Prag. 14. de off. S.C.*

Auditores, non debent concedere fidem publicam delinquentibus in ſtatu Eccleſiaſtico. *Prag 3.de perſeq maleſ.*

Auditores, non poſſunt inferre torturam extra Tribunal ſine præeminentijs. *Prag.1. de quæſt.*

Auditores,non debent concedere facultatem Aegyptijs permanendi in Regno. *Prag. 1. de zing.*

Auditores, non accedant ad inquirendum vigore literarum, quod capiatur informatio,ſed eligantur alij. *Prag.8. de offic. Iuſtit.*

Auditores,non debēt admittere Actuarios,niſi exhibitis perquiſitionibus M.C. & patriæ,& pro examinandis teſtibus in loco,vbi reſidet Tribunal nihil recipiant. *Prag.10.§.24.de off.Iud.*

Auditores,pro relatione facienda, vel Decreto, quod gaudeat indultu,ſeù guidaticò nihil recipiant, *d. prag.10. §.26.*

Auditores,incedentes per Prouinciam tractare debent commiſſa tantum,niſi ratione præſentanei remedij,quo caſu ſtatim relationem faciant. *d.prag.10. §.28.*

Auditores,non vtantur Militibus Campaneæ,ſeù Famulis. *d.prag. 10. §.29.*

Auditoribus omnibus abſentibus, Fiſci patronus vti Auditor non exerceat,ſed ipſi tantum eo officio funguntur. *d.prag.10. §.2.*

Audi-

Prag.5. de offic. Iuſt. Auditores, ſi diſcrepant in ſuffragijs, detur notitia Proregi.

d. prag.10. §.30. Auditores, ſtare debent ſyndicatui pro omnibus commiſſionibus, & delegationibus.

d.prag. 10. §.43. & prag.3. de off. Iuſt. Auditores, quomodo ſyndicatui parere debent, & erit ſyndicatus dandus per dies quinquaginta.

Prag.2 de munerib.off. & pra.4. Auditores, nihil recipiant, nec per ſe, nec per alios à litigantibus, ſiue munera, & ſimilia.

Prag.4. de offic. Iuſt. Auditores, nihil recipere debent, nomine donatiui quouis tempore in eorum officijs.

Prag.2. §.10. de commiſſar. Auditores, in Audientia cum Gubernatore aſſiſtere debent, & continuè morari, nec ſeparatim per Prouinciam diſcurrere.

Prag.7. de offic. Iuſt. Auditores, reſidere debent in Regia Audientia, nec aliquis ipſorum diſcedere, niſi vrgente cauſa cum voto Gubernatoris, & reliquorum, nec alia tractent negotia, niſi pro quibus deſtinantur.

Prag. 1. de Cuſt. Reor. Auditores, nequeunt reos in carcerem detrudere de facto contra formam Capit. & Conſt. Regni.

Prag.1. de Offic. Auditores ipſi, prohibiti ſunt officia ipſa, etiam per interpoſitas perſonas petere.

Prag.8. de Offic. Auditores ipſi, nequeunt compatratus vinculum contrahere.

Prag.23. §.3. de off. S. C. Auditores, non interueniant in votando in cauſis, vbi eorum filij, fratres, & alij conuincti ſunt Aduocati.

Prag 10. §.17. de off. Iud. & §.39. Auditor antiquior, abſente Præſide aperiat, & legat in Tribunali literas Regias, & prouiſiones, eaſque in libris referre faciat, niſi eſſent ſpectantes ad Præſidem tantum.

d. prag.10. §.23. Auditor antiquior, ſuper libellis ſententiam proferat.

d. prag.10. §.43. Auditor ſucceſſor, ſumit ſyndicatum prædeceſſoris, vbi mos eſt.

d. prag.10. §.43. Auditor iunior, ſumit vota diſparia.

De Aduocatis Fiſci Regiarum Audientiarum, & ijs, quæ eis incumbunt.

Prag.10. §.5. de off. Iud. Aduocati fiſci, in audientijs curent, vt conficiatur Archiuium, ſeu Tablinum, ſumptibus domini emolumentorum Actuarij, & quod Actuarij per repertorium dent ſcripturas ſucceſſori.

Prag.43. §.4. de off. Mag. Iuſt. Aduocati fiſci, debent certiorem reddere Fiſci patronum M.C.V. de iuribus Regij Fiſci in cauſis appellationum.

d. prag.10. §.6. Aduocati fiſci, poſſunt recognoſcere militem recipiendum in numeros, & intereſſe in recenſu eorum.

d. prag 10. §.8. Aduocati fiſci, ſubſcribant mandata captiuorum.

d. prag. 10 §.9. Aduocati fiſci, in recenſu captiuorum habent prælationem cum tota Curia.

d. prag. & §.9. Aduocati fiſci, extra Tribunal ſoli procedunt.

prag.2 de viſit Aduocati fiſci, non recipiant munera.

Prag. 12. §.6. de official. Aduocati fiſci, abſentibus Auditoribus, vti Auditores non exerceant.

d. prag. 10. §.2. Prag 12. §.7. de Official. Aduocati fiſci, debent recognoſcere, & deſcribere inquiſitiones allatas à Scribis quolibet die Dominico.

Aduo;

Aduocati fiſci, non debent ſubſcribere commiſſiones, abſque nomine Commiſſarij. *d. prag. 10. §. 3.*

Aduocati fiſci, pro examine teſtium in loco reſidentiæ nihil recipiant. *d. prag. 10. §. 25.*

Aduocati fiſci, per Prouinciam commiſſa tantum tractare debent, niſi occaſione præſentanei remedij. *d. prag. 10. §. 28.*

Aduocati fiſci, nequeunt vti domi militibus Campaneæ, vti famulis. *d. prag. 10. §. 29.*

Aduocati fiſci, pro omnibus commiſſionibus, & delegationibus vtantur Actuarijs, & Scribis Regiæ Audientiæ. *d. prag. 10. §. 35.*

Aduocati fiſci, debent interuenire in compoſitionibus. *d. prag. 10. §. 36.*

Aduocati fiſci, in fine anni faciant relationem à ſecretis Regni, Commiſſariorum pro Fſco tranſmiſſorum. *d. prag. 10. §. 37.*

Aduocati fiſci, relationem facere debent dietarum vacatarum pro Fiſco ſolutarum infra ſemeſtrem à ſecretis Regni. *d. prag. 10. §. 41.*

Aduocati fiſci, non recipiant examen principalis, ſed intereſſe poſſunt, & interrogare in tormentis exiſtentes. *Prag. 4. §. 2. de off. M. Iuſt.*

Aduocati fiſci, vigore literarum, quod Audientiæ capiant informationes, non eligantur, neque mittantur, ſed eligantur alij. *Prag. 8. de offic. Iuſt.*

Aduocati fiſci, loco Auditorum poſſunt eligi à Iuſtitiario, quando eſſent eligendi Auditores. *Prag. 10. de offic. Iud.*

Aduocati Fiſcales, quando eliguntur Auditores poſſunt intereſſe in eiſdem cauſis, quando ſuffragia feruntur; ſed ipſi non poſſunt ſuffragari. *Prag. 11. § 60. de official. & quæ.*

Aduocati fiſci, audiri debent in decretis, quod dentur defenſiones extra carceres, vel quod non procedatur, etiam ex proceſſu informatiuo. *Prag. 20. §. 39. de off. M. Iuſt.*

Aduocati fiſci, ſi non fuerint auditi, non poſſunt ferri ſententiæ contra eos. *Prag. 36. de off. S. C.*

Aduocati fiſci, quando captiui dimittuntur cum cautione, debent audiri. *Prag. 39. §. 14. de off. M. Iuſt.*

Aduocati fiſci, in loco torturę interueniant, & ſi aliquid proponant, decidatur. *d. prag. 39. §. 16.*

Aduocati fiſci, debent eſſe certiorati de infirmitatibus reorum, vnde fides, ſeu libellus infirmitatis debet ei notificari. *Prag. 11. de Carcerarijs.*

Aduocati fiſci, debent interuenire in omnibus, vbi de damno Regio tractatur, etiam ratione pœnæ. *Prag. 20. §. 7. de off. M. Iuſt.*

Aduocati fiſci, debent tenere alteram clauem arcę ſententiarum foriudicationis. *Prag. 1. de ſent. foriud.*

Aduocati fiſci, debent in omnibus audiri, & Decretum antequam ſcribatur ab Actuario, poſſunt recognoſcere. *d. prag. 39. §. 2.*

Aduocati fiſci, debent videre articulos, & acta, nec poſſunt acta tractari ſine, vidit Fiſcus. *d. prag. 39. §. 7. & 8.*

Aduocati fiſci, in habilitationibus captiuorum audiendi ſunt. *d. prag. 39. §. 14.*

Aduocati fiſci, perquiſitiones fieri faciant contra captiuos nocte, vel die præcedenti. *d. prag. 39. §. 15.*

Aduocati fiſci, in fine petitionum poſſunt ſcribere concluſiones rerum, & inſtare pro executione concluſionum, & reſcriptorum. *Prag. 40. §. 1. & 2. eod.*

Aduo-

Prag.7.de Appell. Prag.10. §.4. de off. Iud. & prag. 10. §.3. de offic. M. Inſt. Prag.19. Ianuarij 1637. §. 6. Montis Rei.

Aduocati fiſci, inhærent appellationibus condemnatorum.

Aduocati fiſci, quando contra eos fuerit determinatum, eorum inſtantiæ debent ſcribi à ſecretis Regiæ Audientiæ.

Aduocati fiſci, debent certiorem reddere Proregem de compoſitionibus deliſtorum commiſſorum cum armis igneis, faciendis per R.A.

De Procuratore Fiſcali Regiæ Audientiæ.

QVæ dicta ſunt in Procuratore Fiſcali M. C. V. conueniunt huic Fiſcali.

De Secretario Regiæ Audientiæ.

Prag. 10. §.4. de off. Iud.

SEcretarius, dare reſcripta abſque ſubſcriptione omnium deſcribentium non debet.

d. prag. 10. §.4.

Secretarius, debet ſcribere inſtantiam Regij Fiſci, quando contra eum fuerit determinatum.

d. prag. 10. §.4.

Secretarius, debet recipere omnia reſcripta inſcripta Præſidi, & debet eidem exhibere, & cum exhibitione facta reſtituere exhibentibus.

De Actuarijs Prouincialibus, & ijs, quæ ad eos ſpectant.

Prag. 10. §.5. de off. Iudic.

ACtuarij, dare debent ſucceſſori omnes ſcripturas per inuentarium, & ſucceſſores tenentur conficere apocam de recepto.

d. prag. 10. §.5.

Actuarij noui non admittantur, niſi oſtenſa apoca receptarum ſcripturarum, ratione alterius officij adminiſtrati.

d. prag. 10. §.24.

Actuarij, non exerceant, niſi exhibitis perquiſitionibus M. C. V. & patriæ.

Prag. 6. de citat.

Actuarij, curent forbanna, & citationes ad foriudicandum.

Prag. 4. §. 2. de off. Iud.

Actuarij, nihil exigant, niſi quod exigebatur tempore Regis Catholici.

d. prag. 10. §. 44.

Actuarij, debent obſeruare pandectam relatam in Pragmatica.

Quæ recollecta ſunt de alijs Scribis M. C. conueniunt Scribis Regiarum Audientiarum.

De Aduocatis, & Procuratorib⁹ pauperũ Prouincialibus.

Prag. 43. §. 5. de off. Mag. Inſt.

ADuocati ipſi, & Procuratores certiorem reddere debent Aduocatum pauperum M. C. V. de iuribus appellantium à Curijs Regni ad M. C. V. in cauſis deuolutis.

De Capitaneis, ſiuè Rectoribus Regijs, & ijs, quæ eis incumbunt.

Prag. 4. de offic. Iudic.

CApitanei ipſi, mittant Proregi numerum contumacium per ſemeſtrem.

Capi-

Capitanei, debent relationem facere Audientiis omnium delicto- rum Campaneæ. *Prag. 10. §. 38. eod.*

Capitanei, poſſunt procedere contra delinquentes cum armis igniuomis. *d. prag. 10. §. 84.*

Capitanei, moriente Iudice poſſunt alterum Iudicem conuicinum eligere. *d. prag. 10. §. 15.*

Capitanei, ſtent ſyndicatui, vel cauſam dicant pro omnibus dele- gationibus. *d. prag. 10. §. 9.*

Capitanei non componant in caſibus, vbi venit imponenda pœ- na mortis naturalis, ciuilis, mutilationis membri, & corporis afflicti- ua, ſed in pœnis exilii, vel infra cum remiſſione partis. *d. prag. 10. §. 13.*

Capitanei, non poſſunt reſeruare moderationem compoſitionum, vel eas remittere. *Prag. 4. § 3. de off Iuſt.*

Capitanei, non poſſunt citari, nec contra eos poteſt procedi, incon- ſulto Prorege, poſſunt tamen vocari per literas Regias pro re vrgenti, & debet fieri relatio in continenti Proregi. *Prag. 2. § 65. de off. ad Reg. Maeſt.*

Capitanei, prohibentur officia etiam per interpoſitas perſonas petere. *Prag 1. de offic.*

Capitaneus, ex non ſcripto iuſtitia mediante poteſt cogere liqui- dos debitores Vniuerſitatis ad ſoluendum. *Prag. 5. §. 11. de Admin. vniu.*

Capitaneus, in cauſis procedere debet cum ſuffragio ordinarii Conſultoris. *Prag. 18 de offic. & quæ.*

Capitaneus, non debet admittere Actuarium, niſi oſtendat depo- ſuiſſe ſcripturas pro altero officio adminiſtrato. *Prag. 10. § 5. de off. Iudic.*

Capitaneus, poteſt Inquiſitionem facere contra omnes Cōmiſſa- rios, & mittere Proregi. *Prag. 3. de Com- miſſ.*

Capitaneus, cognoſcit contra delinquentes cum armis igniuomis. *d. prag 10. §. 84.*

Capitaneus, debet aſſiſtere quando recognoſcuntur pondera. & menſuræ à Commiſſario Regiæ Siclę. *Prag. 1. §. 3. de ponder.*

Capitaneus, poteſt inquirere Syndicos, Electos, & Commiſſa- rios in eadem re delinquentes, & mittere Proregi. *d. prag. 1. §. 4.*

Capitaneus, debet ſtatim certiorem reddere Proregem de ven- ditionibus frugum factis Canonicis Inſulæ Dromedeæ, vulgo Tremiti. *Prag. 5. de An- non.*

Capitaneus, facere debet inquiſitionem, quando nauigia non ad- hibita diligentia à Præfectis ſanitatis exonerant merces; & mittere Proregi, & capere delinquentes. *Prag. 9. de Sa- lub. aeris.*

Capitaneus, debet gratis Syndico vrgente cogere debitores veros ad ſoluendum. *d. prag 5. §. 10. de Admin. vniu.*

Capitaneus, curet, vt rationes Vniuerſitatum recognoſcantur. *d. prag. 5. §. 19. eod.*

Capitaneus, debet cautionē præſtare in R.C. de parēdo Sindicatui. *Prag 41. de offic. Proc. Caſ.*

De Iudicibus Regijs.

IVdices Regij, moriente Capitaneo poſſunt vtrumque officium in- terim exercere. *Prag. 10. §. 15. de off. Iud.*

Iudices Regij, Syndicatui cauſam dicant pro omnibus delega- tionibus habitis. *d. prag. 10. §. 30.*

Iudices ipſi, ac Aſſeſſores prohibentur officia etiam per interpoſitas perſonas petere. *Prag. 1. de Offi- cial. & quæ.*

Iudi-

Prag. 2. §. 10. de off. Iudic.

Iudices ipſi, nequeunt pro alijs patrocinari, vel eſſe Aduocati.

Prag. 42. de off. Proc. Caſ.

Iudices ipſi, caueree debent parere Sindicatui in R. C. S.

De Gubernatoribus, & Iudicibus Terrarum.

Prag. 29. §. 1. de Armis.

GVbernatores, & Iudices Terrarum domanialium, poſſunt procedere in delictis commiſſis cum armis, dictis de fuoco, vt olim.

In prag. 7. de Receptat.

Gubernatores, & Iudices Terrarum, permittere non debent, vt banniti, & foriudicati incedant in eorum Terris, ſub pœna contenta.

De Dohanerio Apuleæ.

Prag. 2. §. 3. de off. Proc. Caſ.

DOhanerius, rationes reddere debet Regiæ Cameræ Summariæ.

Dohanerius, cum rationibus exhibere debet cautelas.

Prag. 29. eod.

Dohanerius, in quolibet quadrimeſtre reddere debet rationes.

Prag. 5. § 6. de off quaſt.

Dohanerius, ius ſemel ſolutum, amplius exigere nequit.

Prag. 1. de vectig.

Dohanerius, exigere ius non debet in exportatione, quando fuit ſolutum in importatione.

Prag. 2. eod.

Dohanerius, exigit ius aſſium 18. pro vncia.

d. prag. 2. eo.

Dohanerius, menepecudū rationes exhibeat per totū mensē Iulij.

Prag. 31. de off. Proc. Caſ.

Dohanerius ipſe, neque à Baronibus officia petere poſſit, aut beneficia Eccleſiaſtica à Prælatis.

Prag. 9 de offic. & que.

De Sindicis, & Electis Vniuerſitatum.

Prag. 1. de prob. confect. puluer. & ſalnitri.

SYndici, & Electi cuiuſcunque Vniuerſitatis tenentur notitiam dare R. C. S. ſeù Gubernatoribus Terrarum eorum, quæ conficiunt puluerem, vel ſalnitrum.

De Notariis.

Prag. 10. de Notarijs.

NOtariorum Protocolla mortuorum non extrahantur è loco, vbi ij viuentes eorum officia exercebant.

Prag. 11. de Notarijs.

Notariorum mortuorum hæredes, vel abſentium, ſcripturas conſignare debent alijs Notarijs, cum diuiſione emolumentorum, nec non Notarijs capitibus Curiæ Neap. & quod non exigant diritus pro alagio, ſed tantum pro pecunia effectiua ſoluta, ac etiam Senſalibus.

Prag. Comitis Oñatte 3. Iulij 1648.

Notarij, nequeunt inſtrumenta, obligationes, aut cautelas facere in fauorem volentium dare pecunias occaſione perceptionis frumenti, ordei, milei, & germani infra 30. milliariū ſpatium Ciuitatis Neap.

De Affictatoribus Officiorum.

Prag. Comitis Oñatte 18. Octobr. 1651. §. 7.

Affictatores Officiorum Magiſtrorum Actorū, nequeunt petere à proprietarijs officiorū remiſſiones mercedū, neque excomputum pro indebitis dirictibus non exactis.

Pragm. Comitis Oñatte 18. Octobr. 1651 §. vlt.

Officiales, & Miniſtri Tribunalium, nequeunt admittere, nec procedere ſuper inſtantijs factis ab Affictatoribus officiorum, prætextu exactionum indebitorum dirictuum.

De Adminiſtratoribus Bancorum, & Nummularijs.

Prag. 7. de Nūmul.

ADminiſtratores Bancorum, ſeu Nummularij, caueant, vt Capſerij non referāt in libros accepti ſūmas, quāuis minimas, abſq; pecunia præſenti, alias referant Delegato.

De Arrendatoribus.

Prag. 23. de off. Proc. Caſ.

ARrendatores, Gubernatores, & alij prohibentur acquirere apocas, & bullectinos ſuper eorum Arrendamentis.

F I N I S.

ANT 1319124

D 66.

Digitized by Google